2.f.7.

Magistri

Glossae
ad
Sententias
Petri Hispani

21.

I
00052

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.
Sala Est. Tab. Núm.

nº 52

I
00052

b18346601

2-12-4-10

nº 52

Summule magistri
Johannis de magistris.

de la Compª de Jhs de sala
y de la librería

~~num. 37. cap. 7. num. 21.~~

Henricus mayer librorꝫ impressor lectori Salutem. Solebaꝫ antea curiosissime lector mecum ipse cogitans admirari: quid nã cause esset qꝫ hac imprimendi industria diui Johannis de magistris parisiensis bonaruꝫ artium ac philosophie monarche eximij super logicam phisicamqꝫ aristotelis cõmentariola quottidie imprimerentur: glosule vero eiꝰ supra petri hyspani summulas huc usqꝫ intacte penitus dimitterentur. Hec cum mecum sepius discuterem: inueniebam id non voluminis raritate aut penuria ꝫ eiusdem profecto incastigata difficultate accidisse. Sed cum hocipsum tantummodo communi omniuꝫ vtilitati que ex his glosulis percipi speratur obstaret: mea industria non sine magno labore effeci: vt qua lima/qua castigatione/ qua ve emendatione cetera sua scripta impressa sunt quottidieqꝫ imprimuntur: ea etiam he glosule conficerentur. Quã ob rem hoc meo labore/hac mea impensa hoc meo veniqꝫ studio his tandem glosulis omnium certe nobilia studiosorꝫ ingenia vt reliquis suis scriptis illustrabuntur de quarum vtiqꝫ laudibus ꝛ vtilitate possez multa in presens adducere: sed ne his que iam omnibꝰ notiora fere sunt qꝫ vt a me dicantur hoc solum dicam sine his nullam perfecte sciendi rationẽ. constare posse. quas tibi coemas hortor ac veluti policleti regulam biblo tuo coacerues velim. Vale.

In hoc libro septem principales tractatꝰ continentur. Quoruꝫ primus est de enunciatione correspondens libro periarmenias Aristotelis.
Secundus est de quinqꝫ vniuersalibus correspondens libro predicabilium Porphirij.
Tercius est de predicamentis correspondens libro predicamentorum Aristotelis.
Quartus est de silogismo simpliciter libro priorum Aristotelis correspondens.
Quintus est de locis dyaleticis qui correspondet libro topicorum Aristotelis.
Sextus est de fallacijs correspondens libro elenchorum Aristotelis.
Septimus est de paruis logicalibus nulli speciali libro correspondens considerans de septez proprietatibus terminorum. Ideoqꝫ dimiditur in septem partiales tractatus.
Primus est de suppositione.
Secundus est de Relatione.
Tercius est de Ampliatione.
Quartus est de Appellatione.
Quintus est de Restrictione.
Sextus est de Distributione.
Septimus et vltimus est de Expositione.

Famosissimi bonarum artiu3 ac philosophie monarche Parisiensis magistri Johānis de magistris summularum Petri hispani glosule exactissime ad mentem doctoris subtilis felici sydere incipiunt.

Sicut dicit philosophus in prohemio phisicoru3. Scire enim arbitramur vnumqꝙq3 cu3 causas eius cognoscimus. ideo in principio huius libri sicut ⁊ aliorum librorum inquirendum est de causis eius: vt in noticiam perfecta3 ipsius deueniamus. Unde istius libri sicut ⁊ alioꝝ librorꝝ quatuor sunt cause. s. cā materialis/formalis/efficiens/⁊ finalis. Et pro declaratione istoꝝ dictorum notanda sunt aliqua per ordinem. Primum est quid sit causa. Unde Causa est ad cuius esse sequitur aliud sc3 effect⁹ Et diuiditur. qr quedam est causa intrinseca. alia extrinseca. Extriseca alia ē efficiēs/⁊ alia finalis Intrinsecarum alia ē formal/alia material. Unde causa dicitur extrinseca que nō est de essentia siue conceptu quiditatiuo illius cuius est causa Sed causa intrinseca est illa que est de essentia siue de quiditate illius cuius est causa. Secundum dictum est ꝙ duplex est causa efficiens huius libri sc3 totalis/⁊ partialis. Partialis ꝺr Petrus hispanus qui hunc librum sūmularum extraxit a libris logice Aristotelis a Porphirio Boetio ⁊ multis alijs. Et dicit hic liber summule transumptiue ⁊ per quandaz similitudinez ad sūmam proprie dicta3. Unde sicut sūma proprie dicta resultat ex aggregatione plurium partiuorum numeroꝝ: ita iste liber resultat ex aggregatiōe pluriū puoꝝ tractatuū quoꝝ quilibet ꝺr sūmula. sed aggregatum ex his dicitur sūmule.

Causa ꝺo efficiens totalis est ipe deus. Et huius libri titulus est iste. Iste est tractatus summularum magistri Petri hispani. Titulus vero sic diffinitur. Est denominatio libri scōm omnes suas causas: vel scōm aliq3 suaz causarū. Similiter causa efficiens partialis est subiectu3 attributionis huius scientie. Causa efficiens totalis dicitur esse intellectus cu3 obiecto. que simul concurrunt ad causandum noticiaz siue sciencia istam que logica ꝺr. Unde noticia dependet ab obiecto ⁊ potentia tāq3 a causis essentialiter prioribus scōm illud Augustini. Cognoscente et cognito paritur noticia. Tertiu3 dictum est ꝙ finis huius libri est duplex sc3 extrinsecus et intrinsecus. Finis intrinsecus ē cognitio perfecta argumentationis. Nam cuiuslibet sciencie finis intrinsecus ē cognitio perfecta sui subiecti quantu3 ad principia eius partes ⁊ proprietates Utz aūt argumētatio vel silogism⁹ vel aliquid aliud sit subiectum hui⁹ scientie videbitur in logica. Dicitur aūt subiectum cognosci quātu3 ad sua principia partes ⁊ pprietates qñ cognoscitur subiectu3 diffinitiue si diffinitionez habeat vel quando cognoscitur scōm eius proprium cōceptum quiditatiuum. Et qñ cognoscitur passio ineesse diffinitioni subiecti. ⁊ diffinitio ineesse diffinito generaliter capiendo diffinitionem. Unde illud qō proprie scitur est ipa conclusio cui⁹ principia sunt cōplexa. ⁊ illa sunt per se nota cognitis significationib⁹ terminoz. Sed illud de quo habetur scientia est subiectu3 ꝯclusionis qō primo continet virtualiter omnes veritates illi⁹ habitus. Primo enim cōtinet primum predicatum sc3 passionem. ⁊ sic continet primaz propositionē qr formaliter continet suā diffinitionem vel suu3 conceptum quiditatiuum. ⁊ sic continet totaz veritatem illius habitus. ⁊ eius proprīū principiu3 est diffinitio vel conceptus eius quiditatiuus. ⁊ hoc intelligo de conceptu obiectiuo ⁊ nō qualitatiuo. Finis ꝺo extrinsecus est vt habita cognitiōe perfecta huius subiecti sciamus arguere in alijs sciencijs. et argumentationes cōponere ex terminis aliarum scienciaz. vt facilius acquiramus noticiam subiecti illarum scienciaru3. Et propter hoc logica est nobis necessaria cu3 alie scientie sine ea sciri perfecte non possint.

Sciendum est secundo ꝙ aliquid habere causam materialē potest intelligi tripliciter. Uno mō ꝙ habeat causam materialem ex qua vel in qua vel circa quā. Unde sciencia nō habet materiam ex qua. cum sit forma simplex ⁊ nō composita saltem ex re ⁊ re, tū bene ex realitate ⁊ realitate. quia ab ipsa sunt abstrahibiles diuersi conceptus ⁊ hoc est mediantib⁹ diuersis realitatibus in ipsa repertis. Sed bene habet materiaz in qua. qō patet qr illud habet materiam in qua, qō inheret alicui tanq3 suo subiecto. sciencia ē huiusmōi. qr est in intellectu subiectiue. g⁹ ⁊c. Habet etiam causam materialem circa quā. ⁊ talis dicitur proprie causa materialis sciencie que est obiectum siue subiectu3 attributionis. Et si arguatur. obiectum est causa efficiens noticie. g⁹ nō est causa materialis. R. concedendo añs. ⁊ distinguēdo ꝓñs. Uel causa materialis ex qua. ⁊ sic ꝺceditur. vel causa materialis circa quā. ⁊ sic negatur. Accidēs enim dependet

a substantia in triplici genere cause scz materialis efficientis ⁊ finalis scdm Aristotelez septimo methaphisice. Idē ergo potest esse causa efficiēs et causa materialis in qua vl circa quā respectu alicuius effectus puta noticie intellectiue. Et qz noticia dependet ab obiecto ⁊ potentia. ideo videndus ē quot conditiones requirūtur anteq̄ aliquid sit subiectus attributionis in aliqua sciē cia. id ē quot ꝯditiones requirūtur anteq̄ aliqđ subiectus primo virtualiter ꝯtinēs oēs veritates illius habitus sit causatiuus noticie que ōr scia

Dicitur g⁹ scdm Aristotelem p⁹ posteriox q̄ tres ꝯditiones requirūtur. Prima est q̄ de eo p̄ supponatur quid ē ⁊ quia est. scz q̄ presupponat subiectum esse ens potens existere ꝯtradictiones nō implicans. Et similiter q̄ p̄supponatur quid significatur per nomen. qz ignoratis significati onibus terminox ignoratur principia. cuz principia scimus inquantum terminos cognoscim⁹ Vel ōr q̄ de ipso presupponatur habere ꝯceptū quiditatiuuz. Secunda conditio est q̄ de ipso demonstrentur passiones per diffinitionem sub iecti vel rationem eius formalem. qz diffinitio est medium sciendi ex secūdo posteriox. ⁊ hoc gene raliter accipiendo diffinitionem. Tertia con ditio est q̄ omnia considerata in illa scientia ha beant reductionem ⁊ attributionē ad ipsum sub iectuz. aut vt principia. aut vt partes subiectiue vel integrales. aut vt passiones. aut priuatōnes qz tales non habent propriaz speciem sed habēt cognosci per speciem sui habitus. Requirit etiaz q̄ sub tali ratione formali i nulla alia scien cia ꝯsideretur. Alij vero cōmuniter assignant alias cōditiones subiecti attributionis. sed ille nō videntur sufficientes. qz propter illas subiec tum nō habet q̄ sit subiectum in aliqua scientia formaliter. Et sunt iste q̄ illud subiectum sit prin cipaliter consideratuz in illa sciēcia cuius ē sub iectum. Et ideo qz passiones ⁊ principia subiecti considerantur ibi ratione subiecti ⁊ nō rōne sui ideo nō habent rationem subiecti attributionis Secunda ꝯditio est qz omnia considerata in illa sciencia habeant reductionez ad ipsum id est q̄ omnia que querūtur in illa sciēcia querantur vt deueniamus in perfectaz noticiam subiecti attri butionis. Tertia ꝯditio est q̄ illud sit adequatū illi sciencie cuius est subiectum.

Sciendum est tercio

q̄ subiectuz dicitur octo modis. siue est equino cum ad octo. Primo accipitur pro obiecto ali cuius potentie. vt color ōr subiectum visus. i. ob iectuz. Secūdo mō accipit̄ p seruo vl famulo alicui⁹ dñi. seru⁹ enim ōr esse subiectus dño suo.

Tertio sumit̄ pro corpore posito sub alio. vt fundamētuz ponitur sub pariete. ideo fundamē tuz ōr esse subiectum parietis. Quarto⁹ capit̄ pro subiecto accidētis. vt dicim⁹ q̄ sortes ē sub iectum albedinis. et tale ōr subiectū inhesionis. ⁊ hoc modo aīa est subiectuz cuiuslibet sciencie

Quinto accipitur pro subiecto alicui⁹ ppositio nis. vt hō currit. hō enim est subiectuz. ⁊ currit ē predicatuz. Sexto capit̄ pro subiecto proprie passionis. vt cū ōr hō est subiectum risibilitatis.

Septimo accipit̄ pro inferiori alicui⁹ superio ris. sicut species ōr subiectum respectu generis.

Octauo accipitur pro subiecto attributionis. ⁊ hoc vltimo modo accipit̄ in proposito. Et isti modi patent in his ysibus. Obiectum verna. positus sub. cui quod inheret. Quod prius ē co pula. propriij. logicaliter ifra. Quo simul ars he ret. sunt bis subiecta quaterna. Causa vo for malis hui⁹ libri ē duplex. scz forma tractat⁹ ⁊ for ma tractandi. Unde forma tractādi ē mod⁹ pro cedendi. qui ē diuisiu⁹. diffinitiu⁹. discursiu⁹. ⁊ ex parte nri exēplox positiu⁹. Sz forma tractat⁹ est diuisio libri per capitula. ⁊ capitulox p tractat⁹ ⁊ tractatuuz p partes. Diuiditur enim iste liber prima sui diuisione in septē tractatus partiales

Prim⁹ est de enūciatione. Secūdus ē de p̄dicabilib⁹. Tertius ē de p̄dicamētis. Quart⁹ ē de silogismo simpliciter. Quintus ē ō silogis mo dyaletico. Sext⁹ ē de fallacijs. Septim⁹ est de paruis logicalib⁹. Qui itez diuidit̄ in sep tem tractat⁹. scz in tractatuz de suppositionibus de relatiuis. de ampliationib⁹. de appellationi b⁹. de restrictionib⁹. de distributiōib⁹. ⁊ de expo nibilib⁹. Et sic patēt cāe titul⁹ ⁊ diuisio hui⁹ libri

Sed contra predicta

arguit̄ primo sic. Iste liber ē tm̄ vna sūmula. g⁹ male ōr sūmule in pl̄i numero. Secūdo argui tur sic. Sciēcia ē habit⁹ cōclusionis p demōstra tionē acquisit⁹. sed argumēta⁹ nō ē ockō. g⁹ hec scia nō ē de argumētatiōe. ⁊ p ꝯs nō ē i ea sub iectū. Tertio sic arguit̄. Ois cā equiuoca est dignior suo effectu. cū inter ipsaz ⁊ suū effectum sit distinctio specifica. sz argumētatio vl silogis m⁹ nō ē pfectior ista scia. cū sit ens rōnis ⁊ ipsa sit ens reale. g⁹ sequit̄ q̄ argumēta⁹ vl sill⁹ nō ē subiectū hui⁹ scie. Quarto sic arguit̄. Ois ē subiectū hui⁹ scie. g⁹ argumētatio nō ē subiectū

Ad rationes Ad primaz

dicit̄ q̄ si ꝯsideret̄ hic lib vt ē vn⁹ totalis tracta tus de vno subiecto p̄io sic ōr sūmula in singu lari nūero. sz si ꝯsideret̄ scdm q̄ plures quas sū mulas siue tractat⁹ cōtinet sic ōr summule in pl̄i numero. Ad secūdā ōr q̄ licz ō sola ockone sit scia tāq̄ de illo qđ scit̄ p demonstrationē: tñ de subiecto ockonis bñ ē scia tāq̄ de eo de quo scit̄ aliquid p demōstrationē. Ad tertiaz ōr ocedē do q̄ ois causa equoca total dignior ē ⁊ pfectior suo effectu. sed nō oportet ō cā equiuoca ptiali

cuiusmõi ẽ subiectũ siue obiectũ huĩ⁹ scie. Ad quartã ỹ q licz aĩa sit subiectũ inhesionis huĩ⁹ scie:nõ tñ ẽ subiectũ attributionis cuiusmodi ẽ argumẽta⁹ vł silogism⁹ ỹ quo videbiť in logica.

Dyaletica est ars artium sciencia sciencia rum ad omnium methadoꝝ principia viam habẽs. Sola enĩz dyaletica probabiliter disputat de principijs omniũ aliaꝝ sciencia ꝝ.

Circa hunc textuz Notanduz ẽ primo q iste liber prima sui diuisione diuidiť in prohemiuz ꝛ tractatuz. Tractat⁹ incipit ibi. Sonus est quicquid. Qui ỹ esse tractat⁹ de enunciatione. In prohemio aũt more boni actoris reddit auditores beniuolos dociles ꝛ attentos ostẽdendo dialetice siue logice vtilitatẽ eã sic diffiniendo. Dyaletica est ars artiuz sciẽcia sciẽciaꝝ ad oĩa methadoꝝ principia viaz habẽs. Per hoc enĩz q ỹ ars artium scia sciẽciaꝝ: ostẽdit excellẽciaz ei⁹. Et p hoc q ỹ ad oĩa methadoꝝ principia viam habens tangit eius vtilitatẽ. Unde dyaletica dupliciter accipiť. Uno⁹ generaliter vt idez ẽ q logica. ꝛ sic diffiniť hic. Alio⁹ capiť specialiter p parte logice siue pro silogismo dialetico de quo determinatur in libris topicoꝝ. et hoc mõ nõ diffiniť hic. Et diuiditur logica in veterẽ ꝛ nouaz. Unde logica nõ ỹ vetus eo q sit prius inuenta vel acquisita. Nec ỹ noua eo q de nouo vel posteriꝰ sit acquisita vel inuẽta. sed logica ꝓsiderans de partib⁹ que naturali ordine sũt priores diciť vetus logica. sicut pars illa in qua ꝓsideratur ỹ termiñs et propositionib⁹ que naturaliter sunt priores silogismo. Sed ỹ logica noua eo q cõsiderat de ptib⁹ q̃ naturali ordine sũt posteriores

Similiter ars capiť dupliciter. Uno⁹ generaliter. Alio⁹ specialiter prout est vn⁹ habit⁹ intellectualis distinctus ꝓtra alios. ꝛ sic nõ capiť hic qz si sic opposita ponerẽtur in illa diffinitiõe. qz ars ꝛ scia sunt habitus oppositi. Et scdm istam acceptionẽ sic diffiniť ab Aristotele. Ars ẽ recta ratio rerꝝ a nobis factibilium. id ẽ Ars ẽ habit⁹ intellectualis p rectaz rõnez docens opari circa factibilia. Et diuidiť in septẽ artes mechanicas que in his ỹsibus ꝓtinẽtur. Lana. nem⁹. miles. nauigatio. rus. medicina. Dis ars fabrilis ꝺnumerari potest. Alio⁹ capitur ars generaliter. et tũc sic diffinitur a tullio. Ars est collectio multorum ꝑceptoꝝ in vnũ fiñ tendentiuz. et hoc mõ nõ opponiť scie sed ẽ supius ad artẽ ꝛ scienciam proprie dictã. ꝛ sic capiť in diffinitione dialetice

Et diuidiť in quinqz habitus intellectuales specifice distinctos quib⁹ nõ ꝓtingit dicere falsuz. i. falso assentire. ꝛ ideo vocãť ỹtutes intellectuales et sũt isti. Intellect⁹. scia. prudẽtia. sapiẽtia. ꝛ ars specialr capta. Quoꝝ sufficiẽtia sic potest haberi. Quia ois habit⁹ intellectualis vł ẽ circa necessaria vel circa ꝓtingẽtia. Si primũ hoc ẽ dupl'r. qz vł ẽ circa ꝓclones vł circa principia. si primũ sic ẽ scia. Si scdm hoc ẽ dupl'r. vł ẽ circa principium ꝓclonis. ꝛ sic ẽ intellectus. vł circa principia prima necessaria ꝛ incõplexa. ꝛ sic ẽ sapiẽtia. Uñ sapiẽtia ẽ cognitio de reb⁹ altissimis. Si circa cõtingẽtia hoc ẽ dupl'r. vel ẽ circa agibilia vł circa factibilia. Si pr⁹ sic ẽ prudẽtia. si scdm sic ẽ ars ꝑprie capta. Ab aliꝰ tñ ponit aliã sufficiẽtia habituũ intellectualiũ hoc mõ. Quia ois habit⁹ intellectualis aut est practic⁹ aut speculatiu⁹. Si speculatiu⁹ hoc ẽ tripl'r. Uel ẽ circa principia demõstratõis. ꝛ sic ẽ intellect⁹. vł ẽ circa principia ꝓclonis. ꝛ sic ẽ scia. vel circa vtrũqz. ꝛ sic ẽ sapiẽcia. Uñ scdm Arist. vj. ethicoꝝ. Sapiẽtia ẽ simł intellect⁹ ꝛ scia. Si sit habit⁹ practic⁹. h⁹ ẽ dupl'r vel ẽ circa agibilia. ꝛ sic ẽ prudẽtia. vł circa factibilia. ꝛ sic ẽ ars specialr capta. Sub arte aũt generalr capta ꝓtinẽť septẽ artes liberales q̃ in his ỹsib⁹ cõtinẽť. Gra loquiť. dia ỹo refert. ret ỹba colorat. Mus canit. ar numerat. geo põderat. as colit astra. Quaꝝ tres prime dicunť triuiales scz gramatica. logica. ꝛ rethorica. quasi tres vie in vnũ finẽ tẽdẽtes. s. in cognitionem sermonis. Alie ỹo dicũť quadruuiales quasi q̃tuoꝝ vie in vnũ finẽ tẽdẽtes. s. in cognitionẽ quãtitat⁹. Musica enĩz ẽ ỹ quãtitate discreta ꝓtracta ad sonuz Arismetica ỹ quãtitate discreta nõ ꝓtracta. Geometria de quãtitate ꝓtinua nõ ꝓtracta. Astrologia aũt de quãtitate ꝓtracta ad motũ. Et sic patet declaratio huius nominis ars qđ est primus terminus in diffinitione dialetice positus.

Sciendum est secundo q̃ pro declaratione termini secũdi positi in diffinitione dialetice videduz ẽ que res sit scia. Uñ scia ẽ q̃daz q̃litas habituał existẽs subiectiue in aĩa nr̃a qua disponiť ad facilr ꝛ ꝓmpte ꝓsideradum aliqđ subiectuz ꝑse intelligibile. Et q sit habituał q̃litas patz. qz scdm phm secũdo ethicoꝝ tñ sunt tria in aĩa. s. passio. potẽtia ꝛ habit⁹. qđ debet intelligi de ꝓsequẽtib⁹ dispositionẽ ꝛ nõ ỹ preuijs ad dispositionẽ. Sz scia nõ ẽ potẽtia cũ potẽtia insit nob a natura. scia ỹo nõ. Nec ẽ passio cũ ipsa passio impediat aliqñ intellectuz a cõsideratione vitat⁹. Uñ phus. vij. phisicoꝝ. Alia quiescẽdo a passionib⁹ fit sciẽs ꝛ prudẽs. g⁹ relinquiť q sit habitualis q̃litas manẽs in intellectu nr̃o cessante actuali ꝓsideratione intellect⁹. ꝓna tenet p locũ a sufficienti diuisione. Uñ ad sciam ꝑprie dictã q̃tuor ꝺditiões requrũť. Prima ẽ q sit certa. ꝛ infallibilis notitia sine dubitatione

z deceptiõe. Et p hoc differt ab opiniõe z suspitiõe quib⁹ frequẽter accidit q̃ sint false. Secũda ꝯditio ẽ q̃ sit de obiecto necessario. qz qõ scit impossibile ẽ aliter se habere. et p hoc differt ab arte z prudẽtia. Tertia ẽ q̃ ista noticia sit causata ex aliq⁹ cõplexo prius euidẽte intellectui. z p hoc differt a notica principioꝝ. Quarta est q̃ illud ꝯplexum sit applicatũ ad ipm p discursum silogisticum. Ex quib⁹ cõditionib⁹ colligit diffinitio sciẽcie q̃ talis ẽ. Sciencia ẽ certa z infallibilis noticia obiecti necessarij habẽt euidẽtiaz ex aliquo ꝯplexo prius euidẽte intellectui applicato, ad ipm p discursum silogisticũ. Que ẽ eadẽ in sententia huic diffinitõni q̃ habet. vj. ethicoꝝ. Scia est habit⁹ cõclonis p demõstrationẽ acquisit⁹. Ex hoc inferũtur duo correlaria. Primum ẽ q̃ scia et intellect⁹ sũt due noticie specifice distincte. ptz qz noticia principioꝝ ẽ cã noticie ꝯclonis. z nõ ẽ cã vniuoca g⁹ ẽ equiuoca. sz inter causaz equiuocã z suũ effectũ ẽ distinctio specifica. g⁹ prius correlariuz vez. Secũdum correlariuz ẽ q̃ noticia premissaruz ꝯpataz ad ꝯclonẽ ẽ cã noticie ꝯclonis. Qõ satis patet ex diffinitione silogismi pfecti cũ dr. quin illius ẽ cã. mõ idez esse sui ipsi⁹ causam est falsũ. qz secũdo dõ aia habet q̃ nulla res generat seipsaz. g⁹ Uñ iste genitiu⁹ scienciaꝝ reflex⁹ supra ntñ importat excellentiaz z dignitatẽ. Dupliciter tñ potest intelligi q̃ ipsa scia excedat alias scias. Uno⁹ quãtũ ad pfectionẽ subiecti z dignitatez siue modũ procedendi. z isto mõ hec scia nõ excedit oẽs alias scias. cũ mlte sint ꝺ nobiliori z pfectiori subiecto quã sit ista. Alio⁹ põt intelligi ipsaz excellere alias scias quantũ ad vsuz z applicationez. z isto mõ oẽs alias scias excellit. cuz ad oẽs scias possit applicari. Aliqui tñ aliter dicũt q̃ hec scia inter scias adminiculatiuas id ẽ subseruiẽtes q̃ sunt tres. s. grãmatica logica z rethorica ista ẽ dignior z nobilior. sz nõ ẽ dignior z nobilior oibus alijs sciẽcijs nõ adminiculatiuis. Tertius termin⁹ in diffinitiõe dialetice ẽ methadus qui potest capi dupl̃r. Uno⁹ ꝓprie vt ẽ breuis via cito z faciliter ducẽs ad terminũ. Alio⁹ capit trãslũptiue z similitudinarie pro illo libro in quo ꝯpendiose z breuiter tradũtur ea q̃ diffuse habẽt in alijs libris. z isto mõ capit hic methadus z nõ primo mõ. Uñ ꝺr scõm aliquos logica habet viã ad principia oim methadoꝝ. i. aliaꝝ sciẽciaꝝ a se. Dicit tñ z melius. qz scõz illũ modum scõm quẽ logica habet viaz ad principia aliaꝝ sciaꝝ habet etiaz viã ad sua principia. qõ probat. qz vel logica ꝺr habere viã ad principia aliaꝝ sciaꝝ eo q̃ est pbatiua principioꝝ cuiuslibet scie alteri⁹ a se. z isto mõ sicut logica non habet viaz ad principia aliaꝝ sciaꝝ cuz nõ sit probatiua principioꝝ scie methaphisice. nec alicui⁹ alteri⁹. sic etiaz nõ habet viam ad sua principia Uel logica ꝺr habere viã ad principia oim aliaꝝ sciaꝝ. qz docet ex principijs cuiuslibet scie argumẽtationes ꝯponere. z isto mõ sicut logica habz viaz ad principia aliarum sciaꝝ sic etiaz ad sua principia. Ex quib⁹ patz declaratio terminoꝝ z particulaꝝ in diffinitione dialetice positarum que sub breuib⁹ possunt sic intelligi. Dialetica. i. logica est ars artiuz scia sciaꝝ. i. inter oẽs scias adminiculatiuas dignioz z nobilioz. ad omnium methadoꝝ principia viaz habẽs. i. docẽs ex propriis principijs oim aliaꝝ sciaꝝ ꝓprias argumẽtationes ꝯponere. Et si arguat illa diffinitio ẽ nugatoria g⁹ nõ ẽ bona. ꝯña ẽ nota. z añs probatur. qz scõm pri⁹ dicta ibi ars capit vt ẽ superius ad sciam z alios habit⁹ intellectuales. g⁹ cũ addit suũ inferius. s. scia ibi ẽ nugatio. qz scõm phm. vj. thopicoꝝ. dicto vñ si suũ pticulare vel infer⁹ addat ẽ nugatio. Ad hoc rñdet negando añs. et ad pbationẽ ꝺr q̃ in duob⁹ casib⁹ contingit aliquid idem repetere. s. ad explicationem laudis z excellentie. vt ad explicationẽ vtuperij Mõ ꝺr q̃ ibi repetit idem ad ostẽdẽdũ excellẽtiã z dignitatẽ huius scie ad alias scias. z sic patet q̃ ibi nõ ẽ nugatio cuz nõ sit repetitio inutilis vni⁹ z eiusdez. Uel ꝺr q̃ ibi nõ addit scia vt inferi⁹ sed ibi addit tenẽdo expositiue ita q̃ sit sensus. Dialetica ẽ ars artiuz. i. scia sciaꝝ ita. s. q̃ ostẽdatur ꝓ quo inferiori tenetur tale superius z sub quo modo hic consideratur.

Sciendum est tercio q̃

circa ꝓdicta incidit vna difficultas. Utz. s. logica sit scia speculatiua vel practica. De qua sũt duo modi dicẽdi. Pro declaratõne primi termini aduertẽdũ ẽ q̃ illa scia ꝺr practica q̃ ꝓsiderat de opabilibus a nobis p intellectũ z volũtatez liberaz docẽs q̃liter debeam⁹ operari circa opabilia. et sic illa scia q̃ est directiua alicui⁹ opis intellect⁹ ꝺr practica. Uñ vt ꝺr scie practice duo sũt fines. Prim⁹ est noticia actualis certa z euidens de ꝯclone. Secũdus ẽ q̃ illa sit directiua alicui⁹ opationis siue intellect⁹ aut volũtatis. Sz illa scia ꝺr speculatiua q̃ finaliter ordinat ad scire tã̄ ad finẽ imediatũ. et nõ ordinat ad aliquam opationẽ tã̄ ad finẽ imediatũ. ideo nõ ẽ directiua alicui⁹ opis. Et scõm hũc modum rñdetur q̃ logica ẽ scia practica. Probat. qz ois illa scia est practica q̃ ẽ de opabilib⁹ a nobis libere p intellectũ z volũtatẽ. i. q̃ ẽ directiua alicui⁹ opis a nobis. sed logica ẽ huiusmõi. g⁹ ẽ practica. minor patet. qz logica docet nos diffinire diuidere et discernere q̃liter z quomõ argumẽtationem formare debem⁹. sed isti sunt act⁹ quoꝝ logica ẽ directiua. g⁹ ꝯclo ꝓa. Alius mod⁹ dicẽdi ẽ. pro cuius intellectu est aduertendũ q̃ soluz illa scia ꝺr practica q̃ ẽ directiua alicui⁹ alteri⁹ opationis ab itellectu q̃ ẽ naturalr posterioꝝ ipsa intellectione nata cõformiter elici rõni recte vt recta sit. Et illa scia ꝺr speculatiua q̃ ordinat ad scire z nõ est directiua talis opatõnis. Et scõm hũc mo

duz ꝺr ad dubiū q logica nō ē practica sz specu/latiua. Probat. ois scia practica ē directiua pra xis .i. alterius opatiōis ab intellectu. sed logica nō ē directiua praxis g⁹ nō est practica. Et vltra nō ē practica g⁹ ē speculatiua. qz ois scia ē prac tica vl speculatiua. minoꝛ patet. qz nulla opatio intellect⁹ est praxis: cū praxis sit opatio alterius potētie ab intellectu. sz logica ñ est directiua nisi opationū intellect⁹. g⁹ ñ ē directiua praxis z sic nō ē practica. Item si logica esset practica hoc esset qz esset de opabilib⁹ a nob. sz ꝓpter hoc nō debet dici practica. g⁹ Minoꝛ pbatur. qz tūc ois scia esset practica cū ois talis ordinet ad aliquod op⁹ puta ad speculari. z etiaz sic scia libri de aia esset practica cū sit de opabilib⁹ a nobis puta de sen satiōib⁹. de motib⁹ z appetitib⁹ sēsitiuis. sz h⁹ fim ē igit. De h⁹ dubio āpli⁹ videbit in logica.

Sed contra predicta ar

guit Primo sic. Ois ars ē de factibilib⁹ a nob. sz logica nō ē ꝺ factibilib⁹ a nob. g⁹ logica ñ ē ars

Secundo sic. Methaphisica ē excellētioꝛ z dig nioꝛ logica. g⁹ logica nō est ars artiū. Tertio sic. Scia ē necessarioꝛ ars ꝺo ꝓtingētiuz. g⁹ si lo gica sit ars ipsa ñ erit scia. Quarto sic. Ois ars ē habit⁹ practic⁹. sz logica ē ars. g⁹ logica est habit⁹ practic⁹. maioꝛ probat ꝑ Arist. vi. ethicoꝛ dicentem. ars z prudētia sunt habitus practici.

Ad rationes Ad primaz

dicit z ad tertiā q capiēdo artē specialr ars ē de factibilib⁹ a nob z ꝓtingētiū. nō tñ ars generalr capta quēadmodū capit in diffinitione dialetice

Ad secūdā ꝺr q licz logica nō sit excellentioꝛ z dignioꝛ methaphisica z aliis sciēciis realib⁹ at tendēdo ꝺignitatē ex pte subiecti: tñ ē excellētioꝛ aliis sciēciis attēdēdo dignitatē ex pte cōitatis sui subiecti z vsus z applicationis. Ad ārtā ꝺr q Arist. capit artē specialr vt ē habit⁹ intellec tualis distinct⁹ specie cōtra alios habit⁹. z nō ca pit artē generalr āliter capit in diffinitione diale tice. Et hū ꝓcedit rō capiendo artē specialiter.

Et ideo in acquisitiōe oim alia

rū sciaꝝ dialetica ꝺr esse priꝛ.

Dicit enī ꝺyaletica a ꝺya qꝺ ē duo z logos qꝺ ē sermo. vl le gis qꝺ ē rō. q̄si duoꝝ ꝺmovel rō sc̄z opponēt/ z rñdēt/ i disputan do. Sz qz disputatio ñ pōt ha beri nisi mediāte ꝺmōe: nec ser mo nisi mediāte voce: nec voꝛ nisi mediante sono. Ideo a so no tāq̄ cōioꝛi inchoandum est.

Circa hūc textū Notādū ē primō q ex ꝺdicta dif finitiōe dialetice Petr⁹ hisp. infert vnū corrolariū dicēs q iō in acquisitōe aliaꝝ sciaꝝ dialetica ꝺr esse priꝛ. Qꝺ pbat. qz ꝺmunissima sūt priꝛa ordine doctrine. sz logica rōne vsus z applicatōis ē ꝺmunissima. g⁹ ē priꝛ ordine doctrine. Et etiaz nulla scia acquirit nisi ꝑ demōstrationē q̄ ē spēs argumētationis. cū g⁹ dialetica ostēdat oēm mo dū arguēdi. s. dialetice z demōstratiue z sophisti ce. sequit q nulla scia potest acquiri sine dialeti ca. Et hoc debet intelligi ꝑfecte z ꝺplete. Uñ ali quā sciam esse priꝛē alia potest intelligi dupl⁹r. Uno⁹ ordine nature vl ꝑfectiōis. z sic ille sciēcie sūt priꝛes q̄ꝝ subiecta sūt priꝛa z ꝑfectioꝛa. et hoc mō dialetica ñ ē priꝛ oib⁹ aliis sciencijs. qz subiectuz et⁹ qꝺ ē argumētatio vl silogism⁹ ē ens rōnis. iō posteri⁹ē subiect/ aliaꝝ sciaꝝ saltē rea liū. Alio⁹ vna scia pōt dici priꝛ alia ordine doc trine z q⁹ ad nos. z sic illa scia ē priꝛ q̄ valz ad acquisitionē ꝑfectā aliaꝝ sciaꝝ. z sine q̄ alie scie ñ pñt ꝑfecte acq̄ri cuiusmōi ē dialetica. iō priꝛ ē aliis sciēciis. Et si arguat⁹ via doctrine ḡmati ca ē priꝛ logica. g⁹ dialetica ñ ē priꝛ. Rñsio di stinguit⁹ añs. vel grāmatica positiua q̄ docet sig nificatiōes terminoꝝ. z sic ꝓcedit⁹ q̄ via doctrine ē priꝛ logica. z tal ḡmatica ñ ē scia. vel ḡmatica regl⁹r/ z ē illa q̄ ꝑ vas ōmōstratiōes docet oēs ꝺgruas ꝺponere z docet ꝺgruū ab icōgruo discernere z sic negat⁹ añs. imo sine logica ꝑfecte nulla sciencia potest acquiri.

Scienduz est secundo q

ad ostēdēdū quid ꝑ nomē dialetice significetur. Petr⁹. h. in textu duplicē ponit interꝑtationē illi us nois. Pōt. n. scribi ꝑ. y. grecuz. z tūc ꝺr a ꝺya qꝺ est duo z logos sermo z lexis rō q̄si duoꝝ ser mo. s. opponēt/ z rñdēt/. vl vni⁹ hñt/ vicez duoꝝ Alio⁹ pōt scribi ꝑ. i. latinū. z tūc ꝺr a ꝺia qꝺ ē de z logos sermo z ycos scia q̄si scia ꝺ sermone. Et hoc patz ꝑ hos ꝺ sus. Scribe ꝑ. y. grecū ꝺya duo significabit. Scribe ꝑ. i. nīm ꝺia de significabit.

Sciendum est tercio q

ꝺñr autoꝛ pbat q in logica p⁹ ꝺsiderā dū ē ꝺ so/no tāq̄ ꝺ cōioꝛi. Patz. qz via doctrine ꝺ cōioꝛib⁹ pu⁹ determinādū ē. sz inter ꝺsiderata in ipa logi ca son⁹ ē hmōi. g⁹ ꝺ ipo p⁹ determinā dū ē. ꝺña ē nō. maioꝛ ē phi p⁹phicoꝝ. Minoꝛ pbat. qz logica ꝺsiderat de argumētatōe q̄ ñ pōt haberi nisi me diāte sermōe. z sermo nisi mediāte voce. nec voꝛ nisi mediāte sono. iō a sono tāq̄ a cōioꝛi inchoā duz ē. Et si arguat. aliq̄ disputatio pōt haberi sine sermōe z voce. g⁹ male ꝺr q disputatio non pōt haberi nisi mediāte sermōe z voce. Pro so luttone hui⁹ aduertēdū ē q triplex ē disputatō. s. mētal vocal z scripta. Disputatō mētal fit q̄n hō ꝑ seipm ꝺsiderās disputat. Sz disputatō scripta ē illa q̄ fit cū vn⁹ disputat cū alio ꝑ scripturā. quē admodū ꝺtigit iter duos mīstū distātes admuicē Et isti duo mōi disputatōnū pñt hīi sine sermōe

nec ꝺ ipis itēdit autor nr. Sz disputatō vocal' fit qñ vn⁹ disputat cū altero vocal'r. ⁊ tal' nō pōt haberi sine sermōe. ⁊ de ipa intelligitur in textu.

Sed contra pdicta arguit' ꝓio sic. Multe scie fuerūt inuēte añ logicā. g⁹ logica ñ. ē ꝓior. Secūdo sic. Qualitas ē cōior ꝙ son⁹. g⁹ ñ ē incipiēdū a sono tāꝙ a cōiori. Tertio sic. Son⁹ ē de ꝓsideratōe phi g⁹ ñ ē ꝺ ꝓsideratiōe logici. ⁊ sic ñ ē incipiendū a sono. Quarto sic. Ens rōis pōt hꝫ sine ēte reali sz disputatio ē ens rōnis cū sit q̄dā relatio rōis ergo potest haberi sine voce que est ens reale.

Ad rationes Ad primam ꝺr ꝙ duplex ē logica. q̄daz est natural' ⁊ alia ē artificial'. Uñ logica natural' ē q̄daz natural' inclinatio qua inclinamur ad ꝓsiderationē veri vl' fli. ⁊ nlla scia ē acquisita añ talez logicā. lz aliq̄ sint inuēte ipfecte ⁊ incōplete ante logicā artificialē. Ad secūdā ꝺr ꝙ lz q̄litas sit cōior sono scōz pdicationē. tū qr son⁹ nob magꝭ oñdit naturā voc' inq̄tū ē signū ꝓcept⁹ mēt' ꝙ q̄litas. iō inchoādū ē a sono ⁊ ñ a q̄litate. Ad tertiaz ꝓcedit' añs ⁊ distinguit' ꝓñs. vl' sub eadē rōe formali ⁊ sic ꝓcedit'. vl' sub alia rōne ⁊ sic negat'. qr ꝓsidera't' a phisico inq̄tū ens naturale. ⁊ a logico inq̄tū signū mēt' ꝓcept⁹. Ad q̄rtā ꝺr ꝙ relatio rōis fūdat' in aliq⁹ obiecto cognito ⁊ termināt' ad aliud obiectū cognitū. lz ñ ꝓsurgit ex natura extremoꝝ lz p actū intellect⁹. iō ꝓcludit argumētū ꝙ tal' disputa⁹ puta mēntal' vel scripta pōt hꝫ sine voce. lz nō disputatio vocal' iō tal' rela⁹ fūdata in ꝓmissis vocalib⁹ ñ pōt eē nisi ille sint.

Son⁹ est quicquid ab auditu p prie ⁊ p se pcipit'. Dico aūt ꝓ prie. qr lz hō vl' cāpana audiat hoc ē nisi p sonū suū. **Sonoꝝ** ali⁹ vox ali⁹ nō vox. Son⁹ vox est idē ꝙ ipa vox. Uñ vox ē son⁹ ab ore aial' plat⁹ naturalib⁹ istrumētis formāt⁹ Naturalia istrumēta q̄b⁹ vox formāt' sūt nouē. s. guttur ligua palatū. q̄tuor dētes ⁊ duo labia. Uñ ꝟs⁹. Instrumēta nouez sūt guttur ligua palatū. Quatuor ⁊ dētes. sūt ⁊ duo labia sil'. Son⁹ ñ vox ē qui gñatur ex collisiōe duoꝝ corꝓoꝝ inanatoꝝ. vt fragor arboꝝ. strepit⁹ pedū. Uocū alia significatia. alia ñ significatia. Uox significatiua ē illa q̄ auditui nr̄o aliq̄d repsētat vt hō hoiem. Uox nō significatiua ē illa q̄ auditui nr̄o nihil repzesentat vt buf. baf.

Circa hūc textū Notādū ē p⁹ ꝙ h ꝓñr. P. h. ꝺclarat ꝓsiderationez suā ea inchoādo a sono. iō in ꝓncipio hui⁹ tractat⁹ diffinit sonū hoc mō. Son⁹ ē quicq̄d ꝓprie ⁊ p se ab auditu pcipit'. In qua diffinitōe, quicq̄d tenet' indefinite ⁊ ñ vl'r. Et ponit' ibi ꝓprie ad ꝺrāz sēsibilitaz cōi⁹. Nā duplex ē sēsibile. s. cōe ⁊ ꝓprū. Sēsibile cōe ē illud qđ a plib⁹ sēsib⁹ natū ē pcipi. ⁊ sūt quinqz talia. s. magnitudo nūer⁹ mot⁹ figura ⁊ quies. Et ꝺr sēsibilia cōia ñ qr ab oib⁹ sēsib⁹ pcipiūt' lz a plib⁹ puta a duob⁹ vl' a trib⁹ pcipiūt'. Sz sēsibile ꝓprū est qđ ab vno sēsu exterioꝝ pcipit'. Et sūt quiqz talia. s. obiecta sēsuū exterioꝝ q̄ sūt tact⁹ vis⁹ gust⁹ audit⁹ ⁊ olfact⁹. Et ponit' ꝙ se i ꝓdicta diffinitiōe ad ꝺrāz sēsibilitū ꝙ accūs Eſt. n. qđā sēsibile p se qđ imutat sēsū rōe sui ⁊ ñ rōe alteri⁹ vt color. Aliud ē sēsibile p accūs qđ ñ p se imutat sēsū lz rōe alicui⁹ alteri⁹ sicut ē subā q̄titas ⁊ sic de aliis. Sic g⁹ intelligit' i pdicta diffinitōe. Son⁹ ē aliq̄d perceptibile vl' aptū natū pcipi ꝓprie ⁊ p se ab auditu. Et ꝺr ꝓprie ad exclusionē sēsibiliū alioꝝ sēsuuz. Et ꝙ hec diffinitō sit bōa pōt sic ꝓbari. qr si bi ꝓueniūt ꝓditōes bōe diffinitōis q̄ cōiter assignāt' eē, tres. Pria ē ꝙ diffinitō ꝓueiat oi ꝓtēto sb diffinito. i. ꝺ q⁹cūq; ꝺe pdicat' diffinitū affirmative ⁊ eēnal'r ꝺ eodē pdicet' diffinitio. Secūda ē ꝙ ꝓueniat soli diffinito. ⁊ h⁹ ꝺz itelligi p se p⁹ sine ꝓuertibil'r. alias hec ꝓditio repugnaret prie. Uñ diffinitō bñ ꝓueit cuilibz ꝓtēto sub diffinito p se sz ñ p⁹ ⁊ p se imo soli diffinito h⁹ mō ꝓueit. Uñ illa ꝓpō i q̄ pdicat' diffinitō ꝺ iferiorib⁹ diffiniti ē in aliquo mō dicendi per se. Tertia ꝓditio est ꝙ diffinitio sufficienter declaret quiditatem diffiniti ita ꝙ faciat ipsum differre a quolibet alio.

Sciendū ē secūdo ꝙ son⁹ diuidit' i sonū vocē ⁊ i sonū ñ vocē. Que diuisio pōt' sic ꝓbari. qr sibi ꝓueniūt ꝓditōes req̄site ad h⁹ ꝙ aliq̄ diuisio sit bōa. ⁊ sūt tres. Pria ē ꝙ mēbra diōnis sint oppositaꝝ habeāt diuersas rōnes ita ꝙ vnū i sua rōe formali dicat negatōnez alteri⁹. Secūda ē ꝙ mēbra diuisiōis ñ dēt excedi a diuiso sz dēt euacuare totā ptātez diuisi. sic ꝙ nihil sit sb diuiso qui ꝓtineat' i aliq⁹ mēbroꝝ eius Tertia ē ꝙ mēbra diuisiōis sil' sūpta ñ excedāt diuisū sz cū eo ꝓuertāt'. h⁹ ē ꝺbus cūq; ꝓueniāt mēbra diōnis eis ꝺz ꝓueire diuisuz. Et oēs ille tres ꝓditōes ꝓueniūt pdicte diuisiōi. g⁹ ē bōa. Uñ son⁹ vox ē idē ꝙ ipa vox. Sic diffinit' aūt vox. Vox ē son⁹ ab ore aial' plat⁹ naturalib⁹ istrumēt' format⁹. Et ponit' son⁹ loco generis. Deinꝺ ponit' ab ore aial' plat⁹, ad ꝺrām soni facti ex pcussione duoꝝ

corpoꝝ iaiatoꝝ. Et ꝓdicꝫ naturalibꝰ instrumꝫ| formatꝰ ad dꝛaz tussis z sternutatõis z aliozꝝ sonoꝝ factoꝝ ab oze aiaꝫ ñ mediãtibꝰ naturalibꝰ instrumtis q̃ sũt necessario req̃sita ad ꝓpletã z ꝏbitã formationez voc| Et sũt nouẽ q̃ i his ꝟsibꝰ cõtinẽt. Instrumenta nouem sunt ꝛc| .qui patẽt in textu.

Sciendũ ẽ tertio q̃ sonꝰ ñ vox ẽ q̃| gñaꝫ ex collisiõe duoꝝ corpoꝝ iaiatoꝝ vt fragoꝛ arboꝝ Et sic diffiꝫ collisio ẽ mutua duoꝝ corpoꝝ iaiatoꝝ ꝓcussio. Ad hꝰ n. q̃ aliq̃s sonꝰ sit ñ vox ñ fq̃ritꝫ q̃ corpa a q̃bꝰ fit nllo? sint aiata. ꝫ sufficit q̃ ñ causetur ab eis sc̃ꝫ q̃ aiata sũt ꝫ sc̃ꝫ q̃ corpa dura. Diuidiꝫ aũt vox i vocẽ significatiuã z ñ significatiuã. Uñ vox significatiua capiꝫ dupliꝛ. Unoꝰ gñaliꝛ ꝓ voce repñtãte rẽ vl ꝓceptũ mẽt| aut affectũ aut suã ymaginẽ aut ꝓ latoꝛẽ. z istoꝰ ñ capiꝫ h vox significatiua. q̃ sic ois vox mũdi eẽt significatiua. Cũ ois vox repñtet se z suã ymaginẽ aut suũ platoꝛẽ. Alioꝰ capiꝫ specialiꝛ. z ad ipaz tres ꝏditões req̃rũꝫ. Pria ẽ q̃ sit repñtatiua alicꝰ alteriꝰ a se. Secũda ẽ q̃ repñtet aliquid aliud a suo platoꝛe. Tertia ẽ q̃ significet illã rẽ ex volũtate z itẽtõe ponẽt| .z istoꝰ capiꝫ h.

Uñ vox significatiua est illa q̃ auditui nr̃o aliq̃d repñtat. s. aliud a se z a suo platoꝛe cuiꝰ ipa sit sigꝝ Et hꝰ ꝏr ad dꝛaz voc| ñ significatiue, q̃ ꝫ ꝓpñtet se ipaz z suũ platoꝛẽ tñ ñ ẽ repñtatiua illiꝰ cuiꝰ ẽ signũ Elt aũt signũ sc̃ꝫ tulliũ aliq̃d q̃ se offert sensui aliq̃d ꝏreliquẽs intellectui. Sz vox ñ significatiua est illa q̃ auditui nr̃o nihil repñtat vt bu. ba. baf. iste voces nihil repñtãt intellectui tã q̃ signũ ꝫ tñ repñtãt p modũ rei. s. p modũ q̃rũdã q̃litatũ sẽsibiliũ. aliq̃ñ tñ iste voces ꝓferũꝫ cũ aliq̃ speciali gestu corpis. z sic sũt interiectiones derisionem aut affectum mentis significantes.

Sed contra predica arguiꝫ Prio sic. Dis ꝓpõ ẽ fla i q̃ ꝑdicaꝫ vle vl sũptũ. ꝫ i diffinitõne soni ꝑdicaꝫ vle vl sũptũ. gꝰ diffinitõ soni ñ ẽ bõa. Secũdo sic. Soni tubaꝝ z aliozꝝ instrumtoꝝ musicaliũ sũt voces cũ habeãt quãdã melodiã z articulatõez q̃ sũt ꝓprietates voc| z tñ ñ fiũt ab oze aiaꝫ mediãtibꝰ instrumt| naturalibꝰ. gꝰ ñ bñ vox diffiniꝫ. Tertio sic. In fractõe papiri ẽ sonꝰ ñ vox. z tñ ñ gñaꝫ ex collisiõe duoꝝ corpm iaiatoꝝ. gꝰ diffitio ñ ẽ bõa

Quarto sic. In ꝓcussiõe duaꝝ manuũ admiꝛcẽ ẽ sonꝰ ñ vox. z tñ ñ cãꝫ ex ꝓcussiõe duoꝝ corpm i aiatoꝝ. gꝰ diffinitio somi ñ voc| ñ ẽ bñ assignata.

Ad rationes Ad primã ꝏr q̃ ꝫ quic q̃d sit sigꝝ distributiꝰ tñ i diffinitõne ñ teneꝫ vl ꝫ sic idefinite. z sic ñ ꝑdicaꝫ vle vl sũptũ. Ad secũdã ꝏr q̃ ꝫ soni musicaliũ instrumtoꝝ dicãꝫ voces trãsũptiue ꝓpter siliꝫtudinẽ quã hñt cũ voce ꝓprie dicta. tñ ñ sũt voces ꝓprie dicte. Ad tertiã ꝏr q̃ i fractõe papiri ñ fit ꝓcussio duoꝝ corpoꝝ formaliꝛ: ñ equalenter ẽtũ ad suũ effectũ qui ẽ violẽta fractio aeris z hoc sufficit ad sonũ ñ vocẽ. Ad quartã ꝏr cõcedẽdo maioꝛẽ z etiã minoꝛẽ z negãdo ꝓñaz. q̃ ꝛ vt dictũ ẽ sufficit q̃ illa duo corpa ad causationem soni ñ vocis habeãt se vt inanimata. ita q̃ si nõ essent inanimata eque bñ causarẽt sonũ ñ vocẽ.

Uocũ significatiaꝝ alia significat naturaliꝛ alia ad placitu. Uox significatiua naturaliꝛ ẽ illa q̃ apud oẽs idẽ repñtat vt gemitꝰ infirmoꝝ latratꝰ canũ. Uox significatia ad placitũ ẽ illa q̃ ad volũtatẽ primi instituẽt| aliq̃d significat. vt hõ hoiez equꝰ equũ. Uocuꝫ significatiuaꝝ ad placitu alia incõpleta alia cõpleta. Completa vt oratio. In completa vt nomẽ vel verbu.

Circa hũc textũ Notãdũ ẽ pꝰ q̃ h ꝓpr̃ autoꝛ dmi dit vocem significatiuam in vocem significatiuam naturaliter z in vocem significatiuam ad placitu. Cuius diuisiõis ratio est. Quia omnis vox significatiua hꝫ ordinẽ ad suũ significatu. vl gꝰ ordo iste ẽ ab istinctu nature z sine impositiõe. z sic ẽ vox significatiua naturaliꝛ. vl fit sc̃ꝫ placitũ instituẽt| .z sic ẽ vox significatiua ad placitũ. Uñ duobꝰ modis aliquid ẽ significatiuũ naturaliꝛ. Unoꝰ q̃ ẽ naturaliꝛ similitudo. illiꝰ q̃ ꝏ significat. z hꝰ mõ ꝓceptꝰ aie naturaliꝛ significãt res z hoc mõ ñ capiꝫ h. Alioꝰ ꝏr vox significatiua naturaliꝛ q̃ hꝫ a natura sua q̃ sit significatiua z ñ ẽ ex impositiõe facta sc̃m placitũ alicuiꝰ. Uñ vox significatiua naturaliꝛ ẽ illa q̃ apud oẽs idẽ repñtat. i. illa q̃ quãtũ ẽ ꝏ se nata ẽ repñtare suũ significatũ idẽ apud oẽs absq̃ ꝫ impositiõe facta a volũtate hũana ꝫ ex aliq̃ dispositõe naturali vl gestu corpali ꝓsequẽte passionẽ aut aie affectuꝫ. vt gemitꝰ infirmoꝝ apud oẽs saltẽ eiusdez ydeo mat| naturaliꝛ idẽ significat. s. dolorẽ. Et ñ ẽ intelligẽdũ q̃ ille voces. s. gemitꝰ z latratꝰ significẽt naturaliꝛ. ꝫ ẽ intelligẽdũ ꝏ vocibꝰ significatis p hec noia gemitꝰ z latratꝰ. Rõ ꝑdicte diffinitionis ẽ. q̃ vox significatiua naturaliꝛ significat ex naturali instinctu nature. ꝫ eadẽ ẽ natura apud oẽs iõ vox significatiua naturaliꝛ debꝫ apud oẽs idẽ repñtare. Pro ꝏclaratõe diffinitõis vocis significatie ad placitũ ẽ aduertẽdũ q̃ impositio ẽ volũtaria ordinatio alicuiꝰ rei vl voc| ad significãdũ aliquid q̃ ñ significat naturaliꝛ ꝫ ex tali impositiõe. Et põt fieri impositio tribus modis. Uno mõ per aliquaꝫ cõmunitatez. Secundo mõ per aliquẽ habẽtẽ autoritatẽ i cõitate vl policia Tertio mõ põt fieri ex q̃daꝫ ꝓsuetudine, sicut in

ista ofoe lupꝰ ẽ in fabula. ex q̃dã ꝓsuetudine accipimꝰ illã p ista. inimicꝰ accedit ad nos. significat enim inimicũ ad nos accedere. Et sic ois vox que significat aliqꝫ istoꝝ triuꝝ modoꝝ significat ad placitũ. Uñ vox significatiua ad placitũ ẽ illa q̃ ad placituꝫ primi ist̃uẽt aliq̃d repñtat. vt hõ id ẽ est illa q̃ apta nata ẽ repñtare illud qđ primꝰ instituẽs voluit p eã significari. Et pricipiũ huiꝰ significatiõis fuit volũtas. Patꝫ. qr voces ñ sũt eedẽ apud oẽs. eo q ñ hñt eũdẽ affectũ formaliꝫ r imutabilẽ sed libeꝝ r mutabilẽ cognoscẽdi r ẽ volũtas. gꝰ voces significabũt ad placitũ. Lonceptꝰ ho r passiões aie sũt eedẽ apud oẽs. qr passiões aie cãt ab ipis rebꝰ r sũt earũdẽ naturales similitudines. sꝫ ipe res sũt eedẽ apud oẽs gꝰ r ꝯceptꝰ. Uñ vox significatiua naturaliꝫ r ad placitũ tripliꝫ dr̃ñt. Prio qr vox significatia naturaliter idẽ apũd oẽs repñtat. Significatiua ho ad placitũ solũ idẽ repñtat apũd cognoscẽtes eꝰ ipositionẽ. Secũdo dr̃ñt qr vox significatia naturaliter repñtat affectꝰ r passiões appetitꝰ vt irã gaudiũ vl̃ doloꝛẽ. Sꝫ vox significatiua ad placitũ repñtat ꝯceptꝰ r res mediãtibꝰ cõceptibꝰ. Tertio dr̃ñt qr vox significatia ad placitũ significat ex institutione volũtaria primi ponentis. sꝫ vox significatia naturaliꝫ significat sine tali institutione

Sciendũ est secundo q

vox significatiua ad placitũ diuidit̃ in voces cõplexã r icõplexã. Et ñ accipit̃ hꝫ ꝯplexio p q̃cũqꝫ ꝯplexiõe. qr sic ois vox significatiua ad placituꝫ eẽt ꝯplexa cũ ꝯponat̃ ex voce r significatõne. Et etiã cũ tal vox ꝯponat̃ ex liꝫs r sillab. Sꝫ accipit̃ hꝫ ꝯplexio p vnione pluriũ vocũ significatiuarũ ad placitũ. Et sic diffinit̃. Uox significatia incõplexa ẽ illa q̃ suũ significatũ repñtat mediãte cõceptu simplici. Et ad talẽ vocẽ incõplexã ñ sufficit q habeat significatũ incõplexũ sꝫ req̃rit̃ q sit vox incõplexa. vl̃ vox gerẽs formã voc icõplexe

Sꝫ vox ꝯplexa ẽ illa i q̃ vniũt̃ plures voces significatiue mediãte ꝯceptu ꝯplexo. vt hec ofo hõ currit repñtat suũ significatũ mediante ꝯceptu ꝯplexo. Uñ ꝯceptꝰ simplex est vniꝰ rei simplicis intuitꝰ vt ꝯceptꝰ hois vl̃ asini. Sꝫ ꝯceptꝰ cõplexꝰ ẽ pluriũ rez apphẽsaꝝ intuitꝰ. Nõ ẽ tñ itelligẽdũ aliquẽ ꝯceptũ esse ꝯplexũ intrisece z formaliꝫ capiẽdo ꝯceptũ p actu itelligẽdi. cũ tal noticia sit simplex ho ꝑdicamẽto q̃litat. mõ quicquid ẽ in ꝑdicamẽto ẽ formaliꝫ incõplexũ r intrisece. Sꝫ talꝰ ꝯceptꝰ dr̃ ee ꝯplexꝰ extrisece r obiectiue qr ẽ ho obiecto ꝯplexo. Et hoc ptꝫ. qr scõꝫ Aristꝫ. scie r vtutes sunt in ꝑdicamento qualitatis r tamen scientia habetur de aliquo complexo. ergo ꝛc.

Sciendum est tertio q

duplex ẽ vox ꝯplexa. q̃dã ẽ ꝯplexa ꝯplexiõe distãte r est illa inter cuiꝰ extrema ponit̃ aliq̃ vox siue aliq̃ copla vniẽs illa extrema sicut hic hõ ẽ aial. Alia ẽ ꝯplexa ꝯplexiõe indistãte. r est illa in q̃ extrema iter se vniũt̃ siue aliq̃ copla intermedia p modũ determinationis et determinabilis vt hõ albꝰ. Uñ ad hoc q aliq̃ vox sit ꝯplexa ꝯplexiõe q̃cũqꝫ siue ꝯplexiõe distãte siue indistãte due cõditiões requirunt̃. Pria q ibi sint plures voces significatiue. Et iõ si essẽt due voces q̃ꝝ vna eẽt ñ significatiua r alia significatia ñ eẽt ꝓprie vox ꝯplexa. Secũda ẽ q vna se habeat vt ꝺtermiatõ respectu alteriꝰ. Propter qđ hoc totũ hõ asinꝰ ñ ẽ vox ꝯplexa. Sꝫ ad vocẽ incõplexã req̃rit̃ q illa vox sit dictio r nõ sit aggregata ex plibꝰ vocibꝰ significatis. r q ñ significet mediante ꝯceptu cõplexo. qr si significaret mediãte ꝯceptu ꝯplexo r ꝯfuso illud qđ plures voces significat cõceptu distincto ñ oporteret q esset vox incõplexa. sicut chimera r vacuũ significãt sua significata ꝯceptu cõfuso simplici r tamen diffinitiones illorum significant idem conceptu complexo.

Sed contra predicta ar

guit̃ pꝰ sic. Sicut se habꝫ ꝯceptꝰ ad res ita voces ad ꝯceptꝰ. sꝫ ꝯceptꝰ naturaliꝫ significãt res. gꝰ voces naturaliꝫ significãt ꝯceptus. Secũdo sic. Ois ꝯceptꝰ ẽ incõplexꝰ. sꝫ ois vox significat ꝯceptũ. gꝰ ois vox ẽ incõplexa. Maior ptꝫ. nã itellectus ñ põt sil̃ plura itelligere. gꝰ ꝛc. Tertio sic. Uox incõplexa ẽ ps voc ꝯplexe. gꝰ mẽbra diuisionis comcidũt. Quarto sic. Ois vox ẽ ꝯplexa ergo male ponitur vox incomplexa. Uñs patet. qr omnis vox plura includit. ergo ꝛc.

Ad rationes Ad primaz

ꝺr q ẽ in aliqꝰ sile r in aliqꝰ dissile. Est. n. sile i hꝰ q ꝯceptꝰ cãt̃ a rebꝰ sicut significatio vocũ cãt̃ ab ipis mediãtibꝰ ꝯceptibꝰ. sꝫ ẽ dissilitudo in hoc. qr ꝯceptꝰ ẽ naturaliꝫ silitudo rei cãta ab ipa re naturaliꝫ. r hꝰ capiẽdo ꝯceptũ p spẽ intelligibili. vox aũt ñ ẽ rei naturaliꝫ silitudo naturaliꝫ repñtãs sꝫ ad placitũ tm̃. Ad secũdã ꝺr negãdo maiorem saltẽ in sẽsu dicto i secũdo nõbili. Ad ꝓbationẽ ꝺr q lꝫ itellectꝰ ñ possit sil̃ plura itelligere vt plura sũt r scõꝫ ꝓprias rões eaꝝ. tñ põt sil̃ plura intelligere p modũ vniꝰ cõplexi. Ad tertiaz ꝺr q lꝫ vox incõplexa sit ps materialiꝫ voc ꝯplexe. tñ ñ ẽ ps formaliꝫ. rõ. n. incõplexi ẽ alia a rõne ꝯplexi.

Ad q̃rtã ꝺr negãdo añs. et ad ꝓbationez ꝺr q ꝛtinere multas ptes ñ facit vocẽ ꝯplexã vt ad ꝓpositũ loquimur ꝺ cõplexiõe. sꝫ requirit̃ añ̃ aliqua vox sit complexa q significet suum significatum mediante cõceptu cõplexo.

Omen ẽ vox significatiua ad placitum sine tpe. cuiꝰ nulla pars sepata aliquid significat finita r recta. Uox in ista diffinitione ponitur loco generis. Significatiua ponit̃

ad differẽtiaz vocis nõ significatiue. Ad placituz ponit ad dr̃am vocis significat natura liter. Sine tpe ponit ad differẽtiã verbiqõ significat cũ tpe Cuius nullã ps separata aliquid significat. ponit ad dr̃am oronis cuiˢ ptes sepate aliquid significãt. Finita ponitur ad dr̃am nois infiniti qõ nõ ẽ nomẽ ȳm logicũ sz nomẽ infinitũ vt nõ hõ nõ equꝰ. Recta ponit ad dr̃am noim obliquoꝝ vt cathonis cathoni q̃ ñ sũt noia ȳm logicũ sz sũt noia obliq̃ vel casus noim. Unde solꝰ rectus ȳm logicum dicit̃ esse nomen.

Circa hũc textum Notãduz ẽ primo q̃ hic ꝓnter Petrꝰ his. vult determinare de enũciatione. z an teq̃ hoc faciat primo determinat de ptibꝰ eiꝰque sunt nomẽ z vbuz. Et primo determinat de noie Cuiˢrõ ẽ. qz nomẽ significat p modũ substantie vbũ vo p modũ actus. sed substãtia ꝑcedit actũ ideo patet ordo. Et primo sic diffinit nomen. No men est vox significatiua ad placitum sine tpe Pro cuiˢ intellectu notandũ ẽ q̃ triplex ẽ nomen scz mentale vocale z scriptuz. Uñ nomẽ mẽtale est illud qõ potest esse subiectuz vel ꝑdicatũ ma teriale ꝓpõnis mẽtalis. Sz nomẽ vocale ẽ illud qõ potest esse subiectũ ꝓpõnis vocalis. Et nomẽ scriptũ est illud qõ potest esse subiectuz ꝓpõnis scripte. Ulteriˢ aduertẽdum ẽ q̃ nomẽ potest capi dupliciter. Unoˢ fundamẽtaliter z p substrato scz p ipsa voce significatiua alicuiˢ rei sine tpe. Alioˢ potest capi pro p se significato z formaliter. et tũc ẽ q̃daz relatio rõnis q̃ habet p fũdamẽto vocẽ significatiuã ad placitũ sine tpe cuiˢ nulla ps separata aliquid significat finita z recta. z habet pro termino rem significatam p talẽ vocem.

Dis dictis infert tale correlariuz q̃ hic diffinitur nomẽ p per se significato fundato in voce significatiua ad placitũ cuz alijs partibꝰ diffinitionis. Qõ patet sic. qz vel diffinitur vox vel ipa res. vel diffinit aggregatum ex oibus his. Non aggregatuz qz tale ẽ quid multiplex z cõplexum cuiˢ nõ est diffinitio. Nec diffinit vox cum sit ens reale. z logicꝰ nõ cõsiderat entia realia sed entia rõnis. Nec diffinit res qõ patet eadez rõne ꝑdic a. ergo relinquit̃ q̃ ibi diffinit p se significatuz aut terminꝰ p per se significato. sed tale nõ ẽ ens reale sed ens rõnis. gꝰ correlariũ vez. Unde pro intellectu diffinitionis eius ẽ notãdũ q̃ non diffinit hic nomẽ p noie mẽtali vel scripto. sz diffinitur pro noie vocali. Cuiˢrõ est. qz iste liber ordinat ad disputationẽ. sz disputatio vocalis inter oẽs ẽ pricipalior. igit̃. Et illud debet intelligi q̃ ibi diffinit nomẽ vocale. i. q̃ ibi diffinit aliq̃ se cũda intẽtio habẽs p fũdamẽto vocẽ significatiuã ad placitũ cũ alijs circũstãcijs posit̃ i diffinitione nois. Uñ sicut hoc nomẽ dictio vt terminꝰ significat respectũ siue relationez vocis ad rem significatã: sic hec dictio nomẽ significat respectuz rõnis vocis significatiue ad placitũ ad rem significatã. Et nõ accipit̃ significatiua in ꝑdicta diffinitione ampliatiue vt tñ valet sicut potẽs aliquid intellectui repsentare. qz sic ois vox siue sit imposita siue nõ/esset significatiua cũ sibi nõ repugnet significare. sed capit̃ non ampliatiue vt tñ valet sicut aptuz natuz significare. vt vox que ex impositione quã actu habet potest intellectui aliquid repsentare. z sic sole voces impositi te ad significãduz sunt significatiue. Uñ priˢ naturaliter vox est significatiua q̃ sit sub potestate posita. Et nõ debz intelligi q̃ nomẽ significet ad placituz cuiˢlibet. qz sic voces ꝓtinue possent aliud z aliud significare. sed debet intelligi ad placituz primi institutẽtis vt vniˢ totius cõitatis aut habẽtis potestatẽ supra totam cõmunitatem.

Sciendum est secundo

circa illaz ꝑticulaz. Sine tpe. q̃ differẽtia ẽ inter significare tẽpus z significare cuz tpe. Quia significare tẽpus ẽ de suo principali significato repsentare tẽpˢ. sicut hec noia ãnus dies mensis. Sed significare cũ tpe ẽ ꝑter tale principale significatuz importare aliquã differẽtiam tpis. vel significare suũ significatuz sub aliq̃ differẽtia tẽporis. Sed vltra ẽ intelligẽduz q̃ duplex ẽ significare cũ tpe. Nam quoddaz ẽ significare cum tpe determinato. Aliud ẽ significare cũ tpe indeterminato. Uñ significare cuz tpe determinato est significatũ principale importare siue repsẽtare sub vna differẽtia tpis ꝑcise sic q̃ nõ sub alia sicut sũt vba. Uñ illud vbũ amo importat actũ amandi siue repsentat precise fieri p tpe psenti. Sed significare cuz tpe indeterminato ẽ significatũ principale repsentare sub aliqua differẽtia tpis. nõ tñ sic ꝑcise quin q̃q3 importet sub alia Sicut facit hoc pticipiuz amans. Naz ly amans q̃q3 ponit cum vbo psentis tpis. z sic importat actuz amandi adiacere p tpe psenti. vt in hac propositione ego suz amãs. Q̃q3 vo ponit cũ vbo ꝑteriti tpis z tũc importat actũ amãdi adiacuisse pro tpe ꝑterito. Et silr q̃q3 ponit cũ vbo futuri tpis. z tũc iportat actũ amãdi sub tpe futuro

Ulterius est intelligendum circa hanc parti-

culam cuius nulla pars ꝛc. Nã ipsa potest multis modis itelligi. Primo mõ sic exponitur. cui⁹ nulla pars ꝛc .i. cui ĩmediate nõ corrñdet cõceptus ꝯplexus. Et sic per istam particulam posset excludi nomẽ infinitũ. qz vt dicũt aliqui nomini infinito ĩmediate corrñdet conceptus ꝯplexus. Uel sic exponitur cuius significatio totalis non consurgit ex significationibus partiu⁹ eius. Uł sic cui⁹ nulla pars separata est significatiua alicuius qõ per totu⁹ significatur. Ex dict⁹ possunt inferri duo correlaria. Primu⁹ ẽ q̃ participia apud logicũ sunt noĩa. qz nõ significant cu⁹ tpe determinato. Secũdu⁹ ẽ q̃ noĩa ꝯposite figure sunt noĩa. qz q̃ us partes eoꝝ sint significatiue separate: non tñ sunt significatiue alicuius illius qõ per totũ significatur. Et ponit recta ad differentia⁹ nominu⁹ obliquoꝝ. qz noĩa obliqua significatiue ꝛ psonaliter sumpta ex significatione quã actu habent nõ possũt reddere suppositu⁹ vbo psonali presentis tpis modi finiti.

Et ponitur finita ad differentia⁹ noĩs infiniti Quid aũt sit nomen infinitu⁹ ꝛ quare nomen infinitum non est nomen videbitur inferius. Ex quibus omnibus potest haberi intellectus diffinitionis noĩs hoc mõ. Nomen vocale ẽ vox significatiua ad placitum .i. fundatur in voce aptata ex impositione quã actu habet ad placitu⁹ primi instituent⁹ intellectui aliquid repzesentare. sine tpe determinato .i. nõ importando aliquam differentiam tpis determinatã. finita .i. finite significationis. recta .i. noĩatiui casus. cuius nulla pars ꝛc .i. cui⁹ partes separate a toto nõ sũt significatiue alicui⁹ illius qõ significat⁹ p totum.

Sciendum est tercio

q̃ circa predicta mouentur alique difficultates.

Prima est vtꝝ nomen significet ad placitum Et videtur q̃ nõ. qz illud non significat ad placitu⁹ qõ significat naturaliter. sed nomẽ significat naturaliter. g⁹ nõ significat ad placitu⁹. maio⁹ ẽ nota ꝛ minor probat⁹. qz significare est õ natura noĩs ꝛ forma eius. sed forma ẽ naturalis rei. g⁹ significare ꝯuenit nomini naturaliter. Secundo sic. illud cõuenit naturaliter nomini qõ non potest ab eo⁹ separari. sed significare non potest separari a noĩe. g⁹ significare naturaliter cõuenit nomini. Pro solutione est aduertendu⁹ q̃ nomen potest dupliciter considerari. Uno⁹ quãtum ad suũ materiale qõ dz esse vox. Alio⁹ quãtum ad suu⁹ formale. ꝛ vt sic est quoddaz totu⁹ ꝯpositum ex voce ꝛ rõne significandi cũ modis essencialibus ꝛ accidẽtalib⁹. Et tũc dz q̃ nomini primo mõ cõuenit significare ad placitu⁹ qz stetit in voluntate primi imponẽtis q̃ talis vox aliquid significaret. Sz capiẽdo nomẽ secũdo mõ dz q̃ nõ ꝯuenit sibi significare ad placitum imo essencialiter sibi ꝯuenit cũ rõ significandi sit forma eius. Nec tñ debet intelligi q̃ vox precise sit fundamẽtu⁹ noĩs. sed vox que ad placitu⁹ significat sine tpe ꝛ est fundamẽtũ noĩs. Et argumenta prius dicta bene concludunt pro ista parte.

Secunda difficultas ẽ. Utꝝ vox sit significatiua ꝯcept⁹ ꝛ ꝯcept⁹ sit significatiuus rei. Ad hoc rñdet⁹ cu⁹ doctore subtili q̃ vox ẽ significatiua rei ꝛ nõ ꝯcept⁹. Silr ꝯcept⁹ est significatiuus rei. sic etiaz scriptura repzsentat ipsaz rẽ sz tñ ordine quodaz. Unde sicut vni⁹ cause plures sunt effectus subordinati quoꝝ vn⁹ nõ ẽ cã alterius ꝛ tñ posterio⁹ nõ ẽ nisi prim⁹ esset. sed inter ipos effectus ẽ quidẽ ordo mediatiõis ꝛ imediationis respectu sue cause. Ita silr in ꝓposito ꝯcept⁹ imediaci⁹ repzsentat res q̃ voces. ꝛ voces repzsentant res imediaci⁹ q̃ scripture ꝛ tñ voces nõ significant ꝯceptus. Uoces enim nũq̃ significarent nisi ꝯceptus pri⁹ significarent. nec etiã scripture nõ significarent nisi prius voces repzsentarẽt. et sic vnu⁹ illoꝝ signoꝝ nõ est cã alteri⁹ nisi qz imediaci⁹ se habet ad causaz. Uñ vox dz significat res nõ vt existentes vel intellectas. Uñ vox dz significare rem vt abstrahit aliquid ab existentia.

Tertia difficultas ẽ. Utꝝ nomẽ infinitu⁹ aliquid ponat. Pro cui⁹ solutione ẽ notãdũ q̃ nomen infinitũ ẽ cui⁹ priuata ẽ certa ꝛ determinata qualitas remanẽte substantia infinita ꝛ indeterminata vt nõ hõ nõ equ⁹. Et sc̃dm aliquos. Nomen infinitũ dz qõ ẽ trãscẽdẽs quoad significationẽ. qz omne illud qõ termin⁹ finitus positiue significat hoc idez termin⁹ infinit⁹ negatiue significat. ꝛ cuz hoc qõlibet aliud cuz pro quolibet alio possit accipi. vt lẽ nõ hõ tñ valet sicut ens qõ nõ ẽ hõ vł ens nõ existẽs hõ. Et sic ꝯmuniter tenetur q̃ nomẽ infinitu⁹ significat oẽ ens mũdi vt nõ hõ significat hominẽ rõne hui⁹ termini hõ ꝛ significat oĩa alia ab hoĩe cuz p quolibet alio ab hoĩe accipiatur. Et ita vt dicũt aliqui subordinatur conceptui ꝯplexo mediãte quo vniuoce oĩa alia significat. Ita q̃ habet duplex significatum sc̃z materiale ꝛ formale. Materiale ẽ qõ significat⁹ per illũ terminũ ens ꝓpositu⁹ negationi. Et formale ẽ qõ significat⁹ p terminũ sequẽtẽ negationẽ. Et tũc q̃ us significet illa diuersis ꝯceptibus ptialib⁹: tñ significat illa vno totali ꝯceptu. Alij tñ dicũt q̃ nomen infinitu⁹ subordinat⁹ ꝯceptui incõplexo. Et q̃ in ꝯceptu noĩs infiniti nõ includitur ꝯcept⁹ entis. sed illa via nõ ẽ multuz secura. Et tũc dicet⁹ ad difficultatẽ q̃ nomẽ infinitũ sc̃dm primã opinionẽ aliquid ponit saltez illud qõ ponit hoc nomẽ ens. Sed sc̃dm aliã opinionẽ diceretur q̃ nihil ponit qz p̃dicat⁹ tam de ente q̃ de nõ ente. sed enti ꝛ nõ enti nihil ẽ cõmune. igit⁹. Quarta difficultas ẽ vtꝝ obliqu⁹ oblique tent⁹ possit esse subiectũ ꝓpõnis. Et videtur q̃ sic. quia potest esse predicatum propositionis. g⁹ subiectu⁹. tenet ꝯña. quia in conuersione

de predicato fit subiectum. Aīs patet in ista propositione asinus est hominis. Item potest esse medius in prima figura. ergo potest esse subiectum. tenet consequentia per descriptionem prime figure datam ab autore inferius. Antecedens patet per exemplum. nam hic est bonus sillogism⁹. Cuius libz hois asin⁹ currit. sortes ē hō g⁹ sortis asinus currit. Itez dicēdo hoiem possibile ē currere. hoc nomē hoiem ē subiectum z tñ est obliqu⁹ oblique tēt⁹. Sikr dicēdo me tedet vidij. ly me ē subiectū z tñ ē obliqu⁹. g⁹ obliqu⁹ oblique tētus potest esse subiectus. In oppositum arguit per autorem in textu qui excludit nomina obliqua a diffinitiōe nois. Pro solutione dubij ē notandus q ꝓpōnū catħegoricaz quedaz sūt modales z quedam sunt ꝓpōnes de ineſſe. Alie sūt de ꝟbo personali. Alie sūt ō ꝟbo impsonali. Ulterius ē aduertēdū q duplex reperitur subiectus in ꝓpōne scz subiectū enunciationis z subiectū distributionis. Unde subiectū distributionis est termin⁹ distribut⁹ in ꝓpōne añ copulaz. Et subiectū enūciationis ē qđ supponit respectu copule ꝟbalis. Dis notat ꝙ ad dubium q obliqu⁹ oblique tētus nō potest esse subiectus enūciationis in ꝓpōne catħegorica de inesse z simpliciter primo. i. de ꝟbo psonali psentis tpis modi finiti. Et hoc patet p Aristotelē in primo piarmenias qui talē rōnē adducit. Illud nō supponit nec supponere debet cui si addatur est vel erit vel fuit talis oō in qua ponit nō significat vez vel falsum. sed illa oō in qua ponitur obliqu⁹ oblique tentus nō significat vez vl falsum g⁹ Minor patet. q⁹ tales oones sūt incōgrue. ſz vez z falsuz psupponūt ꝓgruū g⁹ Tamen obliquus oblique tētus potest esse subiectū distributionis vt probat vna ratio. Potest etiaz esse subiectus ꝓpōnis modalis z ꝓpōnis de ꝟbo impsonali. vt patet ex rōnibus p̄dictis. Quinta difficultas est. Utz recto z obliquo ꝓueniant conceptⁱ sinonimi. i. si rectus sit nomē scōm logicuz z etiaz obliqu⁹. Et videt ꝙ sic. q⁹ loco vni⁹ sinonimoz licet ponere reliquuz. Itē eadē rō ē recti z obliqui. g⁹ si rectus sit nomē etiaz obliqu⁹ erit nimen. oña ē nota. z patet añs ex Aristotele p⁹ pyermenias. Ad dubiuz rñdet ꝙ licet rect⁹ z obliqu⁹ eius sint sinonimi sic ꝙ significent vnaz z eandē rem z habeāt eosdez modos significādi essenciales: tñ q⁹ habēt diuersos modos significandi accidētales vn⁹ potest adhuc reddere suppositus ꝟbo psonali z alter non. Ex quo patet ꝙ loco vni⁹ sinonimoz nō sēp licet ponere reliquū Sed ad hoc ꝙ loco vnius sinonimoz liceat ponere reliquū ceteris eodem modo se habētibus requiritur ꝙ illa sinonima habeant simles modos significandi accidentales quod non habēt rectus z obliquus. Ex quo patet solutio rōnum.

Alia difficultas est vtz oē nomen possit infinitari. Et videtur ꝙ nō. q⁹ ad hoc ꝙ aliqđ nomē infinitetur requiritur ꝙ habeat significatuz determinatuz. Sed non omne nomen habet significatum determinatum. ergo nō omne nomen potest infinitari. Minor patet. quia transcendētia non habent significatum determinatum. igitur. Et maior patet per duas ꝯditiōes requisitas ad hoc ꝙ aliqđ nomen infinitetur. Prima est ꝙ significet substantiaz cum qualitate determinata. Secunda est ꝙ tale nomē nō sit negatiuum neqz negationē includēs. In oppositum arguit Omne nomen significat permoduz substantie z qualitatis determinate. g⁹ nō ē maior rō ꝙ vnū possit infinitari magis ꝙ aliud. q⁹ qualitas potest priuari per negationē remanente substantia infinita z indeterminata. Et si dicatur ꝙ ē maior ratio de vno ꝙ de alio. q⁹ in aliquib⁹ est idem a quo nomen imponitur z cui nomē imponitur. in alijs ꝟbo nō. Ideo nō potest negari qualitas determinata cuz etiaz negetur substantia. Sed hoc nō valet. q⁹ ꝙuis possit esse ꝙ sit vna z eadez res a qua oriantur illi duo modi significandi. tamē sunt diuerse proprietates in ipa re a quibus illi duo modi significandi habēt oriri. ideo intellectus nr̄ ferens nomini finito negationē p ꝯpositionem potest facere tñ priuare qualitatē determinataz remanēte substantia infinita. hoc est ꝯpositum ex nomine finito z negatione significat aliquid sine isto mō significandi qui est significare per modū qualitatis ōterminate. Et per hoc patet, rñsio ad argumentuz. Alia difficultas vtz signa vniuersalia z alia sincathegoreumata sint noia. Ad dubiū rñdetur per distinctionē scz ꝙ nomen potest capi tripliciter. Uno mō cōmuniter. z sic oīs vox que potest reddere suppositum ꝟbo siue hoc sit tenēdo eam materialiter vel significatiue est nomen. Alio mō potest capi ꝓprie. z sic soluz illa vox significatiua z psonaliter sūpta diceret nomē que potest supponere respectu ꝟbi psonalis. siue talis vox sit simplex siue non. z sic noia infinita sunt nomina. Tertio modo potest capi proprissime. et sic solum illa vox significatiua sine tempore finita et recta potens reddere suppositum verbo personali indicatiui modi diceretur esse nomen. Ex quo patet capiendo nomē cōmuniter sincathegoreumata erunt nomina.

Sed contra predicta

arguitur Primo sic. Nulla materia predicatur ō eo cuius est materia. sed vox ē materia nominis ergo non predicatur de nomine. Secundo arguitur sic. Nomen infinitum potest esse subiectum enunciationis. ergo est nomen apud logicū

Tertio arguitur sic. Nomen compositus di uiditur i duas ptes intelligibiles prions sensus capaces. g⁹ ptes nois ꝯpositi aliquid significāt

Quarto arguitur sic. sicut se habet obliquus verbi ad rectum nois: ita obliquus nominis ad rectum verbi. sed ex obliquo ꝟbi cuꝫ recto nois fit oratio vera vel falsa ꝛ cōgrua. gꝰ sitr ex obliquo nominis cum recto ꝟbi fit oro vera vel falsa ꝛ congrua.

Ad rationes Ad primaꝫ dicitur ꝙ maior est vera in naturalibus. sed non in artificialibus. bene enim dicimus scamnuꝫ est lignū. Ultra dr ꝙ illud totum scꝫ vox significatiua ad placitum predicatur vt fundamētum de sua relatione ꝛ circūloquitur propriuꝫ genꝰ nois

Ad secundam dr ꝙ nomen infinitum non est subiectuꝫ alicuius enūciatōnis aliquid determinate significātis. nisi capiatur pro aliquo finito puta pro hoie vel aliquo alio. sed tūc non esset nomen infinitum. Ad tertiam dr ꝙ partes nominis ꝓpositi vt partes sunt nihil significant nisi scōm apparentiam. Et causa huius est quia nomen cōpositum imponitur ad significandum sub conceptu simplici: ita ꝙ vni parti non imponitur aliqd significatū ꝛ alteri alteruꝫ: sed totuꝫ significatū repꝛesentatur per totaꝫ vocem. quare partes nois compositi vt sic nihil significant.

Ad quartam dr ꝙ non est simile de obliquo nominis ꝛ verbi. hec tn oro in qua ponitur ꝟbū obliquuꝫ nō est propꝛie enunciatio. neqꝫ significat primo ꝛ per se veruꝫ vel falsum. sed soluꝫ significat verꝫ vel falsum ideo ꝙ aliqua de presenti indicatiui modi significat verꝫ vel falsum. et sic in obliquis verbi bene seruatur affirmatio indicatiui. sed in obliquis nois nō sic seruatur rectitudo. quare non est omnino simile.

Erbum est vox significatiua ad placitum cū tempore. cuius nulla pars separata aliquid significat finitaꝫ recta Cum tempore ponitur ad differentiam nominis quod significat sine tempore. Finita ponitur ad differentiaꝫ verbi infiinit. vt non currit non laborat: q̄ nō sūt ꝟba scōm dyaleticū sꝫ verba infinita. Recta ponitur ad differentiam verboꝝ obliquoꝝ. vt currebam cucurri cucurrit currebat. que non sunt verba scōm dyaleticuꝫ sed verba obliqua. Unde solum ꝟbuꝫ pꝛesētis tēpoꝛis indicatiui modi scōm dyaleticuꝫ dicitur esse verbum. Reliqua vero verba eiusdem modi ꝛ alioꝝ modoꝝ dicuntur verba obliqua. Alie ꝟo particule ponūtur hic eadem ratione qua ponebātur in diffinitione nominis. Et sciendum est ꝙ dyaleticus ponit tm̄ duas partes oratiōnis. scꝫ nomen ꝛ verbuꝫ. Alias aūt appellat sincathegoreūaticas id est cuꝫ alijs significatiuas.

Circa hunc textum sciendum est Primo ꝙ cōsequenter Petrus his. ponit diffinitionem verbi conformiter se habentem ad diffinitionem nois et talis est. Uerbum est vox significatiua ad placitum cuꝫ tpe ꝛc. Pro cuius intellectu aduertendum est ꝙ sicut prius dictum ē de noie ꝙ triplex est nomen. ita etiam triplex est verbum scꝫ mentale/vocale/ꝛ scriptum conformiter dicta in lectione precedenti. Item verbuꝫ vocale ꝺ quo est ad propositum potest tripliciter sumi. Uno? generaliter. ꝛ sic omnis vox que potest esse appositum respectu nois in quacūqꝫ ꝓpositione diceretur verbuꝫ. Alio? capitur verbuꝫ propꝛie. ꝛ sic omnis vox indicatiui modi cuiuscūqꝫ tēpoꝛis que potest esse appositum respectu nois siue finiti siue infiniti diceretur verbum. Alio mō capit verbum propꝛiissime. et sic sola verba pꝛesentis tpis indicatiui modi dicuntur esse verba. Item rum est notandum ꝙ verbum capitur dupliciter Uno? pro per se significato ꝛ tunc significat respectum rōnis vocis significatiue ad placitum cum tpe ad suum significatuꝫ. ita ꝙ pro eius fundamento habet vocem significatiuaꝫ ad placitū cuꝫ tpe. ꝛ pro termino habet rez significatā. Alio mō capitur pro denoiato. ꝛ sic vox que denoiat ꝛ repꝛesentat actuꝫ per modū egredientis a substantia dicitur esse verbum. His notatis dr ꝙ verbū captum pro p se significato in concreto qꝺ dr vocale. i. qꝺ habet pro fundamento vocem significatiuaꝫ ad placitum cum tpe est ibi diffinitum. Quod posset sic probari. quia vel ibi diffinitur intentio vel res. aut intentio concreta rei.

Non intentio concreta rei. q̄ illud est ēs per accidens cuius non est diffinitio. Neq3 res quia logicus non considerat per se de rebus. Neq3 diffinit primas intentiones. ergo relinquitur tercium scilicet q̄ ibi diffinitur intentio. Ex quibus patet quid sit ibi diffinitum. Et in eius diffinitione ponitur fundamentum loco generis quod est vox significatiua ad placitum. i. vox que ex impositione quā actu habet nata est representare intellectui aliquid ad placitum primi instituentis vel totius communitatis cum tē pore id est significando suum significatum sub aliqua certa differentia temporis. Cuius nulla pars separata. id est separatim intellecta vel accepta aliquid significat supple illius quod per totum significatur. Finita id est finite significationis. Recta id est indicatiui modi presentis tē poris. Unde verba infinita presentis temporis et obliqua non sunt verba apud logicum. vt nō currit non laborat. Est autem verbum infinitus cuius priuatus est actus specialis remanente actu generali infinito et indeterminato. vel est verbum sumptum cuz negatione infinitante per cō positionem. Utrum autē aliquid ponat et vtruz omne verbum possit infinitari posset conformiter dici sicut dictum est in capitulo de nomine.

Et non capitur tempus in diffinitione verbi proprie scilicet pro mensura motus quia sic nullum verbum significat cum tempore. cum tē pus in verbo nihil aliud sit q̄ modus significādi qui est respectus rationis habens fundamentum in re. sed debet capi in diffinitione verbi cū tempore id est significans suum significatuz sub modo significandi qui est tempus cui modo significandi cozespondet mensura quecunq3 sit illa siue sit eternitas siue euiternitas siue tempus proprie dictum actus importati siue representati per verbum.

Scienduz est secundo q̄

circa hanc particulaz cum tempore mouetur hꝰ dubium. Utrum scilicet verbum possit absolui a tempore. Ad hoc dicendum est q̄ verbū absolui a tempore potest intelligi dupliciter. Uno modo q̄ significet suum significatum et non sub modo significandi qui est tempus. et sic nō est verum q̄ verbum absoluatur a tempore quia omneverbum significat rem per modum actus cui actui conuenit tempus pro mēsura. large capiendo tempus. a qua quidez mensura sumitur tempus in verbo. q̄ est modus significandi. Alio modo potest intelligi verbum absolui a tē pore. id est q̄ sit vnitiuum aliquorum extremorum pro aliquo tempore determiato. non sic quī sit vnitiuum ipsorum pro omni tempore indifferenter. et sic verbum potest absolui a tempore. videlicet in propositionibus necessarijs in quibus predicatum conuenit subiecto pro omni differentia temporis indifferenter. quia necessariuz semper est. et hoc patet in hac propositione homo est animal. Et q̄ hoc sit possibile scilicet verbum posse absolui a tempore determinato patet quia prius inquantum prius potest absolui a suo posteriori. sed verbum prius est naturaliter verbum q̄ significet cum tempore igitur potest absolui a tempore. Alia difficultas est vtrum verbum per se sumptum sit oratio z quid complexum. Et videtur q̄ sic quia vt dicit aristoteles verbum per se sumptum constituit intellectuz. et qui audit quiescit. sed illud est oratio qua audita quiescit animus auditoris. ergo verbuz per se sumptum est oratio gꝰ partes aliquid significant. Ad hoc dicendum q̄ animum auditoris quiescere audito verbo potest intelligi dupliciter. aut quantum ad primam operationē intellectus que est simpliciū apprehensio et tūc intellectus bene quiescit audito verbo. nec oportet q̄ illud sit oratio. Aut secundum secundam operationem intellectus que est compositio z diuisio et tunc intellectus non quiescit audito verbo. Alia difficultas vtrumnbuz in oratōe positum possit infinitari. Ad hoc respondetur q̄ secundum aliquos q̄ verbum in oratione positum non potest infinitari. quia vt sic est nota cō positionis extremorum vt habetur ex aristotele primo periarmenias vbi dicitur verbum est nota eorum que dicuntur de altero. similiter si hoc verbum est purum dixeris ipsuz quoq3 nihil est consignificat enim quandam compositionem. quam sine extremis non est intelligere. Et ita negatio sibi addita in oratione non tollit specialez actum verbi relinquendo actum generalem. sed negat ipsuz secundum q̄ est nota compositōnis extremorum remouendo talem vnionem.

Ex quo infertur q̄ hoc verbum est vt significat compositionem predicati cum subiecto non potest infinitari. Quia sic est purum sincathegoreuma cum solū significat predicatuz vniri subiecto. Si vero capiatur ratione esse significati p

ipsum sic bene potest infinitari ferendo negationem huic participio ens. vt dicendo homo non est. id est homo est non ens. Et est tale documentum q̄ omne verbum non resolutum resolubile tamen in est ꝛ suum participium potest infinitari

Sciendum est tercio q̄

consequenter Petrus hyspanus infert vnum corelarium scilicet q̄ tantum sunt due partes orationis. Pro quo est aduertendū q̄ duplices sunt partes quedam sunt partes principales sine quibus non potest componi propositio cathegorica vt sunt nomen ꝛ verbum. Alie sunt partes minus principales sine quibus potest componi propositio cathegorica. vt sunt aduerbia et coniunctiones et sic de alijs. Ideo debet intelligi q̄ tantum sunt due partes principales. et sic vocat omnes alias partes sincathegoreumaticas id ē significatiuas cum alijs. Unde sincathegoreuma dicitur a sin quod est con vel simul et cathegoreuma quod est significatiuum quasi cū alijs significatiuum. Unde vox dicitur sincathegoreumatica que nō significat aliquā rem ad extra sz ex impositione tantum exercet aliquem actum circa principales partes propositionis. puta distribuendo. negando. confundendo et distinguendo. et sic obliqua et signa distributiua dicuntur sincathegoreumata vel ratione significationis aut ratione officij.

Sed contra predicta ar

guitur. Primo contra ordinem istarum duarum partium orationis et hoc sic. Verbum habz modum forme cum sit predicatum formale propositionis. nomen autem habet modum materie. sz forma precedit materiam. ergo determinatio verbi debet precedere determinationem nominis.

Secundo arguitur sic. creare est verbum ꝛ tamen non significat cum tempore. cuz fiat in instanti. ergo male ponitur cum tempore in diffinitōne verbi. Tercio arguitur sic. Aduerbia et coniunctōnes sunt partes principales propositionum modalium et ypotheticarum. ergo male dicitur q̄ tantuz sunt due partes orationis scilicet nomen et verbum. Quarto arguitur sic. Iste propositiones sunt vere adam fuit. antichristus erit et tamen ibi ponuntur obliqua. ergo verbum obliquū potest vere predicari in oratione. et per consequens verbum obliquum est verbum.

Ad rationes. Ad primā

dicitur concedendo maiorez et distinguendo minorem. vel via generationis et sic negatur. vel via perfectionis et sic conceditur. Ad secūdam dicitur concedendo maiorem et distinguendo minorem. vel q̄ significet suum significatum sub modo significandi qui est tempus capiēdo tempus proprie: et sic conceditur q̄ non significat cum tempore. vel q̄ significet suum significatum sub modo significandi grāmaticali qui est tempus cui corespondet ad extra tempus capiēdo ipsum pro quacunqz mensura. et sic negatur

Ad terciam conceditur q̄ sunt partes magis principales illarum propositionum modalium vel ypotheticarum inquantum sunt modales vel ypothetice. sed non sunt partes principales propositionum ypotheticarum et modalium inquantum sunt propositiones. Uel dicitur q̄ aristoteles loquitur de partibus principalibus propositionis cathegorice inquantum cathegorica est. Ad quartam dicitur q̄ verba obliqua non sunt verba apud logicū pro prijssime capiendo verbum. Nec possunt de aut falsē predicari de aliquo nisi inquantuz habent reductionem ad verba presentis temporis indicatiui modi. et hec de questione.

Ratio est vox significatiua ad placituz cuius partes separate aliquid significant. Cuius partes separate aliquid significant. hoc totū ponitur ad differētiam nominis et verbi quorum partes separate nihil significāt. Alie vero particule ponuntur hic eadem ratione qua in diffinitione nominis ꝛ verbi ponebantur.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ postq̄ Petrus Hyspanus determinauit de nomine et verbo que sunt partes orationis. hic cōsequenter determinat de oratione ponendo eius diffinitionem que talis est. Oratio est vox significatiua ad placitum cuius partes separate aliquid significant. Pro cuius intellectu est notandum q̄ oratio potest capi tripliciter.

Uno modo fundamentaliter pro re subiecta illi intentioni oratio que dicitur esse fundamentum illius intentionis ꝛ sic non diffinitur hic. quia ē vox complexa ꝛ complexorum non est diffinitio. Secūdo modo capitur oratio pro intentione cō creta rei id est pro aggregato ex illa intentōne ꝛ re subiecta illi intentioni. Et adhuc isto modo si diffinitur hic. quia est ens per accidens cui⁹ non est diffinitio. Tertio modo capitur pro intentione scilicet pro quadam relatione rationis habēte pro fundamento aliquod complexum cuius partes separate aliquid significant. ꝛ pro termino rem significatam per tale complexum. ꝛ hoc modo diffinitur hic. Unde dupliciter intelligi potest nomen et verbum esse partes orationis. Uno modo accipiēdo nomen ꝛ verbum pro per se significatis. et sic non sunt partes orationis formaliter capte cum sint relationes specie distincte que habent terminos et fundamenta distinctos. Alio modo potest intelligi ꝙ nomen ꝛ verbum sint partes orationis accipiendo nomē ꝛ verbum fundamendaliter et pro denominato ꝛ sic bene sunt partes integrales orationis fundamentaliter accepte. Et licet ipsa oratio sūpta pro denominato non sit vna vox incomplexa est tamen vna vox vnitate ordinis ꝛ complexionis plurium vocum significatiuarum vnitarum sub vna forma. Et etiam est vna vox vnitate finis quia predicte voces simul vniuntur propter vnum ꝛ eundem finē ꝛ vt scilicet representent cōceptum complexum.

Sciendum est secundo

ꝙ licet oratio non fuerit primo ꝛ per se imposita ad significandum: est tamen imposita ex consequenti ꝛ ratione suarum partium. Per hoc enim ꝙ partes orationis sunt significatiue oratio cōposita ex ipsis trahit suum significatum ꝛ tamē habet significatum distinctū ab ipsis. quia ille partes significant sub cōceptu simplici. Oratio vero sub conceptu complexo. Sic etiam potest dici ꝙ oratio significat ad placitum ratione impositionis suarum partium. licet oratio sēm se non primo significet ad placitum. Unde orationis duplices sunt partes. quedam sunt remote sicut littere ꝛ sillabe. et quedam sunt propinque sicut nomen et verbum. Prime autem non sunt significatiue. sed alie sunt significatiue que proprie dicuntur partes. Ex quibus potest haberi intellectus diffinitiōis orationis hoc mō Oratio est vox significatiua ad placitum id est apta nata significare cuius partes propinque ꝛ principales aliquid significant separate.

Sciendum est tercio ꝙ

circa predicta mouentur alique difficultates. Prima est vtrum oratio significet ad placitum. Et videtur ꝙ non quia non est imposita ad significandum ergo non significat ad placitum. Item instrumentum virtutis naturalis debet esse naturale. sed oratio est instrumentum virtutis naturalis scilicet interpretatiue. ergo oratio significat naturaliter et non ad placitum. Ad dubium respondetur cum autore. ꝙ oratio significat ad placitum. Ad rationes. Ad primam dicitur ꝙ oratio primo ꝛ per se non est imposita ad⁹ significandum sēm se totam. sed est imposita ad significandum sēm suas partes. ideo etiam Aristoteles omisit illam particulam ad placitum in diffinitione orationis. Ad secundam dicitur ꝙ quelibet virtus naturalis habet instrumentum naturale per quod potest explere suum opus. vt homo habet nouem instrumenta naturalia quibus formal vocem que representat ad placitum ꝛ non naturaliter. ideo bene concludit argumentum ꝙ instrumentum immediatum virtutis naturalis debet esse naturale. sed non concludit de instrumento mediato cuiusmodi est vox siue oratio. Alia difficultas est circa illam particulam. cuius partes separate aliquid significant. Utrum scilicet si ista littera. a. imponeretur ad significandum tantū quātum hec oratio homo currit: vtrum esset oratio vel non. Et videtur ꝙ nō quia partes eius nihil significarent cum non habeat partes. Et si diceretur ꝙ licet partes eius vocales nihil significarent: tamen partes eius mentales bene aliquid significarent. Tunc infertur ergo non est oratio vocalis de qua est hic ad propositum. In oppositum arguitur. Equivalet orationi vocali in significando ꝛ in veritate ꝛ in falsitate. ergo est oratio. Ad hoc dicendum est ꝙ anteq̄ aliquid oratio dicatur oportet ꝙ sit signum distincte representatiuum ꝛ perfecte articulatum cuiusmodi non esset illa littera. a. per casum positum. ideo non deberet dici oratio propter carentiam articulatōnis. quia oportet ꝙ oratio sit vox apta nata representare distincte suum significatum. Sed magis proprie debet dici signum complexum mētaliter. Nec habet proprium nomen sibi impositum quia hoc de nouo a modernis inuentum est qui vtiq; ātiquor̄ dicta despiciūt. Et ad rationē dicitur negando consequentiam quia ad orationem vocalem de qua est hic ad propositum requiritur nomen et verbum. Vel saltem plures voces significatiue requiruntur quod non fit in ista.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. Nullum complexum potest diffiniri. sed oratio est quid complexum. ergo male hic diffinitur. maior patet. quia nullum complex

um habet vnuz esse. Secundo arguitur sic Curro.pluit.tonat ⁊ similia sunt orationes ⁊ tamen partes earum separate nihil significant.g⁹ diffinitio orationis est mala. Tertio arguitur sic.Omnis vox significatiua habet aliquod proprium significatum.sed oratio non est huius modi eo q̄ significat ratione suarum partium. ergo male dicitur q̄ oratio est vox significatiua

Quarto arguitur sic.Significans de necessitate nō significat ad placitum.sed illa oratio homo currit in prima eius significatione significat hominem currere nec potest aliud significare.et similiter quelibet alia oratio. ergo oratio nō significat ad placitum.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ oratio fundamētaliter accepta ē quid complexum nec hic diffinitur.sed oratio formaliter capta est quid incomplexum. ⁊ sic hic diffinitur. Ad secundam dicitur q̄ ille de virtute sermonis non sunt orationes quia partes earum separate nichil significant. tamen de bonitate intellectus suppositis virtualiter in ipsis intellectis sunt orationes. et partes earum separate eo modo intelligendo aliquid significant. Ad tertiam dicitur q̄ licet oratio trahat suum significatum ex suis partibus causaliter: tamen non habet ipsum formaliter a partibus.sed habet proprium significatum ratione cōpositionis suarum partium mediante conceptu complexo. Et hoc potest patere manifeste. quia in conditionalibus stat aliquam propositionem esse veram.et tamen omnes suas partes esse falsas videlicet de ista. si asinus volat asinus habet alas. Ad quartam dicitur concedēdo maiorem ⁊ distinguendo minorem. vel q̄ significet ad placitum primo ⁊ per se.vel rōe suarū partium.Tunc dico q̄ significat ad placitum ratione suarum partium ⁊ non primo ⁊ per se.

Orationum alia perfecta alia imperfecta. Perfecta est illa q̄ perfectū sensum generat in animo auditoris vt homo currit. Imperfecta est illa que imperfectum sensum generat in animo auditoris. vt homo albus.

Orationum perfectarum alia indicatiua vt homo currit.alia imperatiua vt petre fac ignem Alia optatiua vt vtinam essem bonus clericus.Alia coniunctiua vt si veneris ad me dabo tibi equum.Alia deprecatiua vt miserere mei deus. Harum autem orationum sola indicatiua dicitur esse propositio.

Circa hunc textum notandum ē primo q̄ post q̄ autor posuit diffinitionem orationis. hic consequenter ponit diuisionem eius diuidendo in orationem perfectam ⁊ imperfectam. Cuius diuisionis ratio est. Quia omnis oratio representat aliquem sensum.vel ergo talis est perfectus vel imperfectus.Si primum sic est oratio perfecta.si secundum sic est oratio imperfecta. Unde sensus perfectus est qui complete terminat actum intellectus non suspendens animum audientis.vt cum dicitur homo currit.ibi est sententia perfecta non requirens additionem alterius vt intellectus ibi quiescat. Et tantum valet sensus perfectus sicut sententia perfecta siue notitia per quaz scitur verum alteri esse. Sed sensus imperfectus est sententia imperfecta.que nō perfecte terminat actum intellectus sed alio indiget vt perficiatur vt dicendo homo albus. Et non accipitur hic sensus pro potentia sensitiua anime. sed accipitur sensus pro sentētia que est significatio orationis. Unde oratio perfecta sic diffinitur est illa que perfectum sensum generat in animo auditoris id est in intellectu. Per hoc enim q̄ oratio presentatur auditui mediante specie refertur ad intellectum. et intellectus cognoscens significationem terminoz ap prehendit per illam speciem sensum orationis. Et ita oratio perfecta mediante similitudine generat sensum perfectum id est conceptum complexum perfecte terminantem actuz intellectus. Sed oratio imperfecta est que imperfectum sensum generat in animo auditoris.i. in intellectu audientis.

Scienduz est secundo q̄

oratio perfecta diuiditur scilicet in orationez indicatiuam.imperatiuam.optatiuam.coniunctiuam.⁊ deprecatiuam. Quaruz sufficientia sic habetur.Quia omnis oratio perfecta explicat sensum perfectum.vel ergo explicat conceptum intellectus vel affectum. Si conceptum hoc est dupliciter. vel explicat talem conceptum determi-

nate ꝛ sic est indicatiua. vel dubitatiue ꝛ conditionaliter.ꝛ sic est coniunctiua. Si explicat affectuz mētis hoc est dupliciter.vel pertinet ad affectum concupiscibilem. et sic est oratio optatiua. vel ad irascibilem.ꝛ hoc dupliciter.vel denotat imperium.ꝛ sic est imperatiua.vel deprecationez que fit ad superiores.ꝛ sic est deprecatiua.ꝛ hec est diuisio generis in suas species sicut iest precedens.

Sciendum est tertio ꝙ

oratio indicatiua est illa cuius principale ꝟbum est indicatiui modi ꝛ presentis temporis saltem. et maxime illa dicitur indicatiua ꝙuis alie orationes in quibus est verbum indicatiui modi ꝛ alterius temporis sint indicatiue.tamen sunt minus principales. Sz oratio imperatiua est illa cuius verbum principale est imperatiui modi. ꝛ sic de alijs. Et quia verbum indicatiuum est ceteris perfectius ideo oratio indicatiua est ceteris orationibus dignior ꝛ perfectior. Unde sola indicatiua significat verum vel falsum eo ꝙ alie non dicunt aliquid determinate esse vel non esse ideo sola illa dicitur esse propositio siue enunciatio.et sic alie orationes perfecte ab indicatiua pertinent ad grāmaticam vel ad rethoricaz quātum ad vsum quia sunt apte ad persuadendum

Ex quibus apparent diffinitiones diuisionis membrorum orationis.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. Omne illud est perfectum cui nihil deest de requisitis ad suū complemētū.sz omnis oratio habet debitam compositionē materie ꝛ forme.ergo omnis oratio ē perfecta. ꝛ sic predicta diuisio est mala. Secundo arguitur sic.Nihil est perfectuz cui potest fieri additio sed cuilibet orationi potest fieri additio.gꝰ nulla oratio est perfecta.ꝛ sic diuisio est mala.

Tertio arguitur sic.Nulla enunciatio agit in intellectu audientis.ergo nulla generat sensum perfectum in intellectu auditoris. antecedēs patet.quia intellectus est impassibilis.ergo nō agit in ipsum. Quarto sic arguitur.Oratio optatiua significat verum vel falsuz vt ista ego vellem esse bonꝰ clericus.ergo male dicitur in textu ꝙ sola indicatiua significat verum vel falsum.

Ad rationes. Ad primā

dicitur ꝙ licet omnis oratio possit dici perfecta perfectione illa que resultat ex compositōne materie ꝛ forme eius .non tamen omnis oratio est perfecta perfectione finis.quia non representat cōceptum complexum perfecte terminantem actuz intellectus. Ad secundaz dicitur ꝙ aliquid dicitur vel potest dici perfectuz dupliciter. Uno modo simpliciter ꝛ extra genus cui penitus nulla potest fieri additio. ꝛ sic solus deus est perfectus. Alioꝰ aliquid dicitur perfectū in genere vl specie.ꝛ sic oratio bene dicitur esse perfecta cuz ei non possit fieri additio essentialis ꝛ necessario requisita ad hoc ꝙ sit sub tali genere vel specie

Ad tertiam dicitur ꝙ licet intellectus non sit passibilis passione corruptiua :est tamen passibilis passione perfectiua cum possit multis conceptibus perfici. Ad quartaz dicitur ꝙ illa non significat primo ꝛ per se verum vel falsum nisi ratione orationis indicatiue puta in virtute huius voluntas mea est ꝙ ego sim bonus clericus.et ita dicendum est de omnibus alijs ab indicatiua.

Roposītio est oratio verum vel falsum significans indicando. vt homo currit.

Circa hunc textum notandum ē primo ꝙ post ꝙ determinatuz ē de partibꝰ propositionis.ꝛ de oratione que est genus enunciationis. hic consequenter determinatur de ipsa enunciatione de qua principaliter itēdit in hoc tractatu. Et primo diffinit ipsaz sub nomine propositionis hoc mō Propositio est oratio verum vel falsum significans indicando.In qua diffinitione ponitur oratio loco generis. Et ponitur verum vel falsum significans. ad differentiam orationum imperfectarum. Et ponitur indicando ad differentiaz aliarum orationum perfectarum ab indicatiua. et etiam quia nulla illarum significat per se verum vel falsum.ideo ponitur indicando ad maiorem explicationem.scilicet ad ostendendum ꝙ sola indicatiua dicitur propositio. Unde propositio ꝛ enunciatio sunt idem scōm rem sed distinguntur ratione formali.nam dicitur enunciatio inquantum per ipsam enunciatur mentis conceptus.sed dicitur propositio inquantum ponitur pro alio scilicet pro conclusione inferenda.ꝛ ideo distinguntur ratione formali licet sint idez scōm rem. Et quia propositio est nobis nocior enunciatione ideo diffinitur enunciatio sub nomine propositionis. vnde ab Aristotele primo peryarmenias sic diffinitur enunciatio. Enunciatio est oratio in qua verum vel falsuz ē.

Sciendum est secundo

pro declaratione diffinitionis propositionis ꝙ propositio potest capi dupliciter. Uno modo ꝑ per se significato ꝛ tunc est relatio rationis fundata in aliquo complexo significante verum vl falsum comparata ad suum significatum complexum. Alio modo capitur pro denominato.et sic vox complexa verum vel falsum significans dicitur esse propositio. Item est aduerten-

dum ꝙ significare verum est significare ita esse sicut est vel significare ita non esse sicut non est. Exemplum primi vt homo est animal. Exemplum secundi vt homo non est asinus. Sed significare falsum est significare aliquid esse aliter ꝙ sit. vel non esse ita sicut est. Exemplum primi vt homo est asinus. Exemplum secundi vt hō non est animal. Et dicitur propositio significare verum quando representat suum significatum vel aliquam compositionem adequate ⁊ eodem modo sicut est. Et per oppositum dicitur significare falsum. Aduertendum est vlterius ꝙ diuersimode aliqui exponunt illam particulam indicando. Quidam enim sic exponunt indicando .i. indicatiui modi. et cōmuniter sic exponitur. Alio modo potest sic exponi indicando .i. asserendo. quia omnis oratio que significat verum vel falsum assertiue dicitur propositio. Et dicūt isti qui sic exponunt ꝙ ista particula additᵉ propter orationes interrogatiuas. vt ista vtrum celum mouetur. vtrum asinus currit vel non. ⁊ sic de aliis que non significant verum vel falsum. Ex quo potest patere intellectus diffinitionis propositionis hoc modo. Propositio est oratio non interrogatiua que habet pro fundamento complexū verum vel falsum significans. Ex quo infertur ꝙ alie orationes ab indicatiua non sunt propositiones. Secundo infertur ꝙ oratio interrogatiua non est propositio quia non significat verū vel falsum. Et si arguatur partes orationis interrogatiue significant verum vel falsum. ergo oratio interogatiua significat verum vel falsum. antecedens patet. quia partes istius orationis vtr homo currit vel non currit. significant verum vᵉ falsum. Repondetur negando antecedens. ⁊ ad probationem dicitur ꝙ ille per se sumpte verum vel falsum significant. sed vt sumuntur sub modo interrogatiuo non significant verum vel falsum. Et si queratur vtrum circulus pendens ante tabernam representans vinum vendibile sit propositio vel non. Et videtur ꝙ sic. quia significat verum vel falsum. ergo est propositio. tenet consequentia a diffinitione ad diffinitum. Respōdetur ꝙ non est propositio. quia non est oratio. non enim sufficit ad propositionem significare verum vel falsum. sed requiritur ꝙ sit oratio que ē distinctiuum signum cōceptus. Et ad rationem cōcesso antecedente negatur consequentia ⁊ consequens quia non arguitur per locum a diffinitione ad diffinitum cum antecedens non sit nisi ps diffinitionis.

Sciendum est tercio ꝙ

circa predicta mouentur aliqua dubia. Primum est vtrum hec oratio canis est substantia sit propositio. Et videtur ꝙ sic quia significat verum vel falsum vt notum est. ergo est propositio. In oppositum arguitur. eadem est propositio ⁊ propositio vna. ex primo elenchorum. sed illa oratio non est propositio vna ergo non est propositio. minor probatur. quia est propositio plures.

Pro dubio est notandum ꝙ sicut termin⁹ equiuocus consideratus in ordine ad plura significata que significat mediantibus pluribus conceptibus dicitur equiuocus. et idem considerat⁹ in ordine ad vnum suorum significatorum quod significat mediante vno conceptu est vniuocus: sic est de ista oratione ꝙ ipsa considerata in ordine ad vnum suorum sensuum precise est propositio vna ⁊ significat verum vel falsum. Sed illa considerata in ordine ad plures sensus quos representat non est vna. nec per consequens est vera vel falsa ꝙuis in omnibus suis sensibus sibi correspondentibus sit vera accipiendo diuisim illos sensus eo ꝙ equiualet tribus propositionibus coniunctim sumptis. Et hoc patet per simile. nam non dicitur ꝙ iste tres propositiones homo est animal. homo est risibilis. ⁊ homo est rationalis. sint vna propositio vera vel falsa. et sic similiter dicendum est de ista. Secundum dubium est vtrum hec oratio homo qui est animal sit propositio. Et videtur ꝙ sic. quia includit propositionem igitur. In oppositum arguitur. quia non significat verum vel falsum. ergo non est propositio. Ad dubium respondetur ꝙ dicta oratio non est propositio eo ꝙ ipsa tota non significat verum vel falsum quod requiritur anteꝙ sit propositio. Et ad rationem dicitur ꝙ dato ꝙ illa oratio includeret in se propositionem veram: tamen quia ipsa totalis non significat verum vᵉ falsum. igitur ipsa totalis non est propositio.

Tertium dubium est que res sit veritas propositionis et quid formaliter dicitur verum et vtrum distinguatur a propositiōe. Pro declaratione supponitur primo ꝙ veritas est in rebus ⁊ in intellectu diuersimode tamen. Primum patet. quia verum est obiectum intellectus. ergo veritas est in rebus. Secundum patet. quia in sola compositione ⁊ diuisione intellectus est veritas vel falsitas ex primo peryarmenias. ergo ⁊c. Dicitur autem res vera tripliciter. Primo quia ē manifestatiua quantum est de se cuicunq; intellectui. Secundo quia est assimilatiua intellectui Tertio quia facta assimilatōne res est in intellectu sicut cognitum est in cognoscente. g⁹ Supponitur secundo ꝙ duplex est veritas in intellectu scilz scōm duplicem intellectus operationem scōm quā intellectus natus est conformari obiecto vt mensuratum mensure ex quinto methaphisice. Unde incomplexa est conformitas act⁹ simplicis ad obiectum intelligibile simplex. Sed veritas ꝓplexa est conformitas noticie siue act⁹ ꝓplexi ad obiectū ꝓplexū. Prima enī ē incōplexa ⁊ ē in actu simplici, Secunda ho in actu ꝓplexo

De substantia propositionis cathegorice.

Tunc his suppositis respondetur ad dubium. Et primo ad primam partem q veritas est formaliter relatio que habet pro fundamento noticiam et pro termino obiectum intelligibile. Quantum ad secundam partem dicitur q actus intellectus est subiectus quo scitz intellectus formaliter denominatur verus cū sit subiectū qdā illius respectus. Unde noticia existens in intellectu aut aliquid ipsius noticie est ratio formal' siue dandi veritatem siue ipsam conformitatem et sic patet q intellectus dicitur formaliter verus cum sit subiectum quoddaz veritatis. Ad terciam partez dubij dicitur q distinguitur ab ipsa propositiõe. z se habet vt accidens vel vt accidẽtale respectu propositionis. Et si queratur vtz veritas sit in re. Ad hoc breuiter respondetur per distinctionem. quia duplex est veritas scz veritas fundamentalis que est aptitudinalis conformitas quiditatis ad intellectū. Et talis nõ distinguitur realiter ab ipsa quiditate rei sed bene ex natura rei. nec ipsa res hoc modo est propria causa ipsius veritatis cum nihil causet seipsum Alia est veritas formalis z est ipsa conformitas actualis rei intellecte ad intellectū. z sic ipsa res est bene causa ipsius veritatis quia se habet vt terminus relationis. modo relatio essentialiter dependet a fundamento et termino. Et tunc respondetur ad quesitum q veritas formalis est in re vt in termino vel vt in causa. sed ẽ in intellectu vt in subiecto. quod patet. quia propria perfectio intellectus est in intellectu. sed veritas est propria perfectio intellectus. igitur est in intellectu. maior patet. quia propria perfectio non ẽ separata ab eo cuius est propria perfectio. et minor probatur quia veritas est finis scienciarum speculatiuaruz que sunt in intellectu. gº ꝛc.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. In nulla bona diffinitione debent poni opposita. sed in ista ponuntur opposita scz verum z falsum. ergo diffinitio non ẽ bona. Secundo arguitur sic. propositio semper representat suum significatum ad quod imposita est ad significanduz vt hec propositio homo currit semper significat hominẽ currere siue currat siue non currat. ergo omnis propositio ẽ vera z nulla est falsa. Tertio arguit' sic. Ens z verum conuertuntur. sed omnis propositio est ens. ergo omnis propositio est vera z per consequens nulla est falsa. Quarto arguitur sic Omnis propositio significat verum vel falsum. sed non omnis propositio significat verum. gº omnis propositio significat falsum. ꝯa patet a tota disiunctiua cum destructione vnius partis ad affirmationem alterius est bona ꝯa.

Ad rationes. Ad primam

dicitur q opposita vt opposita sunt non debent poni in eadem diffinitione. sed si considerentur inquantum circumloquuntur nobis vnam differentiam possunt bene poni in eadem diffinitione. Vel dicitur q possunt poni disiunctiue in eadem diffinitione nõ tamen copulatiue.

Ad secundam dicitur q oratio non dicitur vna eo q representat suum significatum absolute. sed quia ipsa representat ipsum adequate et conformiter sicut est in re. Ad tertiam dicitur q omnis propositio est vera veritate entis sed non veritate propositionis que dicitur esse veritas formalis. Ad quartam dicitur distinguendo antecedens. quia vel est vna propositio disiunctiua z sic ꝯcedit' ꝯsequentia z negat' consequẽs. q sicut ipsum est falsuz ita z añs. Si vero sit de disiuncto extremo negatur cõsequẽs z consequentia. nec ibi arguitur a tota disiunctiua cum destructione vnius partis ad affirmationem alterius. sed cõmittitur fallacia figure dictionis arguẽdo a sensu composito vero ad sensum diuisum falsum.

Propositionum autẽ alia cathegorica alia ypothetica. Cathegorica ẽ illa que habet subiectum et predicatum et copulam tanq̃ principales partes sui vt homo currit. In hac enim propositione homo est subiectum currit vero predicatum. Et quod coniungit vnum cum altero est copula. vt patet resoluendo homo currit. id ẽ homo est currens. ibi homo est subiectum z currens predicatum. z illud verbum est dicitur esse copula quia copulat vnum cum altero. Et dicitur cathegorica a cathegoriso as. quod idem est sicut predico predicas. vnde dicitur cathegorica id est p̃dicatiua. Subiectū ẽ illud de quo aliud ꝺr scitz predicatum.

Predicatum est quod dicitur de altero scz de subiecto.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ ꝓ̄ hic Petrus hiſ. diuidit propoſitionem in cathegoricam z ypotheticam. Cuius diuiſionis ratio eſt quia omnis propoſitio ſignificat verum vel falſum. vel ergo talis imediate ꝓponitur ex pluribus terminis. z ſic eſt ꝓpoſitio cathegorica. vl ex pluribus orationib⁹ z ſic ē ꝓpoſitio ypotetica. Et hanc diuiſionē tangit Ariſtoteles primo peryarmenias hoc modo cum dicit. Enunciatio enim alia eſt ſimpliciter vna, que dicitur cathegorica. Et alia eſt coniunctione vna que dicitur ypothetica. Conſequenter ponit autor diffinitionem propoſitionis cathegorice hoc modo Propoſitio cathegorica eſt illa que habz ſubiectum z predicatuz z copulam tanq̄ partes principales ſui. Unde per hoc relatiuum que intelligitur genus diffiniti. Et ponitur que habet ſubiectum predicatum z copulam. ad differentiaz orationum imperfectarum in quibus non ponitur copula verbalis. Deinde ponitur tanq̄ partes principales ſui ad differentiam ꝓpoſitionis ypothetice. que ꝓ̄ habeat ſubiectum predicatum z copulam non tamen tanq̄ partes principales ſui. Unde ſubiectum z predicatum in propoſitione cathegorica habent rationem materie z copula verbalis rationem forme. nam copula ſe habet in propoſitione cathegorica ſicut forma naturalis in corpore naturali q̄ ipſa vnit ſubiectū z predicatum adinuicem que ſe habent permodum materie. In propoſitione autem cathegorica duplex poſſumus reperire predicatuz ſcilicet materiale z formale. Unde materiale ē illud qđ vnitur cum ſubiecto per copulam verbalem et tali predicato non repugnat eſſe ſubiectuz. Sed predicatum formale eſt qđ vnit predicatum materiale cuz ſubiecto z ſibi repugnat ſubici. Unđ predicatum materiale z formale quandoq̄z diſtinguntur ſcđm vocem hoc eſt q̄ ſub diuerſis vocibus importentur vt homo eſt animal. quandoq̄z vero non diſtinguntur ſcđm vocem ſemp tamen ſcđm rem vt homo currit.

Sciendum eſt ſecundo q̄ cum in omni propoſitione cathegorica enunciatur aliquid de aliquo ideo in qualibz tria requiruntur. Primo illud de quo aliquid dicitur scz ſubiectum. Secundo illud qđ dicitur de alio scz predicatum materiale. Tertio illud per qđ vel mediante quo vnum dicitur de alio scz copula. Et dicitur cathegorica. i. predicatiua. Et ſi dicatur aliqua eſt cathegorica in qua illa tria pr̄a enumerata non reperiuntur. ergo male dictum eſt q̄ in ipſa tria reperiuntur. Pro ſolutione illius eſt aduertendum q̄ dupler eſt propoſitio cathegorica. quedam eſt de eſt ſecundo adiacente in qua non ponitur aliud predicatum materiale preter iſtud verbum eſt expreſſum z ſic ſemper ꝑdicat exiſtentiam. qđ patet quia habet reſolui in eſt et ſuum participium ſcilz ens participialiter ſumptum qđ tm̄ valet ſicut exiſtens. Alia eſt propoſitio de eſt tertio adiacēte in qua ponitur aliud predicatuz ab illo verbo eſt. vt in hac ꝓp̄one homo eſt animal. z iſtud verbum eſt tertium adiacens ſaltem in propoſitionibus neceſſarijs niſi ꝑ̄ predicat exiſtentiam ita q̄ valeat ꝓ̄a homo ē animal ergo homo eſt. ſed ſolum predicat inclusionem eſſentialem vel vnionem predicati cum ſubiecto. Et dicitur propoſitio de eſt tertio adiacente non q̄ tale verbum ponatur in tertio loco ſed quia ad formandum propoſitionez illā oportet prehabere predicatum z ſubiectum. z deinde his habitis oportet mediante copula ipſa coniungere. Tunc dicitur q̄ ꝑ̄ is in qualibet cathegorica illa tria reperiuntur virtualiter tamē non ſemper formaliter. vt patet reſoluendo propoſitiones de eſt ſecundo adiacente.

Sciendum eſt tercio q̄ hic conſequenter ad maiorem declarationez diffinitionis propoſitionis cathegorice autor diffinit ſubiectum z predicatum. Unde ſubiectum ꝓpoſitionis eſt illud de quo aliquid dicitur scz ꝑdicatum. Sed predicatū eſt quod dicitur de alio scz de ſubiecto. Et quia ſubiectum z predicatuz ſunt correlatiua ideo diffinitur vnuz per reliquū. Unde ſubiectum dicitur predicati, ſubiectum. z predicatum dicitur ſubiecti predicatum. Subiectum tamen z predicatum poſſunt ſumi dupliciter. Uno modo formaliter z pro per ſe ſignificato. z ſic importent duas intentiones ſecūdas vel relationis rationis que habēt pro fundamēto rem que ſubicitur z pro termino rem que de alio dicitur vel econuerſo. z iſto modo ibi diffinitur. Alio modo ſubiectum z predicatuz, poſſunt ſumi pro denominato. z iſto modo non hic diffinitur. Et ſi dicatur ille intentiones ſecunde scz ſubiectum z predicatuz non ſunt in genere. ergo non poſſunt diffiniri. ꝓ̄a patet. quia diffinitio debet dari per genus et differentiā. Et añs probatur. quia ſola entia realia ſunt in predicamento vt patet ex quinto methaphiſice. Ad hoc dicitur q̄ hmūſmodi relationes z ſecunde intentiones non ſunt in genere per ſe: poſſunt tamen denominatiue reduci ad genus relationis vt patet ſcđm doctorem ſubtilem octaua diſtinctione tercij ſententiaruz. Sed iuxta predicta mouetur vna difficultas vtrum ſcilz negationes et ſigna vniuerſalia z particularia ſint partes ſubiecti. Similiter dubitaſ vtz iſte ꝓp̄ones. Chīmera eſt ē hō Magiſtro legente pueri proficiunt. z ſic de ſimi-

† Sed tanq̄ remotas quam admodum littere z ſyllabe ſunt ꝑs remote categorice †

libus sint cathegorice vel ypothetice. Ad primam dicitur q signa vniuersalia et negationes non sunt partes subiecti si ferentur in principio ppositionis z ab ipsis ppõ sumat q uãtitatẽ suã sed bene sunt partes subiecti si ponantur inter partes subiecti. z ppõ ab illꝰ nõ sumat suã quantitatem. vt videns omnem hominem est equus. ibi hoc signum omnem est pars subiecti. Et etiaz q sint partes predicati patet. q nisi sit sic iste nõ essent ꝓtradictorie. sortes est omnis homo. z sortes non est omnis homo. q ãmotis illis signis in talibus propositionibus vel saltem in similibus ille simul starent in veritate z falsitate. Ois homo est omnis homo. z quidaz homo non est omnis homo. nisi illud signum omnis esset pars predicati. q hec esset falsa quidaz homo non est homo. Sed q in istis õis homo currit. aliquis homo non currit. in quibus hec signa nõ ponũtur inter partes subiecti non sunt de integritate eius. Probatur. q ppõnes ꝓtradictorie debent esse de eodem subiecto qõ tamen nõ esset si ipsa signa essent partes subiecti vt notum est.

Ad aliud dubium respondetur q ista tñ aial est homo z sibi similes formaliter sunt cathegorice. q habent subiectuz predicatum z copulam tanꝫ partes principales sui. Sed virtualiter et equipalenter includũt duas cathegoricas. De secunda ꝯ ppõne dicitur q ista nõ est cathegorica sed est ypothetica vel imediate reducibilis ad ypotheticaz. sic enim resoluitur pueri profitent dum magister legit.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. In bona diuisione mẽbra debent esse opposita. sed in ista diuisione membra non sunt opposita cum vnum ꝓtineatur in altero q cathegorica continetur in ypothetica. gꝰ diuisio nõ est bona. Secũdo arguitur sic. tñ sunt due partes principales oratonis scz nomẽ z verbum. gꝰ ppositio cathegorica non habet tres partes principales. Tertio arguitur sic. subiectum z predicatum opponuntur. gꝰ predicatum non potest vere dici de subiecto. gꝰ ꝛc.

Quarto arguitur sic. In hac propositione hõ est homo. homo est subiectum et tamen de ipso non predicatur aliud cuz idem non sit aliud a seipso. ergo male diffinitur subiectuz q est de quo aliquid dicitur.

Ad rationes Ad primaz

conceditur maioz z negatur minor. et ad probationem dicitur q vnum non continetur in alio formaliter licet bene materialiter vnum in altero contineatur. Ad secũdã dicitur q tantum sunt due partes oratõnis essentialiter z specifice distincte scz nomen z verbum. tamẽ sunt plures materialiter distincte vt plura nomina et plura verba. Ad tertiam dicitur q predicatum z subiectum capta formaliter quoad illas intentiones opponũtur relatiue. ideo hec est falsa subiectum est predicatum. Si tamen accipiãtur pro denominatis sic non opponuntur. et vnum põt vere de alio predicari vt homo est animal.

Ad quartam dicitur q licet predicatuz nõ sit aliud a subiecto realiter est tamen aliud sedm situm z numerum. z hoc sufficit. quia non capitur hic aliud vt dicit distinctionem essentialem.

Propositionum cathegoricarum. alia vniuersalis. alia particularis. alia indefinita. z alia singularis. Propositio vniuersalis est illa i qua subicitur terminus communis signo vniuersali õterminatus. vt omnis homo currit. Terminus communis est qui aptus natus est predicari de plurib9. vt homo de sorte z de platone. Signa vniuersalia sũt hec omnis nullus quilibet neuter z similia.

Circa hunc textum notandum est primo q d iuisa propositione penes substantiam eius. hic consequenter autor diuidit ipsam z potissime illam que est de simplici subiecto in propositionẽ vniuersalem singularem particularem z indefinitam. que diuisio est data penes eius quantitatez. Et huius diuisionis sic habetur sufficiencia quia in omni propositione cathegorica de subiecto simplici seu incomplexo subicitur terminꝰ cõmunis vel discretus discrete tentus. Si secundum sic ẽ propositio singularis. Si primum hoc est tripliciter. vel subicitur terminus communis sine signo et sic est indefinita. vel cum signo. et hoc dupliciter. vel cum signo vniuersali z sic est propositio vniuersalis. vel cum signo particulari z sic est propositio particularis. Unde quãtitas propositionis est quedam proprietas propositionis cathegorice sibi conueniens ratione subiecti eo q tenetur vniuersaliter vel particulariter indefinite vel singulariter. Et notanter dicitur propositionis cathegorice. quia propositionib9 ypotheticis nõ cõuenit habere quantitatẽ Notanter etiaz dicitur conueniens, propositioni cathegorice rõne sui subiecti. q quãtitas ppõis nõ attẽditur ex parte ꝓdicati sz ex parte subiecti

Ratio est q̄ propositio redditur quāta per aduē tū signoꝝ vniuersaliū vel particulariū. que p̄ prie loquendo adueniunt subiecto ꝛ non sunt de integritate eius sc̄z subiecti. sed ipsa non adueniunt predicato q̄ tm̄ sunt partes predicati. Et nō capitur hic quantitas proprie pro magnitudine aut extēsione corporali. sc̄z capitur methaphorice ad similitudinez quantitatis discrete. quia sicut quantitas discreta ē multitudo ex pluribꝰ vnitatibus aggregata. ita terminꝰ cōis in se continet multa suppositа pro quibus in propositione tenetur. Unde duplices sunt ppositiones cathegorice. quedam sunt de simplici subiecto ꝛ sunt ille in quibus ponitur pro subiecto aliqō incomplexum vt iste homo est animal. sortes est homo Alie sunt cathegorice de subiecto complexo. et iste sunt multiplices. quia quedaꝫ sunt de copulato subiecto sicut ista homo ꝛ asinus currunt. Alie sunt de disiuncto subiecto sicut omnis homo vel asinus currit. Alie sunt de condicionato subiecto sicut omnis ppō si est necessaria est vera Alie sunt in quibus a parte subiecti ponitur adverbium temporale. vt nullum animal dum dormit vigilat. Alie sunt in quibus ad subiectū ponitur implicatio. vt omnis homo qui currit mouetur. Alie sunt que habent subiectū complexū ex adiectiuo ꝛ substantiuo. vt hō albus currit. Et alie sunt que habent subiectū complexū ex recto ꝛ obliquo. vt cuislibet hominis oculus ē dexter. Et sicut dictuꝫ est prius ista diuisio potissime datur de cathegorica simplicis subiecti. si tamē sit de complexo subiecto poterit dici q̄ aliquando contingit aliquā taliuꝫ ppositionum esse pluriuꝫ quantitatum. vt quando vna pars subiecti tenetur indefinite ꝛ alia vniuersaliter.

Sciendum est secundo q̄

hic consequenter autor diffinit. primum mēbruꝫ huius diuisionis sc̄z propositionez vniuersalez cuius diffinitio patet in textu. que diffinitio sic habet explicari. Propositio vlis est illa in qua explicite vl̄ implicite subicitur terminus cōmunis distributus per signum vniuersale aut p aliquod sibi equiualens. Dicitur notanter explicite. vel implicite propter istas ppositōnes nihil est in bursa mea. ꝛ sic de alijs. que sunt vniuersales ꝛ tamē in eis non subicitur terminus eōis explicite. Diciter cōmuniter tentus ad excludendum istas ppositiones omnis homo est totuꝫ in quantitate. omnis homo est vniuersale. Et dicit distributus per signum vniuersale ad excludendum istas propositiones. non omnis hō currit. non nullus homo currit. ꝛ sic de alijs similibus que nō sunt vniuersales sed particulares. Per hoc aūt q̄ dicitur. aut per aliquod equiualens. debent tales ppōnes dici vniuersales. non quidam homo currit. nō quidam homo non currit ꝛ sic de alijs. Unde signum vniuersale est sin cathegoreuma faciens terminuꝫ communem teneri pro ommbus suis suppositis copulatiue. sicut in ista ppōne omnis homo currit. homo ibi distribuitur ꝛ fit descensus ab eo copulatiue. vt sic sortes currit ꝛ plato currit. et sic de alijs. q̄ omnis homo currit. Consequenter diffinit autor terminum cōmunem hoc modo. Terminus cōmunis est qui aptus natus ē predicari de pluribus. Que diffinitio sic explicatur. Terminꝰ cōmunis est qui aptus natus est predicari de pluribus vniuoce vere ꝛ affirmatiue. Notanter dicitur aptus natus q̄ non oportet q̄ actu predicetur de pluribus. Dicitur etiam vniuoce propter terminos singulares qui possunt p̄dicari de pluribus equiuoce. Dicitur etiaꝫ vere ꝛ affirmatiue q̄ terminus singularis potest predicari de pluribus vere ꝛ negatiue vt dicendo asinus ē iohes plato nō est guillermus. Ultimo aliqui addunt hanc particulam de pluribus supponentibus p̄ rebus essencialiter distinctis. Et debet intelligi terminum esse aptum natum predicari de pluribus sc̄z in diuersis ppōnibus ꝛ non in eadem propositione. Unde tres sunt termini communes. quidaꝫ sunt qui actu habent plura suppositа vt homo. Alij sunt termini cōmunes qui actu non habent plura suppositа existentia sed per potentiam naturalem possunt habere plura suppositа vt rosa in hyeme non habet plura suppositа existentia. tamē alio tempore per potentiaꝫ naturalem habet plura suppositа. Alij sunt termini cōmunes qui actu non habent plura suppositа nec possunt habere per potentiam naturalem. tm̄ per potentiam supernaturalem ꝛ quantuꝫ ē ex se repugnat habere plura suppositа vt sol luna.

Sciendum est tercio q̄

hic consequenter Petrus hispanus exemplificat de signis vniuersalibus dicendo signa aūt vniuersalia sunt hec omnis nullus quilibet ꝛ sic de alijs. Sed q̄ signa sunt in multiplici differencia ideo ad maiorem eoꝝ noticiam habendam ponuntur aliqne diuisiones ipsoꝝ. Unde signoꝝ quedaꝫ sunt vlia vt omnis nullus. ꝛ quedam particularia. vt quidaꝫ ꝛ alter. Et conueniunt in hoc q̄ dicunt dispositionez subiecti in ordine ad predicatum. seu determinat intellectum ad capiendum terminum cōmunez cui addūtur in aliqua propositione. Sed differunt in hoc q̄ signuꝫ vniuersale determinat intellectum ad capiendum terminuꝫ cōmunē cui additur pro oīb suis suppositis copulatiue. Et signum particulare pro ommbus suis suppositis disiunctiue.

Signoꝝ vero vniuersaliuꝫ quedaꝫ sunt negatiua vt nullus nihil. et ista distribuunt terminum ꝛ reddunt ppositionez negatiuam ratione negationis inclusē in eis vt dicendo nullus hō

currit. Alia sunt affirmatiua vt omnis. Item signoꝝ vniuersalium distributiuoꝝ quedā sunt distributiua substātie. Alia sunt distributiua accidentis vt quātūlibet qualelibet. Item signorum distributiuoꝝ substātie quedā distribuūt pro partibus subiectiuis vt omnis. Alia p partibus integralibus vt totuꝫ capiendo totuꝫ sincathegoreumatice vt dicēdo totus sortes est minor sorte. qꝫ ibi fit distributio pro partibus integralibus sortis. Item signorum distributiuoꝝ pro partibus subiectiuis quedaꝫ distribuunt p duobus tm̄ vt vter ⁊ neuter qō accipit' etiam p pluribus. Item signoꝝ vniuersalium quedaꝫ includunt terminuꝫ sue distributionis ⁊ quedaꝫ non. Item signoꝝ vniuersalium quedam sunt absoluta ⁊ sunt illa que in sua significatione nō includunt relatiuuꝫ illius termini quez distribuunt sicut oēs ⁊ quilibet. Alia sunt que includūt relatiuum vt quicquid qō tm̄ valet sicut omne illud qō. ⁊ quicūqꝫ sicut omnis qui. ideo vocantur geminata. qꝫ in oratione in qua ponūtur requiritur duplex hbuꝫ. sicut in ista quicquid currit mouetur.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. Mēbra diuisionis ꝓpōnis cathegorice non sunt opposita. ergo diuisio nō est bona. Secundo arguitur sic. in illa ꝓpositōne cuiuslibet hominis asinus currit. ⁊ similiter neutrum oculum habendo tu potes videre. subicit' terminus cōis signo vl̄i determinatus. et tamē nō sunt vl̄es. gꝰ diffinitio ꝓpōnis vl̄is nō ē bona

Tertio arguitur sic. ista est vniuersalis Nihil est in bursa mea. ⁊ tamē in ea nō subicitur terminus cōis. sed tm̄mō signuꝫ vl̄e sez nihil. gꝰ ꝓtra diffinitionem. Quarto arguitur sic. omne vl̄e predicatur de multis. nullum signuꝫ predicatur de multis. gꝰ nullum signum est vl̄e.

Ad rationes Ad primaz

dicitur negando añs. ⁊ ad probationem dicitur q particularis formaliter non continetur in vl̄i ℣is bene materialiter ⁊ virtualiter. Ad secundaz dicitur q tales ꝓpōnes ex parte subiecti enūciationis sunt particulares vel singulares. sed ex parte subiecti distributionis sunt vniuersales. ideo ille nō sunt simplicis quantitatis qꝫ nō sunt simplicis subiecti. Ad tertiam conceditur maiorꝫ ⁊ distinguitur minor. vel expresse vl̄ equivalenter ⁊ subintellecte. primo concedit' minor secundo negatur. Ad quartam concedit' q nullum signum dicit' vl̄e in predicādo. sed bn̄ dicitur vniuersale in distribuēdo. et hoc sufficit ad hoc' q aliqua signa dicantur vl̄ia.

Propositio particularis est illa in qua subicitur terminꝰ cōmunis signo particulari determinatus. vt quidam homo currit. Signa particularia sūt hec quidam alter aliquis ⁊ similia

Propositio indefinita est illa in qua subicitur terminus communis sine signo vt hō currit.

Circa hunc textum notanduꝫ est primo. q post ℣ autor determinauit de ꝓpōne vniuersali que inter omnes ꝓpōnes habet perfectiorem qnantitatem: hic consequenter ponit diffinitionem propositionis particularis que clare patet in textu. In qua ponitur hoc relatiuum illa: referens genus diffiniti. Et ponitur i qua subicitur terminꝰ cōis: ad differentiaꝫ ꝓpōnis singularis. Ultimo ponitur signo particulari determinatꝰ. ad differentiaꝫ ꝓpōnis vl̄is ⁊ indefinite. Et sic tota diffinitio debet conformiter intelligi. sicut diffinitio ꝓpōnis vl̄is. sic q ibi requiritur q ibi sit terminus cōis cōmuniter tentus signo particulari determinatus aut aliquo alio equivalente non impedito per negationem aut per aliquid aliud.

Unde ꝓpositio nō dicitur particularis eo q subiectum supponat pro vna suarum partium subiectiuarum precise. qꝫ in ꝓpōne particulari subiectum supponit disiunctiue pro omnibꝰ suis suppositis. Sed ōr particularis qꝫ ad veritatez eius sufficit q predicatuꝫ illius ꝓpōnis vere predicetur de aliqua partium subiectiuarum. Unō terminus cōmunis quantuꝫ est de se non habet maiorem determinationem ad standum pro omnibus suis suppositis copulatiue ℣ pro aliquibus vel pro omnibus disiunctiue. ideo ad limitandum intellectum ad hoc q capiat ipsum pro omnibus vel pro aliquibus suis suppositis conuenientissima est talis dispositio signorum.

Sciendum est secundo q

hic consequenter autor determinat de ꝓpōne indefinita ponendo eius diffinitionem que talis ē

Propositio indefinita est illa in qua subicit' terminus cōmunis sine signo vt homo currit. Et ōr indefinita. qꝫ terminus cōmunis sumptus sine signo non determinatur ad aliquaꝫ suppositionem. potest enim aliqn̄ supponere simpliciter. et aliquando personaliter vel materialiter vt hō ē species. homo est animal. vl̄ homo est dictio dissillaba. Uel dicitur indefinita ab aliquibus non quia determinate ⁊ finite quantitatis non sit. qꝫ omnis ꝓpō est finite ⁊ determinate quantitatis. sed dicitur indefinita qꝫ subiectum eius non determinatur per aliqō signum vl̄e vel particulare Et ita licet subiectum teneatur determinate pro

aliquo quantum ad verificationem locutionis tamen tenetur indeterminate quantuz ad modū enunciandi. eo q̄ non determinatur per aliquod signum vniuersale vel particulare. Et diffinitio eius debet conformiter intelligi sicut diffinitio p̄positionis particularis hoc modo. Propositio indefinita est illa in qua subicitur termin⁹ cōis cōmuniter tentus sine signo quantificante aut aliquo alio sibi equiualente. Unde signuz quantificans est signum reddens ꝓpōnem quantam. sicut sunt signa iam prius dicta puta omnis et nullus. Sed signum non quantificans est signū qđ non reddit ꝓpōnem quantam sicut sunt signa exclusiua. vt tm̄ z solus. Ex quo patere potest q̄ hec ē indefinita solus homo currit. tm̄ homo currit. Et est notanduz q̄ scōm aliquos tales ꝓpōnes homo est species. animal est genus. z sic de alijs dicuntur singulares. q; tales termini significantes quiditates cōes significant eas scōm se z absolute vt abstrahūt ab omnib⁹ suis singularibus z permodū vnius rei. ideo ab ipis dicuntur esse singulares. Tamen ab alijs dicūtur esse indefinite. q; res significata est cōmunicabilis multis indiuiduis z plurificabilis ipsis ideo in illis ꝓpōnibus subicitur terminus cōis sine signo. g⁹ debent dici indefinite. Insup est aduertenduz q̄ ista ꝓpō homo qui est sortes currit. non est indefinita sed singularis. Et licet ibi ponatur terminus cōmunis sine signo. tamē restringitur per illam implicationem qui est sortes ad standum p̄o determinato suppposito.

Et si arguatur homo significat omnia sua suppposita. ergo sequitur q̄ non potest restringi ad standuz p̄o aliquo determinato suppposito. ꝺ̄ñ patet. q; dictio non potest cadere a sua impositione. g⁹ non potest restringi. Rñdetur q̄ licet terminus cōmunis non possit restringi quoad significationem. tamen potest restringi quoad locutionis verificationez. Unde aliud est significare supponere z reddere locutionez veram vt videbitur inferius.

Sciendum est tertio q̄ circa predicta mouetur istud dubium Utrū hec ꝓpositio Ens qđ est sortes currit sit indefinita vl singularis. Et videtur primo q̄ nō sit singularis q; nulli termino singulari cōuenienter additur signum vniuersale. Sed huic ꝯplexo ens qđ est sortes ꝯuenienter additur signum vle. vt dicendo omne ens qđ est sortes currit. vel nullus ens qđ est sortes currit. g⁹ in illa non subicitur terminus singularis. igitur. Item hec est vniuersalis. nullum currens est ens qđ est sortes. sed omnis talis cōuertitur simpliciter. z non in aliam q̄ in istam nullus ens qđ est sortes currit. z sic illa nō est singularis sed vlis. minor patet per Aristotelem p⁹ primuz qui dicit q̄ omnis vlis negatiua conuertitur in vniuersalem negatiuam. In oppositum arguitur. Illa ꝓpō est singularis in qua subicitur terminus discretus discrete tētus z vniuoce. sed in ista ens qđ est sortes subicitur terminus discretus discrete z vniuoce tētus. g⁹ est singularis. Minor patet. q; hoc totuz ens qđ est sortes nō potest predicari de pluribus vere z affirmatiue. igitur est terminus singularis. ꝺ̄ñ patet per locum a diffinitione ad diffinituz.

Pro responsione ad quesitum aduertendū est q̄ de hac materia sunt due opiniones. Quarum prima est q̄ talis ꝓpō ens qđ est sortes currit. est indefinita. et q̄ ibi subicitur terminus cōmunis vel saltem pars principalis illius est termin⁹ cōmunis z hoc sufficit. Et ad rationez in oppositū rñdetur negando ꝺ̄ñam. sed debet sic intelligi q̄ hoc totum ens qđ est sortes currit ex mō sue significationis principaliter sibi conuenientis. vel quoad suuz significatuz magis principale non potest predicari de pluribus z hoc est falsum. q; ens est pincipalior pars illius subiecti. z potest predicari de pluribus. g⁹ sufficit ad hoc q̄ totale subiectuz sit termin⁹ cōis. z q̄ ꝓpō dicat indefinita. Sed hoc non valet. q; pari rōne diceret q̄ hec ꝓpō iste homo currit esset indefinita qđ ē falsum. q; ex modo sue significationis sibi principaliter conuenientis potest predicari de pluribus. ideo sicut in ista homo restringitur p istud pronomen demonstratiuuz iste. sic similiter ens restringit per hāc implicationē scz qđ est sortes.

Alia igit est opinio verior q̄ talis ꝓpō est singularis eo q̄ totali subiecto repugnat p̄o pluribus accipi vniuoce. Et ad rationes ante oppositum. Ad primaz distinguitur maior. vel termino singulari incōplexo. z sic conceditur maior. vel complexo cuiusmodi ē ens qđ est sortes. z sic negatur. Ad aliam dicitur q̄ non omnis vlis negatiua conuertitur simpliciter. sed solum illa q̄ est de predicato cōmuni cuiusmodi non est ista nullum currens est ens quod est sortes.

Sed contra predicta arguitur primo sic. hec est particularis nō omnis homo currit. z tamen non subicitur termin⁹ cōmunis signo particulari determinatus. g⁹ ꝺ̄ra diffinitionē ꝓpōnis particularis. Secundo arguitur sic. Cōmunius non potest determinare minus cōmune. sed signum particulare est communius z minus determinatuz q̄ sit termin⁹ cōmunis. q; potest applicari cuilibet termino communi. g⁹ non potest determinare terminuz cōmunem. Tertio arguitur sic. hec est indefinita Solus sortes est dictio dissillaba. q; sortes ibi tenetur p̄o illa voce z p̄o alijs sibi similibus. et tamen in ea nō subicitur terminus cōis. g⁹ ꝺ̄ra diffinitionem. Quarto arguitur sic. hec est indefinita solus homo currit. z tm̄ ibi nō ponitur

terminus cõis sine signo. g̃ diffinitio nõ ẽ bona

Ad rationes. Ad primã dicitur q̃ Quis in illa non subiciatur terminus cõmunis signo particulari ỗterminatus formaliter. tamen bene virtualiter ratione negationis remouentis ỗtntem signi vniuersalis. Ad secundam dicitur q̃ licet signum particulare indifferenter possit addi cuilibet termino cõmuni. tamen quandocũq; sibi additur facit ipsum teneri pro suis suppositis disiunctiue. ꝛ sic determinat ipsum ad standum pro aliquibus. Ad tertiam dicitur q̃ si sumatur sortes materialiter ꝛ non significatiue tunc reddit ppõnẽ indefinitam large capiendo ppõnem. Ad quartã dicitur q̃ licet in ea sit signum exclusiuum non tñ est signum vniuersale vel particulare disponẽs subiectum vniuersaliter vel particulariter. et de isto solum est hic ad propositum.

Propositio singularis est illa in qua subicitur terminus discretus vel terminus communis cum pronomine demonstratiuo vt sortes currit. vel ille hõ currit. Terminus singularis vel discretus est qui aptus natus est predicari de vno solo. vt sortes de seipso.

Circa hunc textum notandum est primo q̃ post q̃ determinatum est de ppõne vlr particulari et indefinita. hic cõsequenter autor determinat de ppõne singulari. Ratio ordinis est. q̃ in predictis subicitur terminus cõmunis cõmuniter tentus qui semper potest teneri pro multꝭ. in singulari ỹo subicitur terminus discretus. vel terminus cõis cum pronomine demonstratiuo. vel terminus cõis singulariter acceptus qui nõ potest teneri vniuoce pro pluribus. ideo in illis tribus perfectior est quantitas subiecti ratõne cuius inter has ppõnes vltimo determinat de singulari ipsam sic diffiniens. Propositio singularis est illa in qua subicitur terminus discretus discrete tentus. vel terminus cõmunis sumptus cum pronomine demonstratiuo primitiue speciei. ꝛ nõ derivatiue vt sortes currit vel ille homo scribit

Et dicitur ppõ singularis q̃ subiectum eius tenetur pro vno supposito tñ sic q̃ sibi repugnat teneri pro pluribus. Ex quo patet q̃ non dicitur singularis quiditatiue. eo q̃ sit vna res singularis q̃ sic omnis ppõ esset singularis. Sed dicit singularis denominatiue. q̃ scz subiectum tenet pro vno singulari. Et notanter dicitur cũ pronomine demonstratiuo primitiue speciei. q̃ si tale pronomen demonstratiuũ esset derivatiue speciei. ppõ non essꝫ singularis sed indefinita. sicut est ista meus equus est albus. Et ratio huius est q̃ pronomen demonstratiuum primitiue speciei demonstrat aliquod certum ꝛ determinatuꝫ suppositum termini cõis cui adiungitur ꝛ facit ipm teneri ꝓcise pro vno ỗtermiato supposito ỗmõstrato. Sed pronomen demõstratiuũ derivatiue speciei non demonstrat precise aliquod determinatum suppositum termini cõis cui adiungitur. sꝫ relinquit ipsum indifferenter ad plura supposita

Et vt cõmuniter dicit. ppõ quadrupliciter potest dici singularis. Primo q̃ in ipa subicitur terminus discretus vt sortes currit. Secundo q̃ in ea subicitur terminus cõmunis sumptus cum pronomine demõstratiuo primitiue speciei. vt in ista iste homo currit. Tertio quando in ea terminꝰ cõis subicitur habens suppositionem simplicem vt homo est species. Quarto quando subicitur aliquod dictum q̃ solum supponit pro vno singulari dicto. vt hominẽ currere ẽ possibile. illud dictum hominem currere accipitur pro seipso et est sensus. hec ppõ homo currit est possibilis.

Scienduꝫ est secundo q̃ consequenter Petrus hiſ. ad declarationem diffinitionis ppõnis singularis diffinit terminum discretum sic. Terminus discretus est qui aptus natus est predicari de vno solo scz de seipso vt sortes est sortes. Que diffinitio debet sic intelligi. Terminus discretus est terminus cui ex ratione sua repugnat predicari de pluribus vere affirmatiue ꝛ vniuoce mediãte copula de presenti non ampliata. Et dicitur vniuoce q̃ potest ꝑdicari de pluribus equiuoce. Dicitur etiam vere ꝛ affirmatiue. q̃ potest predicari negatiue ỗ pluribus et etiaꝫ false. Et dicitur mediante copula de presenti non ampliata. q̃ potest predicari de pluribus mediante copula ampliata. Et rõ quare non potest predicari de pluribus est ista. quia habet significatum incõmunicabile distinctum ab aliis. sed q̃ ỗ est incõmunicabile nõ conuenit multis actu vel aptitudine et sic non potest dici de multis. q̃ dici de presupponit esse in. Et si queratur vtrum ppõnes sint singulares in quibus ponuntur pronomina demonstratiua tanq̃ subiecta vt iste currit. ego curro. Ad hoc rñdet q̃ pronomen sine demonstratione ꝛ sine relatione acceptum est indeterminatum. sed cum demõstratione finitatur ꝛ tenetur pro re demonstrata ideo de virtute rerum demonstratarum pro quibus pronomina ponuntur ipsa possunt supponere non tamen de virtute propria. et sic si talia sint primitiue speciei reddunt propositiones singularem et non alias.

Sciendum est tertio q circa predicta mouentur aliqua dubia. Primū est vtrum pronomen cum termino cōi positum a parte subiecti sit pars subiecti. Rñdet q non sed est quidam actus sincathegoreumatic⁹ limitans intellectum ad hoc q capiat talem terminū cōmunem pro vno singulari. Sicut patet de alijs signis que non sunt partes subiecti. Secundo dubitatur cuius quantitatis sit ista. Iste hō vel asinus currit. et etiam ista sortes vel asinus currit. Ad primam partem rñdetur per distinctionem. q vel hoc pronomen iste cadit supra totū subiectum z tunc facit totam ppōnem singularem Si ho cadat precise supra primam partem. tunc dicitur q illa non est vn⁹ simplicis quātitat eo q est de subiecto cōplexo. et tunc quoad primam partem diceretur singularis. z quoad secundam diceretur indefinita. et sic quādocūq; ppō est de subiecto cōplexo nisi eodem modo teneatur respectu copule totale subiectum. z vna pars non est sicut alia ppō non est alicuius vnius quātitatis. Et si arguatur omnis ppō categorica ē vniuersalis particularis indefinita vel singularis. g⁹ ipsa est alicuius determinate quantitatis Ad hoc rñdetur q omnes ppōnes categorice de simplici subiecto sunt vles particulares indefinite vel singulares. sed non oportet q quelibet ppō cathegorica de subiecto cōplexo sit alicui⁹ determinate quantitatis. Vel dicitur q illa debet dici principaliter illius quantitatis cuius subiectum enunciationis respectu copule accipitur sic q si subiectum teneatur vniuersaliter debet dici vniuersalis. si particulariter debet dici particularis. z sic de alijs similibus.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. hec est singularis omnes apli dei sunt duodecim. z tamen non subicitur in ea terminus discretus. vel terminus cōis sumptus cum pronomine demonstratiuo. g⁹ contra diffinitionem ppōnis singularis. Secundo arguitur sic. In ista ppōne totus sortes est albus. subicitur terminus discretus z tamē non est singularis. q equiualet isti quelibet pars sortis est alba. ergo diffinitio conuenit alijs a diffinito.

Tertio arguitur sic. Nullum indeterminatum contrahit terminum cōmunem ad standum pro vno singulari supposito. sed pronomen demonstratiuum est indeterminatum. q significat substātiam infinitam z indeterminatam. g⁹ illa ppositio non est singularis in qua subicitur terminus cōmunis cum pronomine demonstratiuo. Quarto arguitur sic. Terminus singularis predicat de plurib⁹. g⁹ cōtra diffinitionē termini singlar

Ad rationes. Ad primā dicitur q si in ista omnes apostoli dei sunt duodecim. ly oēs sumatur collectiue tunc est vera et singularis. Et licet ibi subiectū teneatur pro pluribus: tñ illa plura capiuntur vt collecta et per modum vnius discreti. z sic ibi est terminus singularis. Si vero ly omnes teneatur distributiue tunc est vlis z falsa. Ad secundam dicitur si totum capiatur cathegoreumatice tunc est singularis. z est sensus sortes habens partes est alb⁹. Si ho teneatur sincathegoreumatice tunc distribuit pro partibus integralib⁹ et ideo illa ē vlis z tñ valet sicut quelibet pars sortis est alba.

Ad tertiam dicitur q pronomen cōsideratum sēm suos modos significandi essentiales est indeterminatum. nec potest vt sic contrahere terminum cōmunem. Sz ipsum cōsideratum sub suis modis significandi accidentalibus scilz sub demonstratione z relatione potest cōtrahere terminum cōmunem cui additur ad standum pro vno supposito determinato. Ad quartam dicit q licet terminus singularis predicetur de plurib⁹ hoc tñ non est vnuoce vere z affirmatiue.

Item propositionum categoricarum alia est affirmatiua alia negatiua. Affirmatiua est illa in qua predicatum affirmatur de subiecto vt homo currit Negatiua est illa in qua predicatum negatur de subiecto. vt homo nō currit. Diuisa propositione tripliciter sciendum est q triplex est quesitiuum per quod querimus de ipsa ppositione. scz que qualis z quanta. Que querit de substantia propositionis. ideo ad questionē factam per que respondendum ē cathegorica vel ypothetica. Qualis querit ō qualitate propositionis. ideo ad questionem factam per qualis respondendum est affirmatiua vel negatiua. Quanta querit de quanti

tate. ideo ad interrogationem factam per quanta respondendum est. vniuersalis vl' particularis vel indefinita vel singularis. vñ versus. Que ca. vel yp. qualis ne. vel af. v. quanta par in. fin.

Circa hunc textum notandū est primo q̄ in hac parte ponitur diuisio propositionis penes eius qualitatem. Et est qualitas propositionis affirmatio vel negatio compositionis extremorum. Unde sicut quantitas ꝓpōnis se tenet ex parte subiecti. ita qualitas que est affirmatio vel negatio se tenet ex parte compositionis extremorum vel copule. Et diuisio talis est. Propositionum cathegoricarum alia est affirmatiua z alia est negatiua. Cuius diuisionis ratio est. quia in omni ꝓpōne cathegorica aut copula est affirmata vel negata. si primum sic est affirmatiua. si secundū sic est ꝓpō negatiua. Unde ꝓpositio affirmatiua est illa in qua predicatus affirmatur de subiecto. i. res importata per predicatum denotatur inesse rei significate per subiectum. Sed ꝓpositio negatiua est illa in qua predicatus remouetur a subiecto. i. res importata per predicatum denotatur remoueri a re significata per subiectum. Alij tamen dicunt q̄ in ꝓpōne affirmatiua predicatum componitur cum subiecto. et in negatiua predicatum remouetur a subiecto. Pro quo est aduertendum q̄ cōpositio predicati cuz subiecto est duplex. quedam est scōm modū enūciandi tm̄. et ista reperitur in omni propositione affirmatiua siue vera sit siue falsa. Alia est compositio scōm rem z modum enunciandi simul. et ista reperitur i affirmatiuis veris tm̄. Similiter duplex est remotio predicati a subiecto. Una est scōm modum enunciandi tm̄. et ista reperitur in negatiuis siue veris siue falsis. Alia est remotō scōm rem z modum enunciandi simul. z ista tm̄ reperitur in negatiuis veris. vt in istis homo nō est lapis. hō non est asinus. Unde affirmatio z negatio possunt dupliciter capi. Uno mō formaliter scz pro cōpositione affirmata vel negata. et sic sunt differentie ꝓpōnis. et sic hoc mō diffinitūr. Affirmatio est quedam compositio intellectus cōponentis predicatum cum subiecto. vbi denotatur rem importatam per predicatum conuenire rei importate per subiectum. Et negatio est quedaz diuisio intellectus in qua denotatur predicatum separari a subiecto. siue rez importatā per predicatum remoueri a re importata per subiectum. Alio modo capiuntur affirmatio z negatio pro denominatis scz ꝓ oratione affirmatiua z negatiua. Et hoc modo sunt species enunciationis. Et capiendo isto modo affirmationem z negationem est diuisio generis in suas species. Sed capiendo primo mō est diuisio penes qualitatem que principaliter respicit predicatuz quod habet rationem forme. Uel est diuisio per differentias essentiales ꝓpōnis.

Et si obiciatur membra istius diuisionis excedunt diuisum. ergo diuisio est mala. añs patet. quia aliqua est propositio affirmatiua vel negatiua que non est cathegorica. cum affirmatio et negatio reperiuntur in ypotheticis. Ad hoc dicitur q̄ affirmatio z negatio possunt capi dupliciter. Uno mō pro cōpositione affirmata vel negata predicati cum subiecto tm̄. z isto mō negatur añs cum sua probatione. Alio mō capiuntur affirmatio z negatio pro cōpositione affirmata vl negata predicati cum subiecto. vel inter duas ꝓpositiones. et isto mō non capiuntur in predicta diuisiōe. z bene reperiunt hoc mō in ypothetic'.

Sciendus est secundo q̄ consequenter Petrus hisp. ostendit q̄ positis tribus diuisionibus ꝓpōnis. Una in cathegoricaz z ypotheticam. que diuisio est penes eius substātiam. Alia in vniuersalem particularez indefinitam z singularem. que diuisio vocatur penes eī quantitatem. Alia in affirmatiuam z negatiuaz que vocatur diuisio penes eius qualitatem. Sic etiam sunt tria questiua propria illis tribus diuisionibus correspondentia. sic q̄ vnum querit de prima diuisione precise. aliud de secūda. z reliquum de tertia. Et sunt ista. que. qualis. z quā ta. Unde que querit ō prima diuisione. Et ad talem questionem est respondendum cathegorica vel ypothetica. Qualis querit ō qualitate. et ad talem questionem respondendum ē affirmatiua vel negatiua. Quanta querit de quātitate. et ad talem questionem respondendum est vl' is particularis indefinita vel singularis. vñ v'sus. Que ca vel yp. qualis ne vel af. v. quanta par. in. fin. Cuius expositio patet in textu. Et debet intelligi q̄ tm̄ sunt tria questiua propria correspondētia tribus diuisionibus predictis sic q̄ vnū questiuum est appropriatum vni diuisioni ita q̄ nō alteri. Et q̄uis sint multa alia questiua de propositione. vt an vtrum z sic de alijs. tamen illa non sunt propria. sed indifferenter querunt de substantia qualitate z quantitate.

Sciendum est tertio q̄ substantia capitur dupliciter. Uno modo propꝛie vt est ens per se. z isto modo nō capitur hic Alio mō capitur generaliter z transumptiue pro omni illo quod habet modū substantie siue pro entitate rei. Licet enim albedo sit accidens. ꝓ ōt

tamen fieri questio de ipsa vt sumitur per modū substantie. Similiter cum dicitur q quanta querit de quantitate. non accipitur quantitas p parte scz pro magnitudine rei. sed capitur pro illo quod habet modum quantitatis. Similiter affirmatio z negatio non sunt qualitates accidē tales propositionis affirmative vel negative. qz non aduenunt sibi post suum esse completum. sed sunt qualitates essentiales ipsius. habēt tamen modum accidentis respectu ppōnis in cōi cuius sunt differentie diuisiue.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. Ista est cathegorica quodlibet est vel non est. z tamen non est affirmatiua neqz negatiua. quia vnum membruz affirmatur z aliud negatur. ergo predicta diuisio est insufficiēs

Secundo arguitur sic. Diffinitio ppōnis negatiue conuenit alijs a diffinito igitur non ē bona. añs patet de ista ppōne homo qui nō currit mouetur que est affirmatiua z predicatum negatur de subiecto. igitur zc. Tertio arguitur sic. Nulla differentia est species. sed affirmatio z negatio sunt differentie ppōnis. ergo non sunt species propositionis cathegorice. Quarto arguitur sic. Unius questiui est tm vnuz respōsiuum. ergo questioni facte per quanta non debent respōderi hec q̄tuor. s. vtis particularis indefinita vel singularis.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q si illa coniunctio vel. copulet inter propositiones sic non est cathegorica sed ypothetica disiunctiua z affirmatiua. Si vero illa cōiunctio vel copulet inter terminos sic est cathegorica affirmatiua. qz principalis copula non negatur z est sensus qlibet est ens vel non ens. Ad secundam dicatur q licet predicatum minꝰ principale negetur de subiecto: tamen predicatum magis principale affirmatur de subiecto. nec negatio fertur supra verbum principale. Ad tertiam dicitur concedendo añs inquantuz huiusmodi: hoc est sub illa ratione qua est differentia tamē propter defectum nominis impositi ad significandum eodez nomine nominantur species z differentia licet diuersis rationibus formalibꝰ

Ad quartam dicitur q vnius questiui ē vnū respōsiuum adequatum z proprium: tamē possunt esse plura particularia respōsiua nō adeq̄ta cuiusmodi est in proposito.

Item propositionū cathegoricarum quedaz participant vtroqz termino vt homo ē animal. homo nō est animal. Alie participāt vno tm̄. vt homo currit. homo disputat. Alie vo nullo. vt plato disputat. equus mouetur

Item propositionum participantium vtroqz termino. Alie participant sm eundez ordinē vt homo currit. hō non currit. Alie vero ordine conuerso. vt homo est animal. animal est hō

Item propositionuz vtroqz termino participantium sm eūdem ordinem. alie sunt contrarie. alie subcontrarie. alie contradictorie. alie subalterne.

Circa hunc textū notandum est primo q post q autor determinauit de ppōne scōm se z quantum ad eius principia. hic consequenter incipit determinare de passionibus eius scz de legibus oppositione conuersione z equipollētia. Et ante hoc faciat premittit aliquas diuisiones quarum prima est. Propositionum cathegoricarum quedam participant vtroqz termino. alie vero vno tm̄. alie autem nullo. i. ppōnum cathegoricarum quedam conueniunt vtroqz termino. quedam altero tm̄. z quedam in nullo. Exemplum primi. vt omis hō est animal. nullus homo ē animal Exemplum secundi. vt omnis hō ē animal. nullꝰ homo ē asinus. Exemplum tercij. vt omnis hō est animal. nullus asinus ē lapis. Unde istud verbum participare capitur tripliciter. qz vnoꝰ participare idem est q diuidere siue partem rei capere. sicut quando duo fratres diuidunt sua bona dicuntur illa participare. Secundo modo capitur prout idem ē q participati rationem suscipere. et sic capitur ab Aristotele quarto thopicorum. quando dicitur q species participat genus. z non econuerso. Et istis duobus modis ñ capitur hic. Tertio mō capitur prout idem est q conuenire z sic capitur hic. qz tm̄ valet dicere. p positiones vtroqz termino participantes sicut ppōnes cathegorice vtroqz termino conuenientes. Unde ppōnes cathegorice dicuntur vtroqz termino conuenientes quando sic se habent q quilibet terminus vnius ē similis cuilibet termino alterius ppōnis. Et capitur hic terminus pro extremo ppōnis scz p subiecto vel predicato

sicut homo currit.homo non currit. Et ppones dicuntur conuenientes altero termino tm quando vnus terminus vnius ẽ similis vno termino alterius.z alter terminus est dissimilis altero termino vt homo currit.homo ambulat. Sed ille ppones dicũtur nullo termino participare quarum nullus terminus vnius est similis alicui termino alterius. Alia est diuisio ppõnis z ẽ ista Propositionum vtroq3 termino participantiu3 quedam participant vtroq3 termino scõm eundem ordinem. alie vero ordine conuerso. Unde ppones participantes vtroq3 termino scõm eundem ordinem sunt quarum subiectum vnius est simile subiecto alterius.z predicatum vnius sile predicato alterius.vt homo ẽ animal. homo nõ est animal.Sed ppones participates vtroq3 termino ordine conuerso sunt quarum subiectum vnius est simile predicato alterius. z predicatu3 vnius subiecto alterius.vt homo ẽ animal.a3al est homo. Tertia diuisio est ista.Propositionum cathegoricarum vtroq3 termino participãtium scõm eundem ordinem quedam opponuntur contrarie.alie subcontrarie. alie contradictorie z alie subalterne.

Sciendum est secundo

q oppositio capitur dupliciter.Uno mõ pro repugnantia reali que est inter duas res non pacientes se simul in eodez subiecto. z isto modo nõ capitur hic.Alio mõ capitur pro oppositione logicali que vocatur oppositio terminoz vel propositionum.Et capitur hic pro oppositione ppositionum que vocatur repugnantia duaru3 propositionum eiusdem subiecti z predicati in qualitate tm vel quantitate tm vel in vtroq3. Et nõ capitur pro oppositione terminorum que est repugnantia duorum terminorum non potentiu3 simul z semel dici de eodem subiecto singulariter z vniuoce tento. Unde oppositio ppõnu3 est dupler.Una est propositionum que constituuntur ex terminis oppositis. et sic ille dicuntur opposite quaru3 predicata opposita enunciãtur affirmatiue de eodem subiecto singulari. vel de subiecto cõmuni vniuersaliter tento. vt sortes ẽ albus.sortes est niger.vel omnis homo est alb9 omnis homo est niger. Et de tali oppositione n̄ est hic ad propositum.Alia est oppositio ppositionum cathegoricarum que ẽ repugnantia duarum ppositionu3 vtroq3 termino participantiũ scõm eundem ordinez in qualitate tm vel in quãtitate tm. vel in vtroq3 simul. et de ista est hic ad propositum.

Sciendum est tertio q

harum quatuoz specierum oppositionis ppositionu3 sic habetur sufficientia.Quia vel ppositiones opponuntur in qualitate z quantitate sil vel in altero tm̄.Si primum sic sunt contradictorie.Si secundu3 hoc est dupliciter. aut opponũtur in quãtitate tm̄.z sic sunt subalterne.Aut in qualitate tm̄.et hoc dupliciter.qz vel ambe sunt vniuersales.z sic sunt contrarie. vel ambe particulares.z sic sunt subcontrarie. Unde aduertendum est q non solum ad oppositionez requiritur ydemtitas terminoz scõm vocem:imo etiã scõz rez. Nec sufficit acceptio sinonimoz imo requiritur acceptio eiusdez nominis.Et ideo dicit Aristoteles primo peryarmenias q ad oppositionem requiruntur conditiones requisite ad verum elencum. Sed dubitatur vtrum cuilibz affirmationi sit negatio opposita.Ad hoc respõdetur q sic.qz quicquid contingit affirmare contingit z negare.ergo cuilibz affirmationi erit negatio opposita. Ulterius dubitatur vtrum tm̄ vnum vni opponatur. Ad hoc dicitur q tm̄ vnum vni opponitur oppositione completa que est contradictio.quia eodem modo debet negatio negare quomodo affirmatio affirmat. sed affirmatio affirmat vniuersaliter vl particulariter ergo negatio debet negare oppositio modo.qz si affirmatio affirmat vniuersaliter:negatio negat particulariter.Et ista oppositio ẽ perfectissima.qz est tam in qualitate q in quantitate.veritate z falsitate z non in alijs.Uel dicitur q eadẽ specie oppositionis tm̄ vnum vni opponitur:sz diuersis speciebus oppositionis pluribus opponitur.

Sed contra predicta ar

guitur primo sic. Diuersarum ppõnum diuersi sunt ordines. sed omnes ppones sunt diuerse. ergo nulle sunt ppones participates vtroq3 termino scõm eundem ordinem. Secundo arguitur sic. Omnes ppones conueniunt in copula. ergo omnes ppones cõueniunt in aliquo termino.z per consequens male dicitur q quedaz in nullo conueniunt. Tertio arguitur contra3 secundam diuisionem sic. Ordo ppõnis causatur ex ordinatione suoꝝ terminoz scilz subiecti z predicati.sed in omnibus ẽ similis ordo qz subiectum semper precedit predicatum.g9 nulle propositiones participant ordine conuerso. Quarto arguitur sic.De oppositione determinatur in predicamentis.ergo hic de ea non debz determinari. Quinto arguitur sic.Omnes ppones cathegorice conueniunt in ratione ppõnis.g9 male dicitur q quedã conueniunt in vno termino tm̄.

Ad rationes. Ad primã

dicitur q licet in diuersis ppõnibus sint diuersi ordines scõm numerum non tamẽ scõm speciez

Ad secundam dicitur q copula in propositionẽ est terminus ppõnis cum non sit extremus3 propositionis nec p se terminet materialiter ppõnẽ

quia hoc conuenit tm̃ subiecto ꝛ predicato.

Ad tertiam dicitur ꝙ licet subiectum semper preponitur predicato: tamē illud qđ est subiectū vnius potest esse predicatum alterius ꝛ econuerso. ꝛ sic poterunt participare ordine conuerso.

Ad quartam dicitur ꝙ licet in predicamētis determinetur de oppositione rerum vel terminorum: non tamē de oppositione ꝓpōnum. Ad quintam dicitur ꝙ hoc signum exclusiuum tm̃ non facit exclusionem respectu conuenientie in cōmuni: sed solum facit exclusionē respectu terminorum. sic ꝙ alique ꝓpōnes conueniunt in vno termino tm̃. ꝛ alique in vtroq; ꝛ sic de alijs

Contrarie sunt vniuersalis affirmatiua ꝛ vniuersalis negatiua eiusdem subiecti ꝛ eiusdē predicati. vt omnis homo currit. nullus homo currit. Subcontrarie sunt particularis affirmatiua ꝛ particularis negatiua eiusdem subiecti ꝛ eiusdē predicati. vt quidam homo currit. quidam homo non currit.

Circa hunc textum notandum est primo ꝙ in ista parte autor determinat de ꝓpōnibus cōtrarijs quarū diffinitio patet in textu. Pro quo est aduertendum ꝙ ad hoc ꝙ alique ꝓpōnes sint contrarie tres conditiones requiruntur. Prima est ꝙ ambe sint vniuersales vtroq; termino participantes sēm eundem ordinem. Secunda est ꝙ quilibet terminus non distribuꝰ in vna distribuatur in alia. Et propter defectum istius conditionis iste non sunt contrarie. omnis hō ē animal. omnis homo animal non est. Tertia conditio est ꝙ vna sit affirmatiua ꝛ alia sit negatiua. ꝛ ꝙ termini teneantur vniuoce. eque ample ꝛ eque restricte. ꝛ eodē modo appellate in vna sicut in alia. Defectu cuius iste nō sunt contrarie omnis homo currit. nullus homo currit. quia i prima homo stat pro viris ꝛ mulieribus. ꝛ in secunda stat pro viris tm̃. Sed contraria istiꝰ ois homo currit est ista. omnis homo non currit. Et contraria istius nullus homo currit est ista quilibet homo currit.

Sciendum est secundo ꝙ ad hoc ꝙ alique ꝓpositiones dicantur subcōtrarie tres conditiones requiruntur. Prima ē ꝙ ambe sint particulares vel indefinite. qꝛ idem est iudicium de particularibus ꝛ indefinitis quo ad oppositōnes conuersiones ꝛ equipollencias

Secunda conditio est ꝙ sint diuerse qualitatis ita ꝙ vna sit affirmatiua ꝛ alia negatiua. Tertia conditio est ꝙ predicatum nō distributum in vna si sit distribuibile distribuatur in alia. Defectu cuius iste non sunt subcontrarie. quidam homo ē animal. quidam homo animal non ē. Etiam iste non sunt subcontrarie. homo omne animal est. homo nullum animal est. eo ꝙ predicatum in vtraq; tenetur vniuersaliter. qđ non debet fieri in subcontrarijs. qꝛ si in vna predicatum sit distributum non debet distribui in alia. Pro qꝛ est notandum ꝙ ꝓpōnum quedam sunt de modo loquendi consueto. alie sunt que dicūtur de modo loquēdi inconsueto. ꝛ sunt ille in quibus aliquando subiectum ponitur post predicatum et copulam. sicut in ista. omnem equum videt hō. et aliquando predicatum ponitur immediate añ copulam. Et dicuntur tales ꝓpōnes de modo loquendi inconsueto. qꝛ non sunt ita in vsu sicut alie. Et si queratur quare fit talis transmutatio terminorum. Respondetur ꝙ fit propter duas causas. Una est propter ornatum verborum qꝛ quandoq; facta tali transmutatione oratio ē magis ornata ꝙ ante. Secunda est ad habēdum alium modum suppositionis ꝛ ampliationis.

Et si queratur quare nō sunt alique ꝓpōnes subcontradictorie sicut ꝛ subcontrarie. Respondetur ꝙ in contradictorijs vna semper est particularis sub qua non potest sumi alia ꝓpō. quia sub particulari nihil est sumere. ideo non possūt esse alique subcontradictorie.

Sciendum est tertio ꝙ circa predicta mouentur aliqua dubia. Primum est vtrum iste sint contrarie. cuiuslibet hominis oculus est dexter. ꝛ nullius hominis oculus est dexter. Et videtur ꝙ sic qꝛ ambe sunt vniuersales eiusdem subiecti ꝛ eiusdem predicati quarum vna est affirmatiua ꝛ alia negatiua. igitur ꝛc.

In oppositum arguitur qꝛ prima non est vniuersalis. Etiam ipsis non conueniunt omnes cōditiones requisite ad hoc ꝙ alique ꝓpōnes sint contrarie. ergo non sunt contrarie. Ad hoc respondetur sēm quosdam ꝙ bene participant legem contrariarum: sed tamē non sunt contrarie Unde participare legem contrariarum est aliquas ꝓpōnes nō posse simul esse veras sed posse esse simul falsas. saltem in materia contingenti.

Aliter est dicendum ꝙ non sunt cōtrarie quia terminus non distributus in vna non est distributus in alia. gꝛ non sunt contrarie. patet ꝓña per legem contrariarum. Nec illa negatio dicitur cadere supra rectum vt patet resoluendo. qꝛ sic resolutur. vllius hominis asinus nō currit. Et si diceretur ꝙ similiter esset dicendum de ista nullus hō currit. ꝙ sensus esset vllꝰ homo nō currit

et q negatio non caderet supra subiectum. Dico q subiectum non distribuitur ratione negatiõis cum negatio nõ cadat supra ipsum sed distribuit ratiõe signi vlis inclusi in illo signo nullus. qõ quidẽ signum vle nõ ponitur in alia. s. in illa nullius hois asinus currit qz nõ distribuit rectum sed bene distribuit obliquum modo ad distributionem obliqui non sequitur distributio recti. ex quo patet q non est simile de ista nullus hõ currit. Ex quo sequitur q ille predicte ppões non contrariantur. qz eis deficit vna conditio requisita ad hoc q alique ppões sint contrarie. s. q terminus nõ distributus in vna distribuatur in alia. Dubitatur vlterius que res sit oppositio cõtraria logicalis. z vtrum sit circumscripto omni opere intellectus. Ad primam partem dubij respondetur q oppositio contraria logicalis est respectus rationis causatus per actum aparatiuum intellectus aparantis duas ppões vles adinuicem eiusdem subiecti z eiusdem predicati penes cõtrarium modum enunciandi idez predicatum de eodem subiecto. Et ad secundã partem dicitur q talis oppositio non habet esse circũscripto opere intellectus. qz negatio hois de homine non habet esse circũscripto opere intellectus. Sed habet solum esse per operationez intellectus nostri. Et habet esse in subiecto intentionali puta in ppõne. Sed oppositio rerum est ens reale z relatio realis que habet esse in subiecto reali z non intentionali.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. Iste ppões sunt cõtrarie. ois homo est sortes. z nullus homo ẽ sortes. z tamẽ terminus non distributus in vna nõ distribuit in alia. g9 secunda conditio non est bene posita

Secundo arguitur. Contraria sunt forme actiue z passiue inter se. sed ppões non sunt actiue z passiue inter se. ergo non sunt contrarie.

Tertio arguitur. Iste sunt vles omnis homo currit. nullus homo currit. vtroq termino participantes scõm eundem ordinem. quaz vna est affirmatiua z alia negatiua. z tamen nõ sunt cõtrarie. g9 male diffiniuntur ppões contrarie.

Quarto arguitur sic. Propositiones que se cõpatiuntur in veritate non oppponuntur. qz non habent repugnantiam. sed subcontrarie se compatiuntur in veritate. g9 non sunt opposite.

Ad rationes. Ad primã negatur consequentia. qz in illa conditione debz intelligi si sit terminus distributibilis cuiusmodi non est in predictis. Ad secundam dicitur q licet contraria incõplexa sint forme actiue et passiue adinuicem: non tamen contraria complexa logicalia q̃uis repugnent ad hoc qõ ẽ esse simul vera. Ad tertiaz dicitur negando cõsequentiam. quia q̃uis sint participantes vtroqz termino: tamen non sunt opposite aliqua predictarum oppositionuz cum ipsis non conueniant conditiones requisite ad hoc q sint oppposite. nam in illis terminꝰ non tenẽtur eque ample z eque restricte. Ad quartam dicitur q licet subcontrarie non repugnent in veritate: repugnant tamẽ in falsitate z qualitate. z hoc sufficit ad hoc q sint opposite.

Contradictorie sunt vniuersalis affirmatiua et particularis negatiua. vel vniuersalis negatiua z particularis affirmatiua eiusdẽ subiecti z eiusdẽ p̃dicati vt ois hõ currit quidaz homo nõ currit. nullus homo currit quidaz homo currit. Subalterne sunt vniuersalis affirmatiua z particularis affirmatiua. vel vniuersalis negatiua z particularis negatiua eiusdẽ subiecti z eiusdez predicati. vt omnis homo currit. quidaz hõ currit. nullus homo currit quidam homo nõ currit. et hoc totum patet in figura sequenti.

Circa hunc textum notandum ẽ primo q postq̃ auctor determinauit de contrarijs z subcõtrarijs: hic consequenter determinat de contradictorijs z subalternis. Ratio ordinis ẽ. qz propositiones contrarie z subcontrarie sunt eiusdem quantitatis. sed contradictorie z subalterne non sunt eiusdem quantitatis. ideo primo determinauit de illis q̃ de istis. Pro quo est aduertẽduz q duplices sunt contradictorie. quedam sunt repugnantes in veritate z falsitate z qualitate solum. et tales sunt contradictorie scõm rem tãtuz et hoc modo due propositiones singulares eiusdem subiecti z eiusdem predicati z diuerse qualitatis sunt contradictorie vt sortes currit. sortes non currit. Alie sunt contradictorie que repugnant in veritate z falsitate z quantitate z qualitate simul. et ille sunt contradictorie scõm rem z modum enunciandi simul. et de talibus solum datur ista diffinitio que est posita in textu.

C. .I.

Sciendum est secundo q̄ contradictio est affirmatio ⁊ negatio eiusdem predicati de eodem subiecto ad idem scōm idem similiter ⁊ in eodē tēpore. Et qua diffinitione colliguntur quinq; conditiones requisite ad veraz ꝯtradictionem. Prima est q̄ affirmetur ⁊ negetur idem predicatū de eodez subiecto. ⁊ hoc scōz rem ⁊ vocem simul. Defectu cui⁹ ille non ꝯtradicunt marcus currit. tullius currit. Quis participent legem ꝯtradictoriaruz. Secunda cōditio est q̄ predicatum enuncietur de subiecto cōparato ad idem. Ideo iste non contradicunt sortes ē pater platonis. sortes non est pater iohannis.

Tertia conditio ē q̄ predicatuz affirmetur et negetur de eodem subiecto scōm idem. i. scōm eādem partem. Ideo iste non ꝯtradicunt sortes videt scōm oculos. sortes non videt scōm aures.

Quarta conditio ē q̄ in vtraq; subiectum teneatur similiter. sic scz q̄ eodez modo supponat in vna sicut in alia. Ideo iste non contradicunt homo est species. nullus homo est species. q⁹ in prima homo supponit simpliciter et in secunda personaliter. Quinta conditio est q̄ predicatū in vtraq; enuncietur pro eodez tēpore. Ideo iste non ꝯtradicūt sortes currit hodie. sortes nō currit cras. Sed ad ꝯtradictorias scōm rez ⁊ modum enunciandi simul tres conditiones specialiter requirūtur. Prima est q̄ vna sit vniuersalis ⁊ alia particularis vel indefinita. Secūda est q̄ sint diuerse qualitatis. i. q̄ vna sit affirmatiua ⁊ alia negatiua. Tertia ē q̄ termin⁹ distribuibilis non distributus in vna distribuatur in alia. Defectu cuius iste non contradicunt omnis homo ē animal. ⁊ quidam homo animal non ē.

Sed q⁹ in aliquibus ppōnibus difficile ē assignare ꝯtradictorias: ideo ad hoc faciendus ponitur hec regula generalis que communiter obseruatur. q̄ non oportet nisi ferre negationez negātem supra totam ppōnem de qua est difficultas ⁊ tunc ipsa sumpta cuz illa negatione erit cōtradictoria ipsimet quando sumebatur sine negatione. Ut si quis querat dare ꝯtradictoriam isti⁹ caput habet omnis homo. dico: q̄ non ē ista aliquis homo non habet caput. q⁹ sunt simul false sed ē ista non caput habet omnis homo. Sed iuxta hoc dubitatur vtrum ꝯtradictorie repugnant in veritate sic q̄ non possint simul esse ve. Et videtur q̄ non. q⁹ bene sequitur. vna ꝯtradictoriaruz est vera ergo ⁊ altera. ⁊ per consequens ꝯtradictorie possunt simul esse vere. patet ꝯña. q⁹ ex opposito ꝯñtis infertur oppositum añtis. bene enim sequitur neutra ps ꝯtradictionis ē va g⁹ vna nō est vera. In oppositum ē cōis locutio

Pro solutione rōnis ē notandū q̄ ly altera potest capi dupliciter. Uno⁹ partitiue. put ē relatiuuz diuersitatis notās diuisionē inter suuz suppositum ⁊ illud qđ refert. ⁊ sic negat⁹ prima ꝯña Alio⁹ capitur vt ē signuz particulare faciens ppositionē particularē ⁊ tūc ꝯña est bona. ⁊ tāta valet dicere. vna ꝯtradictoriaz ē va g⁹ altera est va. siue dicere. vna ꝯtradictoriarum ē va g⁹ quedam est va. mō ex isto non sequit⁹ q̄ ꝯtradictorie sint sil va. Dubitatur vtr̄ ꝯtradictoria habeant simul potentiaz ad essenduz va. Et vtr̄ possint simul esse va. Pro isto est aduertendum q̄ duplicia sunt ꝯtradictoria. quedaz sunt sibi inuicem ꝯtradicentia ⁊ sunt illa que sunt eiusdē subiecti ⁊ ꝑdicati cuz aliis ꝯditionibus requisitis. Alia sunt ꝯtradictoria nō sibi inuicez ꝯtradicētia. sed alijs ppōnibus cōtradicūt. sicut iste due Omnis hō currit. ois lapis ē alb⁹ que nō cōtradicūt sibi inuicē sed alijs scz istis. quidaz hō nō currit. quidaz lapis nō ē albus. Secundo est aduertenduz q̄ ly simul in illa ppōne potest determinare hoc vbū possunt. vel hoc totū ad esse dum vera. Tunc rñdetur ad vtrāq; partē dubij per duo dicta. Primuz ē ꝯtradictoria nō sibi inuicez cōtradicentia possunt esse sil va quocūq; modo ly simul determinet. hoc clare patet in exēplo predicto. Secunduz dictuz ē q̄ si ly simul determinet ly esse va tūc ꝯtradictoria sibi inuicē cōtradicentia nō possunt simul esse va. Sed si ō terminet ly possunt: tūc cōtradictoria sibi inuicē cōtradicentia possunt simul esse va. i. habēt potentiaz simul vt sint va. Et illa de possibili ponitur ineſſe per duas ppōnes singulares. ſ. p istas hoc est vez ⁊ hoc est vez. ⁊ q̄uis sint false tamē nō sunt impossibiles. q⁹ ois talis ppō cui⁹ subiectum includit plura supposita non ponitur in esse per vnam sed per plures.

Sciendum est tercio q̄ subalterne sunt vlis affirmatiua ⁊ particularis affirmatiua. vel vlis negatiua ⁊ particularis negatiua eiusdē subiecti ⁊ eiusdez ꝑdicati. Et ad ipsas primo requiritur q̄ sint diuerse quantitat⁹ Secundo q̄ sint eiusdez qualitatis q⁹ nūq̄ negatiua ponitur sub affirmatiua. Et sic non repugnant in veritate ⁊ falsitate nec in qualitate. sed in quantitate soluz que repugnantia dicitur materialis. q⁹ quantitas se tenet ex pte materie pro positionis. Et ob hoc Aristoteles nō enumerat eam inter species oppositionis.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. Iste contradicunt omnis homo est ens. ⁊ idem homo est non ens. ⁊ tamē neutra est negatiua. ergo contra diffinitionem propositionum contradictoriarum. Secundo arguitur sic. In contradictorijs subiectum non tenetur eodem modo. quia in vna tenetur vniuersaliter ⁊ in alia particulariter. ergo male dicitur q̄ termini debent eodem modo teneri in vna

sicut in alia. Tertio arguitur sic. Subalterne non repugnant quia vna continet aliam videlicet vniuersalis cõtinet particularem. ergo male dictuꝫ est ꝙ opponuntur. Quarto arguitur sic. Subcontrarie sunt sub alijs posite. ergo sunt subalterne ꝛ sic neutra ẽ vniuersalis. ꝛ per consequens contra diffinitionem.

Ad rationes. Ad primã dicitur negando añs. quia ꝙuis ad eas sequãꝫ contradictorie non tamen sunt contradictorie ſꝫ bene participant legem contradictoriaꝝ. Ad secundam dicitur ꝙ non requiritur in contradictorijs ꝙ subiectum habeat eandez suppositionẽ in specie specialiſſima. sed sufficit ꝙ habeat eandem suppositionem in genere aut in specie subalterna sic ꝙ ſi in vna supponat personaliter et etiam in alia. Ad tertiam dicitur ꝙ particularis continetur in vniuersali et sequitur ad vniuersalem ratione sui significati: non tamen ratione quantitatis. ſꝫ ex hoc non sequitur quin opponantur sc̃m quantitatem. Ad quartam dicitur ꝙ subalterne nõ dicuntur subalterne eo ꝙ ambe ponantur sub duabus alijs: ſꝫ eo ꝙ vna continetur sub alia. Et ideo licet due subcontrarie sint subalterne reſpectu suarum vniuersalium non tamen sunt subalterne inter se. Et diffinitio prius data soluꝫ intelligitur de his que subalternantur admuicem.

Vult de natura paſtillos prima figura.
Quatuor in numero concomitante mero,
Soluere qui renuit a ſinus efficitur.

Propoſitionum triplex est materia ſcilicet naturalis. cõtingens. ꝛ remota. Naturalis ẽ illa in qua predicatum est de essentia ſubiecti vel proprium eius. vt hõ est animal. homo est riſibilis.

In iſta parte Petrus hiſ. vult determinare de legibus ꝓpoſitionum oppoſitarum. ſed anteꝙ de ipſis determinet ipſe determinat de materia ꝓpoſitionum. quia tales leges seu regule variãtur ſc̃m variationem materie ꝓpoſitionuꝫ. ideo anteꝙ de ipſis determinet prius determinat de materia ꝓpoſitionum cathegoricarum que nihil aliud est ꝙ ſubiectum ꝛ predicatum ſe habentia ſicut repugnantia vel conuenientia neceſſario ꝛ intranſmutabiliter seu contingenter. Si primum ſic est materia remota. Si secundum ſic est materia naturalis. Si tertium ſic est materia contingens. ſed forma ꝓpoſitionis cathegorice est copula verbalis vniens predicatum cum ſubiecto

Et capiũtur hic materia ꝛ forma per quãdã ſimilitudinez ad materiã ꝛ formam ꝓprie dictas.

Sciendum est primo ꝙ proprie loquendo ꝓpoſitio non est in aliqua materia. qz materia est pars ꝓpoſitionis. modo totum non est in ſua parte ſed potius ex ſua parte Et ideo quando dicitur ꝙ propoſitio cathegorica est in tali materia. debet intelligi ꝙ est de tali materia. Unde ad maiorem noticiam habendam de materijs propoſitionum cathegoricaꝝ ponuntur due regule. Prima est ꝙ in quacũqꝫ materia est propoſitio affirmatiua in eadem est propoſitio negatiua ſibi correſpondens. et ſua contraria ꝛ ſua contradictoria ꝛ ſua ſubalterna equipollens ꝛ ſua conuertens. vt omnes iſte ſũt in materia contingenti. omnis homo currit. nullus homo currit. quidam homo currit. et ſic de alijs ſimilibus. Secunda regula est talis. In quacunqꝫ materia est propoſitio cathegorica de ineſſe de preſenti. in eadez est propoſitio de futuro de preterito. ꝛ propoſitio modalis diuiſa de quocũqꝫ modo ſit. vt omnes iſte propoſitiones homo est animal. homo fuit animal. homo poſſibiliter fuit animal. Unde ꝓpoſitiones cathegorice primo dicuntur eſſe in aliqua materia qz conuenit eis primo habere ſubiectum ꝛ predicatum. Et propoſitiones ypotetice non ſunt in aliqua materia niſi ratione ſuarum cathegoricarum in virtute quarum habent ſubiectum ꝛ predicatum. ideo ad eandez materiam reducuntur

ex qua sunt cathegorice ex quibus componũtur

Sciendus est secundo q

hic consequenter autor diffinit materiam naturalem cuius diffinitio patet in textu. Et sic debet intelligi. Materia naturalis est habitudo extremor talis q predicatus de subiecto vere affirmative essencialiter predicatur vel accidẽtaliter intransmutabiliter et directe. In qua diffinitione ponitur habitudo loco generis. & totum residuum ponitur ad differentiam materie contingentis & remote. Et dicitur materia naturalis eo q predicatus naturaliter conuenit subiecto ita q res significata per predicatus habet naturales & necessarias habitudines ad subiectũ siue ad rem significatas per subiectus. Et licet proprium non sit de essentia sui subiecti tñ necessario consequitur naturas sui subiecti. et propter hoc dicitur inesse suo subiecto naturaliter. Unde aduertendum q essentia alicuius rei dicitur illud quo formaliter res habet esse. sicut humanitas ẽ forma qua hõ habet esse. Et sunt ista tria idem realiter/essentia/quidditas/& natura. Sed distinguntur scõm rationes. Et ad faciliter cognoscendus que ppõnes sunt in materia naturali ponuntur alique regule. Prima ẽ. Quando predicãtur aliqua eiusdem coordinationis in recta linea predicamentali vere & affirmative directe siue idirecte talis ppõ est in materia naturali. Secunda regula ẽ qñ differentie predicantur de his quor sunt differentie vel econtra. vel qñ diffinitio predicatur de diffinito tal ppõ ẽ in materia naturali vt hõ ẽ rõnalis. Tertia regula ẽ qñ ppria passio predicat de suo subiecto pprio vel de inferiorib⁹ ad per se subiectus talis est in materia naturali. vt hõ ẽ risibilis. Quarta regula ẽ qñ idem predicatur ō seipso. vel sinonimus de sinonimo. vel cõuertibile de conuertibili talis ẽ in materia naturali. Similiter oẽs iste ppõnes sunt in materia naturali in quib⁹ causa predicatur de suo causato per se.

Et quibus patet q duo sunt gradus materie naturalis. Prim⁹ est qñ predicatũ ẽ de essentia subiecti. Secũd⁹ ẽ qñ subiectũ ẽ de eẽntia sui predicati

Sciendum est tercio q

circa predicta monetur hoc dubius. s. in qua materia sunt ppõnes in quib⁹ est predicatio indirecta vt sũt iste asal ẽ hõ. substãtia ẽ hõ. Et videtur q sint in materia contingẽti. qr predicatũ potest adesse & abesse subiecto. g⁹ sunt i materia contingẽti. añs patet. qr iste possunt simul esse ve. asal ẽ hõ. asal non ẽ hõ. Item in capitulo de legib⁹ dicit q due vles possunt simul esse fals in materia contingẽti. ſz nõ in materia naturali. sed iste due. omne asal ẽ hõ. & nullũ asal ẽ hõ sunt simul fals. g⁹ nõ sũt in materia naturali. Ad dubius rñdetur scõm opinionẽ modernor logicor q tales sũt in materia naturali eo q in eadem materia sunt ppõ cõuertens & conuersa. Et etiam qr superius vñr nõ põt negari a suo inferiori. Sed contra hoc arguit. qr in illis predicatus nõ est de essentia subiecti nec necessario consequitur ipsius subiectũ. g⁹ tales nõ sunt in materia naturali. cõña patet. qr cui nõ cõuenit diffinitio nec diffinitũ. Ideo aliter rñdet q ppões in quib⁹ est predicatio indirecta nõ sũt ppue in aliqua materia hic posita directe sed solum reductiue. Et ad argumenta rñdetur q non sunt in materia contingẽti neqz per se neqz reductiue. sed sunt in materia naturali reductiue. Et qñ dicitur q predicatum nõ est de essentia subiecti. dicit q illud nõ requirit nisi in illꝰ q̃p se & directe sũt i materia naturali cuiusmõi nõ sũt predicte.

Sed contra predicta arguit

Primo sic. Nulla materia ppõnus ẽ triplex g⁹ male ōr q ppõnũ cathegoricax triplex ẽ materia. Secundo arguit. hec ppõ sortes est ens ẽ in materia naturali cũ ens sit de rõne subiecti & est i materia contingẽti cui predicatus possit adesse vel abesse subiecto. qr sortes potest esse & nõ esse. g⁹ materia contingẽs & naturalis coincidunt & sic non sunt mẽbra opposita. Tertio arguitur. Ista est in materia naturali ignis est calidus cũ predicatus necessario insit subiecto. & tñ predicatum nõ ẽ de essentia subiecti nec ppium eius. g⁹ diffinitio materie naturalis nõ est bona. Quarto arguitur. In ista ppõne hõ est animalitas. hõ est ō essentia subiecti & tñ illa nõ ẽ in materia naturali qr predicatus nõ potest vere dici ō subiecto. igit

Ad rationes. Ad primã

conceditur añs & negatur cõña. qr omittitur fallacia figure dictionis arguendo a suppositione personali ad simplicem. Ad secundas ōr q si ens capiatur noialiter vt tñ valet sicut ens habens essentiam sic ista ẽ in materia naturali. sortes est ens. si vo capiatur participialiter vt tãtũ valet sicut existens sic illa ẽ in materia contingẽti & sic equinoce est in materia naturali & contingẽti

Ad tertias ōr q licet esse calidus nõ sit ppium igni quarto mõ: tñ est sibi ppium secũdo mõ et hoc sufficit. Ad quartas dicit q licet animalitas scõm rem sit de essentia hois: tñ scõm modũ predicandi quo predicatur in illa ppõne nõ sibi conuenit imo repugnat ei predicari de alio a se qr scõm Auicẽnam quinto sue methaphisice equinitas ẽ tñ equinitas. sic q sub illo mõ accipiendi nõ cõuenit sibi predicari de aliquo alio nec aliquid predicatur de ipsa.

Contingens ẽ illa in qua predicatum potest adesse vl abesse subiecto preter subiecti corrup

tionem. vt hō ē albus. hō non ē albus. Remota ē illa in qua predicatum non potest conuenire subiecto. vt hō est asinus.

Circa hunc textum notandū est primo q̄ post q̄ autor determinauit de materia naturali: hic consequenter determinat de materia contingenti ipsam sic diffiniens. Materia contingens est illa in qua predicatū potest adesse vel abesse subiecto preter subiecti corruptionem. In qua diffinitione ponitur materia loco generis. nam illa refert genus diffiniti. Et ponitur adesse ad differētiam materie remote in qua predicatum non potest conuenire subiecto. Ponitur etiam abesse ad differentiam materie naturalis. in qua predicatum non potest abesse subiecto. Et per adesse et abesse i propositio intelligitur realis inherentia vel absentia ab aliquo subiecto preter eius corruptionem. Et sic potest predicta diffinitio exponi realiter ꝛ logicaliter. Realr sic. Materia ⁊tingēs ē illa in qua p̄dicatū. i. res significata p predicatum potest quantū est de se ꝛ sibi nō repugnat realiter posse inherere subiecto ꝛ tamē inherere absq; hoc q̄ subiectum desinat esse. Logicaliter vero sic exponitur. Materia contingens est illa in qua predicatum potest vere affirmari de subiecto quantū est de se ꝛ sibi non repugnat vere negari absq; hoc q̄ subiectū desinat supponere

Sciendum est secundo

q̄ materia dicitur contingens eo q̄ predicatum contingenter ꝛ nō necessario subiecto conuenit. Unde contingens potest capi dupliciter. Uno⁹ generaliter pro oi illo qđ pōt esse. ꝛ sic conuertit cū possibili. ꝛ tunc dicitur tam de necessario q̄ de possibili nō necessario. Alio⁹ capitur specialiter pro contingenti nō necessario qđ scz potest esse ꝛ non esse et tunc diuiditur per contingens natum/contingens raro/ꝛ contingens ad vtrū libet. Et a contingēti hoc modo accepto dicitur materia contingens. Unde materia contingēs de per se significato significat respectum rationis causatum per actum intellectus cōparantis predicatum qđ habet habitudinem contingētez ad subiectum. ꝛ hoc modo hic diffinitur. Alio⁹ capitur pro denominato. ꝛ tunc materia contingens non est nisi subiectus ꝛ predicatum que habent contingentem habitudinez adinucez. Et si queratur in qua materia sunt iste ppōnes corrus est niger. nix est alba. nasus est simus. carbo est niger. ꝛ sic de aliis. Ad hoc respondetur scōz aliquos q̄ tales sunt in materia contingenti. Et si arguatur sic. in ipsis predicatum nō potest abesse subiecto. g⁹ non sunt in materia contingenti Respondetur concedendo añs ꝛ negando consequentiam ꝛ consequens. qz licet predicatus nō possit abesse subiecto: tamen subiectum potest vere negari de predicato. ꝛ hoc sufficit ad hoc q̄ aliq; ppōnes sint in materia contingenti. Unde dicūt q̄ Quis illa nūq̄ possit vera esse nix nō est alba: tamen hec potest esse vera album nō est nix. Ideo sic exponunt materiam contingentem dicendo q̄ ē illa in qua predicatus potest adesse vel abesse subiecto vel econuerso preter eius corruptionem. Sed hoc non valet. quia pari forma vel ratione sequeretur q̄ ista ppō. homo est animal. esset in materia contingenti. consequēs est falsum. ergo illud ex quo sequitur. probatur consequentia. quia Quis animal non possit abesse tamen bene econuerso. vnde Quis ista non possit esse vera homo nō est animal: ista tamen potest esse vera. animal non est homo. Ideo aliter dicitur q̄ tales sunt in materia contingenti eo q̄ predicatum habet contingentem habitudinem ad subiectum. Et ad argumentum respōdetur negando antecedens scilicet q̄ predicatum non possit abesse. et ad probationem cuz dicitur q̄ ista non est vera corruus non est niger. nix nō est alba. ꝓcedit. tū est possibilis. Unde predicatum abesse subiecto non est ipsum vere negari ō subiecto: sed est ipsum quantum est de se et sibi non repugnat vere posse negari de subiecto. modo per aliquam potentiam. tales possunt esse vere. quia in talibus res significata per predicatū non est de essentia rei significate per subiectum neq; proprius. sed est realiter distincta. quare realiter potest separari.

Sciendum est tertio q̄

circa diffinitionem materie remote est intelligendum q̄ tripliciter potest fieri remotio predicati a subiecto. Uno modo per negationem negando predicatum de subiecto vt homo non est lapis. Alio modo subtrahendo ipsum siue removendo scōm vocem. ꝛ de istis duabus remotionibus nō est hic ad propositum. Tertio modo potest intelligi predicatū remoueri a subiecto scōz rē ꝓpter repugnantiaz quaz habent res significate adinuicem. et a tali remotione dicitur materia remota. Ex quo inferūtur duo correlaria: Primum est q̄ ppōnes affirmatiue in materia remota sunt false. et oppositio modo est in materia naturali. qz affirmatiue sunt semper vere. Secundum est q̄ omnes ppōnes negatiue in materia remota sunt semper vere. et oppositio modo est in materia naturali. Et si queratur in qua materia sunt iste. humanitas est animalitas. humanitas ē rationalitas. Respondetur q̄ sunt in materia remota. quia talia abstracta significāt quidditates scōm se abstrahendo a suppositis ꝛ subiectis. ꝛ illis sub tali modo repugnat predicari de aliquo sed inquātū hmōi sunt separata.

Sed contra predicta arguitur primo sic. Ista est in materia contingẽti homo est causatus. ⁊ tamen predicatum non potest abesse subiecto. ergo ꝓtra diffinitionẽ materie contingẽtis. Secundo arguitur sic. hec est in materia contingenti coruus est niger. ⁊ tñ predicatum non potest abesse subiecto cuius sit accidens inseparabile. ergo contra diffinitionem.

Tertio arguitur sic. hec est in materia remota. sortes est albedo. ⁊ tamen predicatum potest conuenire subiecto. ergo contra diffinitionez materie remote. Quarto arguitur sic. hec ẽ in materia remota. homo non est asinus. ⁊ tamen predicatum potest conuenire subiecto. qꝛ enunciatur de ipso vere. ergo diffinitio mala.

Ad rationes. Ad primã dicitur negando minorem quia potest negari et per aliquam potentiam remoueri a subiecto. ideo est in materia contingenti. Ad secundam cõceditur maior ⁊ negatur minor. et ad probatiõẽ dicitur ꝙ nõ dicitur inseparabile eo ꝙ nullo mõ potest separari. sed qꝛ difficulter potest separari

Ad tertiam dicitur ꝙ albedo scõm suum esse potest inesse sorti: non tamẽ scõm predicationez. qꝛ sub illo modo dicendi nõ potest de eo vere p̃dicari. Ad quartam dicitur concedendo maiorem ⁊ distinguendo minorem. vel affirmatiue ⁊ sic negatur. vel negatiue ⁊ sic conceditur.

Lex siue natura contrariarum talis est. ꝙ si vna est vera reliq̃ est falsa: ⁊ non econuerso. Possunt enim ambe simul esse false in materia contingenti. vt omnis homo est albus. nullus hõ est albus. In naturali vero materia et remota semper vna est vera et reliqua falsa. vt omnis homo est animal. nullus homo est animal. omnis homo est asinus. nullus homo est asinus.

Lex siue natura subcontrariarum talis est. ꝙ si vna ẽ falsa reliqua est vera: et non econtra. Possunt enim ambe simul esse vere in contingenti materia. vt quidam homo ẽ albus. quidam homo non ẽ albus. Unde lex subcontrariarum contrario modo se habet legi contrariarum.

Circa hunc textum notandum est primo ꝙ determinato de materia ꝓpõnum. ꝛsequẽter in ista parte autor determinat de legibus ꝓpõnum oppositarum. Et quatuor facit scõm ꝙ sunt q̃tuor genera oppositionum. Et qꝛ ꝓpõnes cõtrarie precedunt oẽs alias ꝓpõnes oppositas scõm ordinẽ ꝓpositũ eo ꝙ cõtrarie sunt ambe vẽs et habent perfectiorem quantitatez aliis ꝓpõnibꝫ oppositis: ideo autor hic prius determinat de lege contrariarum ꝙ de aliis. Pro quo est aduertendum ꝙ lex capitur duobus modis. Uno modo pro cõstitutione siue ordinatione quadam de modo viuendi humano precipiẽdo opera virtuosa et prohibendo viciosa. et isto modo capit quando dicitur ꝙ tres sunt leges. scz lex nature lex humana. et lex diuina. Et de ista acceptione non est hic ad propositum. Secundo modo capitur lex pro repugnantia duarum ꝓpõnum similitudinarie ad legem primo mõ dictaz. et isto mõ sic diffinit. Lex est repugnantia duarum ꝓpõnum in veritate ⁊ falsitate simul. vel in altero illorum tñ. vel etiam in qualitate tñ. vel in quantitate tñ. vel in qualitate ⁊ quãtitate simul. et isto mõ capitur lex in proposito. Unde lex cõtrariarũ potest haberi in tribus ꝓpõnibus. Prima est ꝙ due contrarie in nulla materia possunt sit esse vere. Cuius triplex assignatur ratio. Prima est qꝛ vna contrariarum scz vlis affirmatiua significat ꝙ predicatum conuenit subiecto pro quolibet supposito subiecti. et alia scz vlis negatiua significat ꝙ predicatum pro nullo supposito subiecti conuenit tali subiecto. sed impossibile ẽ ꝙ predicatum conueniat subiecto pro quolibet supposito eius ⁊ ꝙ pro nullo supposito subiecti cõueniat tali subiecto simul. qꝛ hoc implicat cõtradictionez. igitur due contrarie in nulla materia possunt simul esse vere. Secunda ratio est. qꝛ si due cõtrarie essent simul vere sequeretur ꝙ due contradictorie essent simul vere. sed hoc est impossibile ⁊ contra primum principium. gꝛ ⁊ añs. qꝛ ex vero non sequitur falsum. Probatur ꝓña qꝛ contrarie sunt vlis. sed ad veritatez vlis sequit veritas sue particularis que opponitur contradictorie alteri vli. gꝛ si due particulares illarum vniuersaliũ essent simul vere omnes ꝓpõnes ẽ q̃tuor angulis esset simul ve. qđ ẽ impossibile. gꝛ due ꝓtrarie nõ pñt sil esse ve. Secũda ꝓpõ ẽ ꝙ due ꝓtrarie in materia ctingẽti pñt sil esse false. Probatur qꝛ in materia contingenti predicatum

potest conuenire subiecto pro aliquibus suppositis subiecti. & pro aliquibus suppositis non. sicut album conuenit homini pro aliquibus suppositis hois & pro alijs non. sed pro illa parte p qua non conuenit aliquibus suppositis hois falsificatur vniuersalis affirmatiua in qua denotatur predicatum conuenire omnibus suppositis subiecti. & pro alia parte pro qua predicatum conuenit aliquibus suppositis falsificatur negatiua in qua denotatur predicatus remoueri a quolibet suppposito subiecti. ergo due contrarie possunt simul esse false in materia contingenti.

Sciendus est secundo q

tertia propositio legis contrariarum est ista q due contrarie in materia naturali & remota nūq̄ possunt simul esse false. & hoc supposito q sint ō predicatione directa. Ratio est quia in materia naturali vbi est predicatio directa predicatū necessario conuenit subiecto pro quolibet supposito subiecti. ergo vniuersalis affirmatiua semp ē vera & vniuersalis negatiua semper est falsa. Et in materia remota predicatum repugnat subiecto pro omnibus suis suppositis. g⁹ in tali materia vniuersalis affirmatiua ē falsa et negatiua ē vera. Et dicebatur notanter q ille ꝓpones debebant esse de predicatōne directa. q⁹ si essent de p̄dicatiōe indirecta possent simul esse false. vt iste omne animal est homo. nullum animal ē homo. Sed sicut dictum est tales ꝓpones de predicatione indirecta non sunt in aliqua materia nisi reductiue. ideo de talibus autor non intendit determinare. Ex quibus predictis patent tres propositiones legis contrariarus seu propositionū oppositarum contrarie. Unde etiam patet q repugnantia in veritate conuenit contrarijs ratione forme siue oppositionis quia eis conuenit in quacunq; materia. Sed repugnantia in falsitate non conuenit cōtrarijs ratione forme sed ratione materie scilz naturalis vel remote. Ex quo patet q hec ꝓña est formalis & bona. ista ꝓpō est vera & habet contrariaz g⁹ sua contraria ē falsa Sed hec ꝓña non est formalis hec ꝓpō est falsa & habet contrariaz g⁹ sua contraria est vera. sed solum est materialis q⁹ habet veritatem in materia naturali & remota simul.

Sciendum est tercio q

hic consequenter autor determinat de lege subcontrariarus cuius tres sunt partes sicut in lege contrariarum. Prima est q due subcontrarie in nulla materia possunt simul esse false. Probatur quia si due subcontrarie possent simul esse false. g⁹ & due contradictorie. ꝓsequens ē falsus ergo & añs. patet ꝓsequentia. q⁹ cuz ad falsitatē particularis sequit falsitas vniuersalis. si subcontrarie q̄ sunt particulares possent simul esse false due contradictorie quarum vna est vniuersalis & alia particularis essent simul false. Secunda pars legis subcontrariarum talis est q due subcontrarie in materia contingenti possūt simul esse vere. Ratio est q⁹ in materia contingenti predicatum potest ineſſe subiecto pro aliquo supposito & pro aliquo non. sed pro illo supposito pro quo predicatum conuenit subiecto particularis affirmatiua redditur vera quia aduertatez eius sufficit predicatum ineſſe subiecto pro aliquo supposito eius. sed pro supposito pro q⁹ tale predicatum non inest subiecto particularis negatiua redditur vera. quia ad veritatem eius requiritur & sufficit predicatum remoueri ab aliquo supposito subiecti. igit⁹ subcontrarie in materia contingenti possunt simul esse vere. Tertia pars legis subcontrariaruz talis est q in materia naturali & remota due subcontrarie nunq̄ possunt simul esse vere. Ratio huius est q⁹ in materia naturali predicatum conuenit cuilibet supposito subiecti. ideo negatiua semper est falsa et affirmatiua vera. sed in materia remota predicatum nulli supposito subiecti conuenit. ideo affirmatiua semper est falsa & negatiua vera. Et sic patet q repugnare in falsitate conuenit subcontrarijs ratione siue forme oppositionis. quia in omni materia eis conuenit. Sed repugnare in veritate conuenit eis gracia materie cum eis nō conueniat in omni materia sed soluz in naturali et remota. Patet vlterius q lex contrariarum & subcontrariarū opposito modo se habēt. cum contrarie repugnant in veritate in quacunq; materia. & subcontrarie in falsitate in quacūq; materia sint. Ex quibus talis regula haberi potest. Dec ꝓña est bona. ista ꝓpō est falsa & habet subcontrariaz. g⁹ sua subcontraria est vera. sed ista ꝓña non est formalis ista ꝓpō est vera & habet subcontrariam. g⁹ sua subcontraria ē falsa

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. Iste sunt contrarie. omnis hō est totum in quantitate. & nullus homo est totus in quantitate. & tamen sunt simul vere. maior patet q⁹ prima ē vniuersalis affirmatiua & alia vniuersalis negatiua. Secundo arguitur sic. Due contrarie habent simul potentiaz vt sint ve. ergo male dictum est q non possunt simul eē ve

Tertio arguitur sic. Due ꝓtrarie possūt simul esse false. sed falsitas vniuersalis prouenit ex falsitate particularis eius. g⁹ ad falsitatem cōtrariarum oportet q subcontrarie sint simul false.

Quarto sic arguitur. Idem non potest ineſſe & non ineſſe eidem. sed in subcontrarijs idem affirmatur & negatur de eodem. g⁹ in materia contingenti non possunt simul esse vere.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q si in illis ppõnibus homo teneatur p se ipso distributo t non significatiue sic non sũt contrarie. si autem teneatur significatiue sic sũt contrarie t false. Ad secundam dicitur q ly simul potest determinare ly potentiam t sic conceditur añs. vel potest determinare ly esse vere t sic negatur añs. et eodem modo diceretur ad cõsequens. Ad tertiam dicitur q ad falsitatem vniuersalis non requiritur falsitas sue particularis. sed tñ falsitas vnius suarũ singularium Et licet veritas singularis sufficiat ad veritatem particularis: tamen falsitas vnius singularis ñ sufficit ad falsitatem vnius particularis. Ad quartam dicitur q licet idem non possit inesse et non inesse eidem in numero: tamẽ bene potest inesse t non inesse eidem in specie scilicet pro diuersis suppositis.

Lex siue natura contradictoriarum talis est q si vna est vera reliqua est falsa. t non econuerso. In nulla enim materia possũt esse simul vere aut false. vt omnis homo est animal. quidam homo non est animal.

Lex siue natura subalternarũ talis est q si vniuersalis ẽ vera particularis erit vera. t nõ ecõuerso. potest enim particularis esse vera sua vniuersali existente falsa. vt omnis homo est albus. quidam homo est albus. sed si particularis sit falsa vniuersalis erit falsa t ñ ecõuerso

Circa hunc textum notandum est primo q hic ppõr autor determinat de lege contradictoriarũ dicens q due ppõnes cõtradictorie in nulla materia possunt simul esse vere aut false. Nec istud indiget probatione cum sit primum principium. Tamen aliqua ratio hic adducitur. q si possent simul esse vere tunc idem simul esset t non esset. sed hoc est impossibile et contra primum principium qđ est. de quolibet est affirmatio vel negatio vera t de nullo ambo simul. Et similiter inter ens et non ens non est dare medium. qđ tamen oporteret si due ꝓtradictorie essent simul vere vel false. Et sic contradictoria habent repugnantiã in veritate t falsitate simul. Unde aliud est propositiones esse contradictorias t participare legem ꝓtradictoriarũ. q alique sunt ppõnes participantes legem ꝓtradictoriarũ puta iste due. quidam homo est animal. t quidam homo nõ ẽ animal. t tamẽ non sunt ꝓtradictorie. Unde participare legem ꝓtradictoriarum est ppõnes non posse simul esse veras neq falsas. Ex quo patz q hec añs est bona. ista ppõ est vera t habet cõtradictoriam. ergo sua cõtradictoria est falsa. et econuerso. Et hoc maxime est veruz de ppõnibus cõtradictionem non implicantibus.

Sciendũ est secundo q lex subalternarũ talis est q ppõnes subalterne possunt simul esse vere t etiam simul false. Ratõ est. q particularis sequitur ad vniuersalez. ergo si particularis sit falsa vlis erit falsa. q si añs est falsum ita t añs. similiter si vlis sit vera particularis erit vera. q ex vero non sequitur nisi verum. igitur. Alia ratione probatur sic. quandocunq predicatum vere dicitur de subiecto p omnibus suis suppositis vere dicitur de quolibet illorum suppositorũ. ergo si vlis sit vera particularis erit vera. Et si particularis sit falsa vniuersalis erit falsa. g9 subalterne possunt simul esse vere t simul esse false. Item si vlis esset vera t sua particularis falsa sequeretur q due cõtradictorie possent simul esse vere aut false. sed añs est falsum t impossibile. g9 t añs. patet ña. q si ista vniuersal quilibet homo currit sit vera sua particulari scz ista quidaz homo currit existente falsa tunc per legem subcontrariarũ sua subcõtraria erit vera scz ista quidaz homo non currit ergo due ꝓtradictorie erunt simul vere qđ ẽ impossibile.

Sciendum est tertio q ad veritatem particularis non sequitur veritas vlis: t hoc ratione forme. quia in materia contingenti predicatum potest conuenire alicui supposito subiecti et tamen non conuenire omnibus. g9 particularis potest esse vera vli existente falsa

Sed ad falsitatem particularis sequitur falsitas sue vniuersalis. Et ratio est. q si predicatum non vere dicat de aliquo supposito subiecti qđ requiritur ad falsitatem particularis non verificabitur de quolibet supposito. igitur ad falsitatem particularis sequitur falsitas vniuersalis.

Sed ad falsitatem vniuersalis non sequitur falsitas sue particularis q ad falsitatez vniuersalis sufficit predicatum falso dici de vno supposito subiecti. qđ non sufficit ad falsitatem particularis. igitur.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. Unum ꝓtradictoriorum ẽ vez

ergo ꝛ alterum est verum.ꝛ per consequens due contradictorie possunt simul esse vere vel falsе.

Secundo arguitur sic. Iste ꝓpones omnis hō est animal ꝛ deus est sunt cōtradictorie ꝛ tamen possunt simul esse vere. igitur. Tertio arguit sic non sequitur omne animal preter sortem currit. gꝫ quoddam animal preter sortem currit. gꝫ ad veritatem vniuersalis non sequitur veritas sue particularis. Quarto arguitur sic. Bene sequitur quidam homo est animal. gꝫ omnis hō est animal. similiter bene sequitur. iste sol lucet. gꝫ omnis sol lucet. ergo ad veritatem particularis sequitur veritas vniuersalis.

Ad rationes. Ad primā

dicitur ꝙ alterum potest capi dupliciter. vnoꝫ vt est signum particulare et tūc valet sicut aliquod ꝛ tunc ꝓña est bona. Alio mō capitur vt ē relatiuum diuersitatis ꝛ sic ꝓña non valet. Ad secundam dicitur ꝙ ille ꝓpones non sunt sibi inuicem contradicentes de quibus intelligitur regula data. Ad tertiaꝫ dicitur ꝙ conceditur añs ꝛ negatur ꝓña ꝛ ꝓñs. qꝛ non capitur particularis illius vniuersalis eo ꝙ signum exceptiuū nō potest addi termino particulariter tento sed vniuersaliter. particularis enim predicte vniuersal' ē ista aliqꝺ aial aliud a sorte currit. Ad quartam dicitur negando ꝙ bene sequatur nisi gracia materie. qꝛ tales ꝓñe non tenēt gracia forme ꝙuis sint bone ꝓñe materiales.

Tem propositionuꝫ categoricaruꝫ vtroq; termino participantiuꝫ ordine conuerso triplex est conuersio scꝫ simplex. per accidens ꝛ per contrapositionem.

Circa hunc textum notanduꝫ est primo ꝙ post ꝙ autor determinauit de oppositione que ē passio ꝓpōnum vtroqꝫ termino participantiuꝫ scꝫ eundem ordinem: hic consequenter autor determinat de conuersione que est passio ꝓpōnū vtroqꝫ termino participantium ordine conuerso.

Pro cuius declaratione supponitur primo ꝙ conuersio multis modis accipitur. Uno modo generaliter pro quacūqꝫ mutatione vnius rei in aliam rem sicut mutatio de bono in malum. vel de qualitate vna in aliam qualitatem. Alio mō capitur specialiter pro mutatione vnius ꝓpōnis in aliam ꝛ sic est proprietas siue passio ꝓpōnum Que adhuc tribus modis potest capi. Primoꝫ generaliter pro omni mutatione vnius ꝓpōnis in aliam. et hoc modo continet sub se conuersionem in terminis et conuersionem in oppositam qualitatem que conuenit ꝓpōnibus de contingenti ad vtrumlibet. vt dicendo sortem currere est contingens. Secūdo modō accipitur proprie prout est mutatio predicati in subiectum ꝛ econtra siue sit bona ꝓña siue non. Tertio modo accipitur pro mutatiōe subiecti in predicatuꝫ ꝛ econtra cum bona ꝓña vnius ꝓpōnis ad aliaꝫ. ꝛ isto tertio modo capitur hic. Circa qō aduertēduꝫ est ꝙ controuersia ē inter doctores quid isto nomine conuersio significatur. Quidaꝫ enim dicūt ꝙ conuersio est mutatio situs terminorum ꝓpōnis cum bona ꝓña vnius ad aliam. ꝛ istud sic declaratur. qꝛ ꝓpōnes scōm se totas non conuertūtur sed solum termini puta subiectum ꝛ predicatum. ꝛ ad talem mutationem terminorum sequitur ꝓña ꝓpōnum. quare scōm istum modum dicendi apparet ꝙ conuersio nō est ꝓña. sed ex ea oritur ꝓña. quia ex tali mutatione situs terminorum oritur ꝓña ꝓpōnum ad inuicem. Sed istud non videtur valere. qꝛ conuersio est passio ꝓpōnum. ergo sequitur ꝙ non est mutatio situs terminorum. qꝛ talis mutatio situs conuenit ipsis terminis primo. ꝛ cōuersio conuenit primo pro positioni vt subiecto adequato. ergo conuersio non est mutatio. Similiter cōuersio est ꝓña que fundatur super aliquo antecedēte ꝛ terminatur ad ꝓñs que sunt quedam complexa. et ex ipsis componitur vna ypothetica rōnalis. et ꝓ consequens conuersio non conuenit terminis sed propositionibus. Alius modus dicendi ē ꝙ cōuersio est passio ꝓpōnis orta non ex habitudine terminorum. sed ex habitudine vnius totius propositionis ad aliam ꝓpōnem que infertur. Uerbi gracia. ista ꝓpō homo est animal. infert istam animal est homo. ratione habitudinis totius cōplexionis. ꝛ non ratione habitudinis terminorū ad quā ꝓñam sequitur mutatio situs terminoꝝ

Sciendū est secundo ꝙ

conuersio vt hic sumitur sic potest diffiniri. Conuersio est passio ꝓpōnuꝫ vtroqꝫ termino participantium ordine conuerso vnius ad aliam formalis ꝓña. Et ponitur formalis ꝓña loco generis. Deinde ponitur vtroqꝫ termino participantium ad differentiaꝫ ꝓñarum que non participāt vtroqꝫ termino. Et ponitur ordine conuerso ad differentiam ꝓñe ꝓpōnum participantium ordine eodem sicut est ꝓña subalternaruꝫ ꝛ ꝓpōnum equipollentium. Conuersio tamen potest capi dupliciter vt ad propositum sufficit. Uno modo per se significato ꝛ tunc significat ꝓñaꝫ ꝓpōnuꝫ vtroqꝫ termino participantiuꝫ ordine conuerso ꝛ sic ibi diffinitur. Alio modo capitur fundamētaliter ꝛ pro denominato. ꝛ tunc vna ꝓpō cōuersa que se habet vt añs ꝛ alia conuertens que se habet vt ꝓñs sunt conuersio. Et sic non diffinit hic. qꝛ est quoddaꝫ complexū cuiꝰ nō ē diffinitio

Unde ꝯña ꝓpõnum est habitudo vnius ꝓpõnis ad aliam vt antecedentis ad ꝯns propter q̃ habitudinez ꝯns sequitur ad añs. Et diffinitur sic formalis ꝯña. quia ẽ que tenet in omnibus terminis consimili forma arguendi retenta. Et silis forma ẽ quando arguitur ex ꝓpõnibus similib⁹ in qualitate ꝛ quantitate in quibus termini eo⁹dez modo disponuntur in vna argumentatione sicut in altera. Ex quo patet q̃ ꝯña que tenet p̃cise gracia habitudinis terminoꝝ non ẽ formal'

Sciendum est tertio q̃

ꝓpõnum vtroq3 termino participantium ordine conuerso triplex est conuersio. sc3 simplex. per accidens. ꝛ per contrapositionem. Cuius diuisionis sic habetur sufficientia. qz in omni conuersione que est ꝯña vnius ꝓpõnis ad aliaz. vel ẽ mutatio terminoꝝ finitoꝝ in terminos infinitos vel in terminos finitos. Si primuz sic ẽ conuersio per contrapositionem. Si secundum hoc est dupliciter. vel ibi ẽ sola mutatio predicati in subiectum ꝛ econtra manente eadez qualitate ꝛ quantitate ꝛ sic est conuersio simplex. vel ibi est mutatio predicati in subiectum mutata quantitate ꝛ manente eadez qualitate. ꝛ sic ẽ conuersio per accidens. Et q̃uis Aristoteles primo priorum determinans de conuersionibus non enumeret conuersionem per cõtrapositionem: tamẽ cõuenienter ab autore isto enumeratur. qz soluz Aristoteles determinat de conuersione ꝓpõnuz vt est principium reductiuum silogismoꝝ imperfectoꝝ ad perfectos. Et quia conuersio p contrapositionem ad hoc nõ deseruit: ideo Aristoteles de ea non determinat. sed autor noster considerat vel determinat de conuersione generaliter prout scilz est passio propositionis. ideo eam hic enumerat inter alias species. quia est quedaz species consequencie que non est principium reductiuum silogismoꝝ quare Aristoteles eam omisit. Et si dicatur conuersio ẽ passio ꝓpõnum vtroq3 termino participantium ordine conuerso. sed in conuersione per ꝯtrapositionem ꝓpõnes non participant vtroq3 termino igitur nulla est talis conuersio. Respondetur q̃ conuersio ẽ passio ꝓpõnum vtroq3 termino participantium large capiendo terminuz. vt sc3 terminus finitus ꝛ infinitus dicuntur vnus terminus propter aliqualem conuenientiam ꝛ apparentiam quam habent in voce. et hoc sufficit ad hoc q̃ in conuersione per contrapositionem propositio conuertens ꝛ conuersa dicantur participare vtroq3 termino. Sed iuxta hoc incidit vna difficultas vtrum sc3 conuersio sit argumẽtatio vel contineatur sub specie argumentationis aut possit reduci ad argumentationem vel silogismuz. De isto dubio sunt varie opiniones Una ẽ q̃ conuersio contineatur sub aliqua specie argumentationis. et ratio eoꝝ talis est. qz in logica determinatur de omni modo veniendi ꝺ noticia noti ad noticiam ignoti. hoc autez ẽ complexum vel incõplexuz. si sit cõplexum tunc ẽ argumentatio. si sit incõplexum tunc inuenitur p diuisionem vel diffinitionem. Et cum conuersio non sit diffinitio vel diuisio ꝛ deueniatur p ipaz de noticia noti ad noticiam ignoti videtur q̃ sit argumentatio. aut q̃ cõtineatur sub aliqua specie argumentationis. Contra quã opinionez arguitur sic. qz petitur in qua specie argumenti sit. Non potest dici q̃ sit silogismus. neqz inductio. neqz exemplum. qz in illis ad minus sũt tres termini. Et q̃ nõ sit entimema patet. qz omne entimema habet tres terminos ꝛ est reducibile ad silogismum. sed conuersio non potest reduci ad silogismum. qꝺ patet. qz reducere aliquaz argumentationem ad silogismuz ẽ ostendere bonitatem ꝯñe per aliquam ꝯñam euidentiorem. sed si reduceretur conuersio ad silogismuz ibi esset negatio. igitur. Item in omni bona argumentatione silogistica nũq̃ medium intrat conclusionem neqz etiam in entimematica. sed in conuersione quicquid ponitur in antecedente ponitur in cõsequente. saltem dum illud pertineat ad essentiã ꝓpõnis. ergo sequitur q̃ conuersio non est argumentatio. qz in omni argumentatione ẽ aliquod medium in virtute cuius infertur talis ꝯclusio qꝺ non est in conuersione. qz conclusio infertur gracia totius complexionis. Sed ad has rationes sic respõdent. dicendo q̃ conuersio ẽ entimema. ꝛ q̃ in ea sunt tres termini. qz vnus eoꝝ sumitur in duplici habitudine sicut fit in silogismo expositorio. Alia est opinio que dicit q̃ conuersio non est formaliter entimema neqz aliqua argumentatio. Et ei⁹ approbatio in hoc stat quia si conuersio esset entimema oporteret illud reduci ad silogismum imperfectum secunde vel tertie figure. ꝛ ipsum silogismuz imperfectum reduci ad primam figuram per conuersionem. et tunc cõclusio illius silogismi imperfecti nõ erit alia a premissis vt patet in hoc exemplo. nullum b. est. a. ergo nullum. a. est. b. perficiatur. gꝰ per primum modum secunde figure addendo istam omne. a. ẽ. b. et arguatur sic. nullum. b. est. a. omne. a. est. a. ergo nullum. b. est. a. ꝛ iterum reducatur ad primam figuram per conuersiones maioris. et arguatur sic in celarent. nullum. a. ẽ. b. oẽ a. ẽ. a. gꝰ nullum. a. ẽ. b. conclusio non est alia a maiore. et tunc idem esset notius ꝛ ignotius. prius ꝛ posterius. qz idem assumeretur ad probandum seip sum. Item si conuersio esset entimema cuz omne entimema perficiatur per silogismuz: tunc conuersio perficeretur per silogismum. cõsequens est falsum qz silogismus perficitur per conuersionem. ergo conuersio non perficitur p silogismuz. qz tunc idez esset perficiens ꝛ pfectuz

quod est inconueniens.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. Conuersio nō est aliqua argumentatio cuz in ipsa nullum sit medium. z in omni argumentatione sit medium. gō conuersio nō est formalis ꝓña. Secundo arguitur. Homo z risibile conuertuntur. z similiter pater z filius z non per aliquaz harum specierū conuersionis ergo male ponuntur tm̄ tres species conuersionis. Tertio arguitur. Conuersio est mutatio situs terminoruz. ergo est passio terminoꝝ z nō ꝓpōnum. Quarto arguitur. Nihil dat alteri qō non habet. sed conuersio nō habet euidentiam necessitatis illationis. cuz oēs ꝓñe eam trahunt a silogismo. ergo conuersio non dabit silogismo euidentiam necessitatis illationis.

Ad rationes. Ad primā

dicitur concedendo añs z negando ꝓñam z ꝓñs qz ibi cōmittitur fallacia ꝓñtis arguendo ab inferiori ad superius negatiue. Ad secundam dicitur concedendo maiorem z minorem z negādo ꝓñaz. qz homo z risibile dicuntur termini cōuertibiles. pater autez z filius dicuntur ad conuertentiam z sic cōmittitur fallacia equiuocationis ratione illius verbi conuertūtur. Ad terciam dicitur negando añs. imo conuersio est cōsequentia ꝓpōnum que sequitur ad mutationes situs terminoruz. Ad quartam dicitur concedendo maiorem z distinguendo minorem vel formaliter z sic conceditur. vel effectiue z sic negat. qz per talem conuersionem ille ꝓpōnes que p⁹erant posite in silogismo imperfecto capiunt debitam dispositionem terminoruz a conuersione et sic conuersio est causa effectiua talis euidētie

Conuersio simplex est quādo fit de subiecto predicatum z de predicato subiectum manente eadem qualitate z quantitate. Et hoc modo conuertitur vniuersalis negatiua in seipsam. z particularis affirmatiua in seipsam. vt nullus homo ē lapis nullus lapis est homo. Quidā homo est animal. quoddaz animal est homo.

Circa hunc textum notandum ē primo q̄ post q̄ autor posuit conuersionis diuisionem: hic cōsequēter determinat de mēbris eius. Et qz in cōuersione simplici z per accidens manent iidē termini scōm rem z vocem simul: in conuersione vero per contrapositionem non manent iidem termini: ideo prius determinat de conuersione simplici z per accidens q̄ de alia. Et qz in conuersione simplici est simplex mutatio situs terminoruz z non mutatur quantitas nec qualitas: in conuersione vero per accidens est mutatio quantitatis: ideo autor prius determinat de conuersione simplici q̄ de conuersione per accidens. Et diffinitur conuersio simplex ab autore. est mutatio predicati in subiectuz z econtra manente eadem qualitate z quantitate. Et scōm hūc moduz conuertitur vniuersalis negatiua in vniuersalē negatiuam. z particularis affirmatiua in particularem affirmatiuaz. Que diffinitio non ē quidditatiua. sed soluz est descriptiua. z data per posterioza siue per accidētia que sunt nobis notiora. Ideo in hac diffinitione ponitur mutatio loco generis seu cōmunionis. Deinde ponitur predicati in subiectum z econtra. ad differentiaz cōuersionis per contrapositionem. Et ponitur manente eadem qualitate z quantitate. ad differentiam conuersionis per accidens. in qua est mutatio quantitatis. In hac tamen conuersione non manet eadem qualitas z quantitas in numero. quia conuertens et conuersa differunt numero.

Sed potest sic diffiniri a priori. Conuersio simplex est formalis ꝓña duarum ꝓpōnum vtroqz termino participantium ordine conuerso manēte eadem qualitate z quantitate. Unde cōuersio simplex de significato formali significat ꝓñam ꝓpōnum vtroqz termino participantium ordine conuerso in quib⁹ manet eadem qualitas z quātitas. Et sic habet pro fundamento ꝓpōnem cōuersam z pro termino cōuertentem. Unde cōuersio simplex potest capi dupliciter. Uno mō generaliter pro mutatione predicati in subiectū z econtra siue ibi sit mutatio terminoruz finituz in terminos infinitos. aut finitos. z sine mutatione qualitatis z quātitatis. siue sit ibi bona ꝓña formalis aut materialis. z sic vlis affirmatiua de terminis conuertibilibus conuertit̄ simpliciter. z particularis negatiua i materia remota. Alio mō potest capi conuersio simplex soluz pro ꝓña formali duarum ꝓpōnum vtroqz termino participantium manente eadem qualitate et quantitate. z isto mō hic diffinitur cōuersio simplex. Et potest dici simplex duabus de causis Prima est. qz ibi est simplex mutatio predicati in subiectum sine alia mutatione. Secundo dicitur simplex qz in hac conuersione ꝓpō per se primo z scōm se totaz conuertitur z non gracia sue partis. Uel dicatur sub alijs verbis q̄ conuersio dr simplex qz vna ꝓpō est illatiua alterius conuertibiliter eo q̄ conuertens sequitur ad conuersaz et econtra. Quod tamen nō fit in conuersione per

accidens. in qua licet particularis sequatur ad vniuersalem non tamen econtra. Et non dicitur simplex sicut quidaz dicunt eo q̄ per se fiat: sed q̄ vna ꝓ̄o infert aliam in bona ꝓ̄ñā sine mutatione qualitatis et quantitatis. Ideo non valet obiectio quā faciunt in qua dicitur nobiliori ꝓpositioni debetur nobilior conditio. sed vniuersalis affirmatiua est nobilior negatiua. et similiter conuersio simplex est nobilior conuersione p accidens. eo q̄ conuersio simplex est conuersio per se. z conuersio per accidēs fit p aliud. igitur Ad obiectionem rñdetur q̄ ratio procedit ex falsa suppositione. supponendo q̄ conuersio dicit simplex eo q̄ fiat per se. et dicitur per accidēs eo q̄ fit per aliud qđ non est verum. immo conuersio dicitur simplex propter causam prius dictaz

Sciendū est secundo q̄

pro declaratione predictoꝝ ponuntur alique regule. Prima est q̄ particularis affirmatiua de predicato cōi conuertitur formaliter in particularem affirmatiuaz conuersione simplici. z similiter indefinita. Probatur q̄ bene sequitur. quidam homo est animal. g⁹ quoddam animal est homo. Et ibi est mutatio predicati in subiectuz z econtra. igitur. Añs probatur q̄ si ista sit vera quidam homo est animal: tunc aliquid idem est homo z animal. signetur illud z sit sortes. et arguatur sic. sortes est homo. sortes est animal. g⁹ quoddam animal est homo. g⁹ bene sequitur de primo ad vltimum quidam homo est animal g⁹ quoddam animal est homo. qđ probatur per illam regulam ꝓ̄ñarū. quicquid sequitur ad ꝓ̄ñs bone ꝓ̄ñe sequitur ad eius añs. sed premisse filogisimi expositorij sequuntur ad istam. quidaz hō est animal. z ad premissas filogisimi expositorij sequitur ista quoddam animal est homo. g⁹ per illam regulam bene sequitur qđā homo ē animal g⁹ quoddam animal est homo. Secunda regula est. vniuersalis negatiua debite conuertit simpliciter in vlem negatiuam. Probatur sic. q̄ bene sequitur nullus homo est lapis. g⁹ nullus lapis est homo. suppositō q̄ sit de predicato cōi q̄ si esset de predicato singulari nō valeret ꝓ̄ña Probatur igitur regula. q̄ bene sequitur. nullꝰ homo est lapis. g⁹ nullus lapis est homo. quod patet. q̄ omnis illa ꝓ̄ña est bona in qua ex opposito ꝓ̄ñtis sequitur oppositum añtis. sed sic est de ista. q̄ ad istam quidam lapis est homo. que ē cōtradictoria ꝓ̄ñtis sequitur ista. quidam homo est lapis. que est contradictoria añtis. g⁹ prima ꝓ̄ña erat bona. Preterea si non sequitur nullus homo est lapis g⁹ nullus lapis est homo: oppositum ꝓ̄ñtis stabit cum añcedente. sed ad ipsum sequitur ꝯtradictorium antecedentis g⁹ due cōtradictorie stabunt simul in veritate quod est impossibile. z per consequens oportet primaz ꝓ̄ñaz fuisse necessariam. Et si dicatur vniuersalis negatiua z particularis affirmatiua conuertunt simpliciter. g⁹ vlis affirmatiua z particularis negatiua debent etiā conuerti simpliciter vel oportet dare causam quare non. Respondetur q̄ cōsequentia nō valet. et causa est q̄ in vniuersali negatiua subiectum z predicatum eodem modo supponunt scz confuse z distributiue. et ita sicut predicatum negatur de subiecto: ita subiectū negari potest de predicato. Et similiter in particulari affirmatiua tam subiectuz q̄ predicatum particulariter z affirmatiue de se inuicem predicantur. Sed in vli affirmatiua subiectum distribuit z non predicatum. q̄ nullius ꝓpōnis affirmatiue predicatuz distribuitur z ita conuertendo simpliciter vniuersalem affirmatiuam argueretur a non distributo ad distributum ex parte predicati. z cōmitteretur fallacia consequentis. Et pariformiter est in particulari negatiua. q̄ subiectuz particularis negatiue non distribuitur. cum nullius ꝓpōnis particularis subiectum distribuat et predicatum eius distribuitur eo q̄ est predicatum ꝓpōnis negatiue et ita argueretur a non distributo ad distributum z ex parte subiecti. z talis modus arguendi non valet.

Sciendum est tertio q̄

pro solutione aliquorum argumentoꝝ que possent fieri circa conuersionem simplicem ponunt aliqua documenta que valent ad faciliter cōuertendum multas ꝓpōnes de quibus est difficultas. Primum documentum est tale. q̄ quādo in aliqua ꝓpōne ponitur aliud verbum ab illo verbo est/tale verbuz debet resolui in est z suuz participium si tale verbum habeat participium eiusdem significationis z tēporis. z si tale ꝓbum non habeat participium eiusdez significationis z tēporis debet suppleri per istud nomen infinitum qui vel quis. sicut ista nullus homo amat. debet sic conuerti. nihil qđ amatur est homo.

Secundum documentuz est q̄ ad propriē cōuertendum ꝓpōnes de obliquis oportet eas resoluere anteq̄ conuertantur. ita q̄ resoluant in vnam categoricaz habentem subiectum predicatum z copulam. quo facto conuertantur sicut alie. Exemplum. me penitet peccati. hec debet resolui in istam. ego habeo penitenciam de peccato. quo facto sic conuertitur. habens penitenciam de peccato est id qđ ego sum. Similiter ista nullus furnus est in pane debet resolui in istam nullus furnus est ens in pane. z sic conuertitur. g⁹ nullum ens in pane ē furnus. Tertium documentum est q̄ ꝓpōnes de verbis impersonalibus sicut ista. tedet animam meam vite mee. itur in antiquaz siluam. interest regis bene facere. debent sic resolui. Anima mea habet tedium dē vita mea. aliquis it vel vadit in antiquam siluam.

aliquid quod spectat ad regem est bene facere. z sic de omnibus aliis in quibus ponũtur verba impersonalia quibus resolutis debent sic ꝓuertisicut z alie ꝓpõnes. Aliud documentum ẽ ꝙ ꝓpõnes in quib⁹ a parte subiecti ponitur obliquus vel signuz obliquz debet resolui in rectũ in conuertente mediãte illa dictione qui vl quis posita in tali genere in tali numero z in tali casu sicut obliquus ponebatur in conuersa. vt cuius libet hominis asinus currit. que sic resolui⁹ qui libet homo ẽ cuius asinus currit. et conuertitur in istam per accidens. cuius asinus currit est hõ Et ista nullius hominis oculus ẽ dexter. que sic resoluitur. nullus homo est cuius oculus ẽ dexter. z sic conuertitur simpliciter nullus ens cui⁹ oculus est dexter ẽ homo. Et generaliter omnes ꝓpõnes similes debent similiter resolui z ꝓuerti

Aliud documentuz est ꝙ quando autor dicit vniuersalis negatiua conuertitur in vniuersalez negatiuam. intelligitur dum illa sit de modo loquendi consueto. z de predicato cõi. et de terminis finitis. dum etiam non arguatur a min⁹am plo ad magis amplum. ita vt copula teneaꝯ eq̃ ample z eque restricte in conuertente et cõuersa qz alias non valet consequentia.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. Aliquis homo est generand⁹ g⁹ generãduz est homo. g⁹ particularis affirmatiua non conuertitur in particularem affirmatiuam.

Secundo arguitur. Non sequitur nullus homo est mulier. g⁹ nulla mulier est homo. ergo vlis negatiua non conuertitur formaliter scõm conuersionez simplicem in vlem negatiuã

Tertio arguitur. Non sequitur nullus homo est species. ergo nulla species est homo. igitur.

Quarto arguitur. Non sequitur album fuit homo g⁹ homo fuit albus. suppositio ꝙ sortes incipiat nunc fieri albus. tunc ista est vera albũ fuit homo que est añs. z ista est falsa homo fuit albus que est ꝓñs. igitur.

Ad rationes. Ad primã dicitur ꝙ conceditur añs. z negatur ꝓña. qz non bene conuertitur. sed debet sic cõuerti. g⁹ quoddam generanduz est vel erit homo. qz oportet ꝙ termini teneantur eque ample z eque restricte in vna sicut in alia. Ad secundam dicitur ꝙ cõceditur añs. z negatur ꝓña. qz non bene conuertitur. sed debet sic conuerti. nulla mulier est aliquis homo. ita vt iste terminus homo eodẽ mõ teneatur in conuertente sicut in cõuersa. Ad tertiam dicitur ꝙ conceditur añs z negatur consequentia. qz non bene conuertitur. sed debet sic conuerti. ergo nulla species ẽ aliquis homo. ad hoc ꝙ homo teneatur in secunda pro suppositi sicut tenebatur in prima. Ad quartaz dicitur ꝙ anteꝯ illa conuertatur debet resolui in istam. album est preteritus homo. z tunc sic conuertit⁹ ergo preteritus homo est albus.

Conuersio per accidens ẽ facere de subiecto predicatum et de predicato subiectum manẽte eadem qualitate sed mutata quantitate. z hoc modo cõuertitur vniuersalis affirmatiua in particularem affirmatiuam. et vniuersalis negatiua in particularem negatiuam. vt omnis homo est animal ergo quoddã animal est homo. nullus homo est lapis ergo quidaz lapis nõ est homo.

Circa hunc textum notandum ẽ primo ꝙ post ꝯ autor determinauit ð conuersione simplici in qua ẽ sola mutatio predicati in subiectum z ecõtra. consequenter autor determinat de conuersione per accidens in qua est mutatio predicati in subiectum cum mutatione quantitatis ꝓpõnis. Et debet intelligi ꝙ ibi est mutatio quantitatis. i. ꝙ illa ꝓpõ que sequitur scilz conuertens non est eiusdem quantitatis cum conuersa. Et difficilit sic autor conuersionem per accidens. ꝙ ẽ mutatio predicati in subiectum z econtra manente eadem qualitate sed mutata quantitate. Et dicit conuersio per accidens. qz scõm ipsam ꝓpõ nõ conuertitur scõm se totam z per se primo. sz gracia sue partis scilz scõm suam particularem. Ut ista. omnis homo est animal. conuertitur in istaz aliquod animal est homo. gracia istius particularis quidam homo est animal. Et sic illa ꝓpositio dicitur conuerti per accidens que non ꝓuertit scõm omnes suas singulares sz scõm aliquaz tm. ideo talis conuersio nominatur per accidẽs nam illud qð conuenit scõm partem alicui cõuenit ei per accidens. Aduertendum est tamen ꝙ conuersio per accidens potest capi dupliciter Uno mõ pro p se significato z formaliter. z hoc modo diffinitur hic z sic significat añam ꝓpositionum vtroq3 termino participantium ordine conuerso. in quibus manet eadem qualitas sed mutatur quantitas. Et hoc modo a priori potest sic diffiniri. Conuersio per accidens est formalis ꝓña ꝓpõnum vtroq3 termino participantiuz ordine conuerso in quibus manet eadez qualitas

sed mutatur quantitas. Alio mō capitur pro denominato t tunc illa ppō que hoc modo cōuertitur diceretur conuersa per accidens t alia diceretur conuertens.

Sciendus est secundo q

scōm hanc conuersionez debite conuertitur vniuersalis affirmatiua in particularem affirmatiuam. Probatur q hec est bona ꝓña cum mutatione predicati t subiecti. vt omnis homo est aial ergo quoddam animal est homo. Quod patet p illam regulam. quicquid sequitur ad consequēs bone consequentie sequitur ad eius añs. sed ad istam omnis homo est animal sequitur ista quidam homo est animal per legem subalternarus et ad istam quidam homo est animal sequit' ista quoddam animal est homo per conuersionē simplicem. ergo ista quoddam animal est homo sequitur ad istam omnis homo est animal per cōsequentiam de primo ad vltimum. Sed tamē vniuersalis affirmatiua non conuertitur simpliciter. q tunc argueretur a non distributo ad distributum ex parte predicati prime. q non distribueretur in prima cum esset predicatum ppositionis affirmatiue. t tamen distribueretur in secūda cum esset subiectum ppōnis vlis. Aliter probatur. q si non sequatur omnis homo ē animal ergo quoddaz animal est homo: tunc oppositū ꝓñtis scz nullum animal est homo ad quā sequitur contrarium t etiam contradictorium antecedentis stabit in veritate cum antecedente. t per consequens due contradictorie t etiam due contrarie simul starent in veritate qō est impossibile Consequentia patet per vnam maximam fundatam in primo principio qōlibet cuz quolibet vel eius oppositum stat. Similiter scōm hanc cōuersionem debite conuertitur vlis negatiua in particularem negatiuaz. probatur q hec est bona ꝓña nullus homo est lapis ergo quidam lapis nō est homo. igitur vlis negatiua debite cōuertitur in particularem negatiuam. añs patet. q bene sequitur nullus homo est lapis g? nullus lapis est homo. per conuersionem simplicez vniuersalis negatiue. sed ad istam nullus lapis est homo sequitur ista quidam lapis non est homo per legem subalternarum. ergo ista quidam lapis non est homo sequebatur ad primam scz ad istam nullus homo est lapis t sic prima ꝓña fuit bona. Aduertendum est tamen q iste propositiones omnis homo ē mortuus. omnis hō est generandus. nullus homo est mulier. omnis homo preter sortez currit. t omnis homo inquātum animal est sensitiuus. et sic de alijs non sic conuertuntur. quoddam mortuum est homo. et sic de alijs. sed prima conuertitur in istaz. quod fuit mortuuz est vel fuit homo. alia conuertitur in istam aliquod generandum est vel erit homo et alia sic conuertitur quedam mulier non ē aliquis homo. et alia sic conuertitur aliquod currens est homo alius a sorte. et alia sic conuertit' aliquod sensitiuum inquantuz animal est homo

Et generaliter anteq̄ conuersio valeat oportet q termini teneantur eque ample t eque restricte in conuersa t conuertente.

Sciendum est tertio q

duplex est conuersio. Quedaz est conuersio propie dicta quando scz de subiecto conuerse fit predicatum conuertentis. et de predicato conuerse fit precise subiectum conuertentis nihil addendo t nihil remouēdo qō se teneat a parte subiecti t predicati. Alia ē conuersio impropie dicta seu reductiua. t est quando fit additio vel remotio alicuius in subiecto vel predicato conuerse vel conuertentis. Hoc notato infertur tale corelariuz. q scōm primū moduz conuersionis nō omnes ppōnes vniuersales affirmatiue aut negatiue sunt conuersione per accidens conuertibiles. Neqz etiam vniuersales negatiue t particulares affirmatiue sunt conuertibiles conuersione simplici. Sed bene scōm secundum modum conuersionis omnes sunt' cōuertibiles. Sed iuxta hoc dubitatur quomō conuertuntur iste. Neuter istorum est albus. t similiter ista. Uteqz istoz est albus. Parisius t rome venditur piper et sic de similibus. Ad hoc respōdetur q prima sic conuertitur. nullum album est aliquis istorū Secunda vero sic conuertitur. aliqō album ē alter istorum. Sed tertia anteq̄ conuertatur debet resolui in aliam ppōnem puta in istam. vtroqz istoz locoz venditur piper. t debet sic conuerti quod venditur altero istoz locoz est piper.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. Non sequitur omnis homo videt lapidem. ergo quidam lapis videt hominē ergo vniuersalis affirmatiua non debite conuertitur per accidens. Secundo arguitur. Nō sequitur omnis homo est mortuus. ergo quoddā mortuum est homo. cum añs possit esse verum ꝓñte existēte falso. ergo vniuersalis affirmatiua non conuertitur per accidens. Tertio arguit' Non sequitur, nullus homo est generandus. g? quoddam generandum non est homo. nec similiter sequitur nullus senex erit puer. ergo null? puer erit senex. ergo male conuertitur vlis negatiua. Quarto arguitur. Non sequitur nullum animal preter hominez est rationale. ergo quoddam rationale non est animal preter hominem. ergo vniuersalis negatiua non debite conuertitur per accidens.

Ad rationes. Ad primā

dicitur concedendo añs t negando ꝓñam. quia

non bene conuertitur. sed debet sic cõuerti. ergo quoddam videns lapidem non est homo. Ad secundaz conceditur añs z negatur ꝓña. qz commictitur fallacia cõsequentis arguendo a magis amplo ad minus amplum. z sic non valet ꝓña

Ad tertiam dicitur per eandem rationem. qz omnes tales male ꝯuertuntur eo ꝙ termini non tenentur eque ample z eque restricte in vna ꝓpositione sicut in alia. Ad quartaz dicitur ꝙ illa male conuertitur sed debet sic cõuerti. gꝰ quoddam rationale non est animal aliud ab homine resoluendo ly preter in aliud ab. z hoc modo debet fieri in reduplicatiuis z exclusiuis.

Conuersio per contrapositionem est facere de subiecto predicatum z de predicato subiectum manente eadem qualitate z quantitate sed mutatis terminis finitis i terminos infinitos Et hoc modo conuertitur vniuersalis affirmatiua in vniuersalem affirmatiuam. z particularis negatiua in seipsã. vt omnis homo ẽ animal. ergo omne non animal est nõ homo. Quidam homo non est lapis. ergo quidam non lapis non est non homo. Unde versus.

Simpliciter feci. conuertitur eua per acci.
Asto per contra. sic fit conuersio tota.
Asserit a negat e sunt vniuersaliter ambe.
Asserit i negat o sunt particulariter ambe.

Et sciendum est ꝙ signum positz in subiecto propositionis que debet conuerti debet poni supra totum predicatuz z totuz reduci ad subiectum in conuertente. Preterea eadez est cõuersio propositionis particularis indefinite z singularis.

Circa hunc textum notandum est primo ꝙ determinato õ conuersione simplici et per accidẽs vbi termini mutantur solum scõm situm: consequenter autor determinat de conuersione ꝑ contrapositionem vbi termini mutantur scõm situ z significata simul. Et diffinit eaz sic. Conuersio per contrapositionem est mutatio predicati in subiectum z econtra manente eadem qualitate z quantitate. sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos. Et non debet intelligi ꝙ ibi sit proprie mutatio subiecti in predicatuz z econuerso nisi scõm vocem z non scõm rem significatam. qz terminus finitus z infinitus non significant vnaz z eandem rem. nec sic sunt vnꝰ z idem terminus nisi scõm vocem. Et sicut dictum ẽ de aliis diffinitionibus que dantur per posteriora sic etiam dicenduz est de ista. Et dicitur cõuersio per contrapositionem eo ꝙ termini vnius ꝓpositionis sunt cõtradictorij terminis alterius ꝓpõnis. Unde de terminis finitis z infinitis datur talis regula ꝙ quanto terminus finitus ẽ minus cõis tanto terminus sibi contradictorius ẽ magis cõis. Uerbi gracia. homo et animal se habent sicut superius z inferius sic ꝙ homo est inferius ad animal sed non homo est superius ad non animal. negatio enim de superiori facit inferius. z õ inferiori superius. Et scõm quosdam conuersio per cõtrapositionem non est formalis consequentia. qz vt dicunt nõ tenet in omnibus terminis consimili forma arguendi retenta. Et dant instantiam. qz vniuersalis affirmatiua in terminis transcendentibus nõ potest conuerti. vt non sequitur omnis homo est existens. ergo omne non existens est non homo. qz prima est vera z secũda falsa. qõ patet. qz vlis affirmatiua est falsa cuius subiectum ꝓ nullo supponit. Similiter dicunt ꝙ particularis negatiua de terminis ꝓ nullo supponentibus non conuertitur debite scõm istam conuersionem. qz non sequitur scõm eos chimera non est homo. gꝰ quidam non hõ non est non chimera. quia prima ẽ vera z secunda falsa. Qz autez secunda sit falsa patet qz sua contradictoria est vera scz ista. ois non homo est non chimera. Sed isti male dicunt qz omnes tales debite conuertuntur. Et ad probationes earum dicitur ꝙ subiecta illarum ꝓpõnum ꝓ aliquo supponut. s. ꝓ aliqꝰ ymaginabili qõ significant et hoc sufficit. Similiter hec est falsa omnis nõ hõ est chimera. quia chimera est non homo, et tamen chimera non ẽ nõ chimera.

Sciendum est secundo q̄ scōm istam conuersionem debite conuertit' vniuersalis affirmatiua de terminis finitis in vniuersalem affirmatiuaz de terminis infinitis. probatur. q̄ hec est bona conuersio per contrapositionem. omnis homo est animal. ergo omne nō animal est non homo igitur. Añs patet. q̄ bene sequitur. omnis homo est animal. g̃ omnis hō non el't non animal. q̄ animal z non animal contradicunt. Et vltra omnis homo non est non animal. ergo omne non animal non ē homo. per cōuersionem simplicem vlis negatiue. Et vltra oē non animal non est homo. ergo omne non asal est non homo. q̄ homo z nō homo contradicūt ideo de quocūqz vere negatur homo: de ipso ve affirmabitur non homo. ergo de primo ad vltim bene sequitur omnis homo est animal. ergo omne non animal est non homo. Posset etiaz proba ri aliter. q̄ sicut animal est superius ad hominē ita non homo est superius ad non animal. ratione infinitationis. ideo sicut animal vliter verificatur de homine: ita non homo de non animali

Similiter scōm istam conuersionem debite cōuertitur particularis negatiua in particularem negatiuam. q̄ bene sequitur cuz transpositione terminorum z mutatis terminis finitis in terminos infinitos. vt bene sequitur quidam homo ñ est lapis. g̃ quidam non lapis nō est non homo ergo illa conuersio est bona. Añs patet. q̄ bene sequitur quidam homo non est lapis. g̃ quidaz homo est non lapis. q̄ lapis z non lapis contradicunt. Et vltra quidam homo est non lapis. g̃ quidam non lapis est homo. per cōuersionē simplicem particularis affirmatiue. Et vltra quidaz non lapis est homo. ergo de primo ad vltimum sequitur quidam homo non est lapis. ergo quidam non lapis non est non homo. et sic particularis negatiua debite conuertitur in particularem negatiuaz per contrapositionem. Non tamē cōuertitur simpliciter vel per accidens. q̄ ibi argueretur a non distributo ad distributuz ex parte subiecti prime q̄ non distribueretur in prima cum esset subiectuz ppōnis particularis. et tamē distribueretur in secunda cuz esset predicatuz propositionis negatiue.

Sciendum est tertio q̄ determinatis et positis diffinitionib9 conuersionis: consequenter autor ponit in textu duo notabilia. Primum est q̄ signum positum in subiecto ppōnis conuerse non debet poni seu sumi cum predicato ppōnis conuertentis sed cuz subiecto eius. Et hoc intelligendum est de conuersione simplici z per contrapositionem in quibus manet eadem quantitas et idem signum. et non in conuersione per accidens vbi mutatur quantitas. Secunduz notabile ē q̄ eadez est conuersio particularis indefinite z singularis. Ratio ē q̄ sicut singularis pro vno supposito verificat: ita etiam particularis z indefinita. ideo de ipsis est idem iudicium quoad cōuersiones. sed nō q̄ ad oppositiones vt aliqui dicunt. q̄ due particulares diuerse qualitatis opponuntur subcontrarie dūmodo sint eiusdem subiecti z predicati: z tamen due singulares eiusdez subiecti z predicati diuerse qualitatis nō opponuntur subcontrarie sed potius ꝯtradictorie. Ex quo manifeste patet q̄ illi false dicunt dicentes idem esse iudicium de singularibus particularib9 z indefinitis quoad oppositiones z equipollentias. Sed cōtra hoc arguitur. ppō singularis affirmatiua z singularis negatiua de predicatis cōnumerib9 cōuertuntur formaliter cōuersione per accidēs. q̄ bene sequitur sortes ē hō. g̃ aliquis hō ē sortes. z etiam. sortes non est asinus. ergo alibuis asinus non est sortes. et non possunt conuerti simpliciter: cum in illis sit mutatio quantitatis. ergo conuertuntur per accidens. et sic predictuz notabile erit falsum. quare illi dicentes q̄ nō est idem iudicium de singularibus z particularib9 negant autorem. Quidam tamen excusare volentes ipsum dicunt q̄ autor noluit habere nec sentire q̄ particularis indefinita z singularis eodem modo conuertuntur: sed tamē voluit dicere q̄ sicut particularibus z indefinitis conuenit posse conuerti: sic etiam singularibus conuenit posse conuerti.. Sed in hoc non bene eum excusant. q̄ cum tradere deberet artem sufficientem de conuersionibus: z nō doceat scōm ipsos qualiter ppōnes singulares debeant conuerti: videtur esse diminut9. similiter z Aristoteles qui determinat de conuersionibus qō non est dicēduz

Ideo aliter dicendum est. q̄ eadem est conuersio particularis indefinite z singularis. Et ad argumentuz respondetur dicendo q̄ singularis z particularis sunt eiusdem quātitatis hoc modo intelligendo q̄ duplex reperitur quantitas in propositionibus. Una est que se tenet ex parte modi enunciandi predicatum de subiecto. z illo mō conceditur q̄ non manet eadez quantitas in singulari z in particulari. Alia est quātitas que se tenet ex parte huius quod est reddere locutionē veram. Et tunc dicitur q̄ singularis z particularis sunt eiusdem quantitatis ad hoc qō est reddere locutionem veram. cum in ipsis eadem sit causa veritatis. Ex quo z patere potest q̄ ppositio particularis potest capi dupliciter. Uno mō specialiter pro ppōne in qua subicitur termin9 cōmunis signo particulari determinatus. z sic ppositio particularis distinguitur a singulari. Alio mō capitur generaliter pro omni ppōe ad cui9 veritatē sufficit veritas pro vno supposito z sic indefinita z singular' sūt ppōes particulares

Ideo hoc modo diceretur q̄ eis ppō singularis de mō enūciandi z sīr indefinita ꝓuertīt in aliā ppōnē q̄ est eiusdē quātitat⁹ nō quātū ad modū enūciādi sed quātū ad hoc qđ ē reddere locutiones veram. Et ideo oportet dicere q̄ sic debet intelligi diffinitio ꝓuersionis simplicis q̄ ē mutatio subiecti in p̄dicatū z ecōtra manēte eadē q̄litate z quantitate in ꝓuertēte z ꝓuersa quantum ad hoc qđ est reddere locutionem veram.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. Termini finiti et infiniti non sunt idez termini. g⁹ in ꝓuersione p ꝓtrapositiones nō fit ō subiecto p̄dicatū. Secūdo arguit⁹ si particular⁹ negatiua ꝓuerteret⁹ p ꝓtrapositiones argueret⁹ a nō distributo ad distributū et pte subiecti ꝓuerse qđ nō distribuer⁹ in prima z tū distribueret⁹ in secūda cū esset p̄dicatus ppōnis negatiue. g⁹ tal⁹ ꝓuersio nō valet. Tertio arguit⁹ Nec ē bona ꝓuersio. aliquis hō ē sortes. g⁹ sortes ē hō. z tū signū nō addit⁹ p̄dicato ꝓuerse positū a pte subiecti ꝓuertētis. qz termino singulari nō debet addi signū. g⁹ primū nōbile ē falsus

Quarto arguit⁹. si illud nōbile esset verū seq̄ret⁹ q̄ vni z idez termino apponer⁹ duo signa sinonima qđ ē falsus. añs patet ꝓuertēdo istā quidā hō ē qđdaz aial. qz tūc debet sic ꝓuerti. qđdam aial est homo. vbi est manifesta nugatio.

Ad rationes. Ad primā

dr distinguēdo añs. vl q̄ nō sint idē termini scōz vocē z sic negat⁹. vl scōm rē z vocē z sic concedit⁹

Ad secūdā distinguit⁹ añs vel ex pte eiusdem termini z sic negat⁹. vl mutato termino scōm rem z sic ꝓcedit⁹. mō regula illa intelligit⁹ q̄n arguit⁹ a termino nō distributo in vna ad eūdez nō distributuz scōm rē z vocē i alia qđ nō fit ibi. Ad tertiā ꝓcedat⁹ totū argumētū z negat⁹ vltima ꝓña qz illud nōbile supponit si sit possibile et ꝓueniēs q̄ tale signuz addatur p̄dicato ꝓuerse. qđ nō fit i illis ppōnib⁹ in quib⁹ p̄dicatū est termin⁹ singularis.

Ad q̄rtā dr q̄ debet sic ꝓuerti addēdo subiecto ꝓuertētis hoc addituz qđ est. ideo sic ꝓuertit⁹ quidaz hō ē qđdaz aial. ergo qđdaz qđ ē qđdam aial est hō. Et hec de ꝓuersionib⁹ dicta sufficiāt.

Equit⁹ de ppōe ypotetica. Propositio ypotetica ē illa q̄ habet duas cathegoricas ppōes tāquā principales ptes sui. vt si hō currit hō mouet⁹. Et dr ypotetica ab ypos qđ ē sub z thesis qđ ē positio q̄si suppositio siue suppositiua locutio. qz vna ps ei⁹ supponit⁹ alteri. Propositionū ypotheticaz alia ꝓditionalis alia copulatiua. alia disiūctiua

Circa hūc textum notāduz ē primo q̄ postq̄ autor supius determinauit ō ppōne cathegorica ō qua principaliter intēdit in hoc capitulo: ꝓnter intendit determinare ō ppōne ypotetica que cōponit⁹ ex pluri⁹ cathegoricis. Et sequit⁹ cathegorica sicut opositū sua ꝓponentia. Ipsam prio sic diffinit⁹. Propositio ypothetica ē illa in qua cōiungūtur due cathegorice p aliquā ꝓiūctionem

Pro cui⁹ declaratione ē notādū q̄ ppō ypothetica potest capi dupl⁹. vno⁹ p significato ei⁹ formali. z tūc significat respectū rōis fundatū sup duab⁹ cathegoricis ꝓiūctis p aliquā ꝓiūctionez cōpatis ad suū significatū cplexū. Alio⁹ capit⁹ p denoiato z tūc ē qđdaz cplexū ex duab⁹ cathegoric⁹ cōiūctis p aliquā ꝓiūctionez. Et hoc mō h̄ nō diffinit⁹ qz nō habet vnū p se ꝓceptū nec vnaz quidditatē. Sz prio mō h̄c diffinit⁹. In q̄ diffinitione ponit⁹ hoc relatiū illa qđ refert⁹ gen⁹ diffiniti. Et residuū ponit⁹ ad dām p̄dis cathegorice. vnde hoc totū. s. illa q̄ habet duas cathegoricas ꝓiūctas p aliquā ꝓiūctōnē ponitur ad circūloquēdū suā ppriā dām q̄ ē nob⁹ ignota. ideo ponitur ei⁹ fundamētū ad notificāduz nob⁹ dāz

Et debet intelligi p̄dicta diffinitio ppō ypotetica ē illa q̄ habet duas cathegoricas mediate vl imediate: explicite vl implicite: ꝓiūctas p aliquā ꝓiūctionē aut p aliqđ sibi equivalēs. vel includēs ⁊tualiter ꝓiūctionē. Et dr mediate. qz est aliq̄ ypotetica q̄ imediate nō cōponit⁹ ex duab⁹ cathegoricis. Et dr implicite ppter illas ppōnes. magistro legēte pueri pficiūt. sole lucēte dies est. In quib⁹ ponūtur due cathegorice iplicite z conunctio vniēs p̄dicatū. qz ablatiui positi absolute possūt resolui p duz p si vl p qz. Et dr p aliqđ sibi equivalēs vl includēs ⁊tualiter ꝓiūctionez. qz multe sūt ypotetice in quib⁹ nō ponit⁹ formal⁹ aliq̄ ꝓiūctiones sz solū ⁊tualiter vt patuit in predictis ppōnib⁹. Ideo patet q̄ due ppōnes cathegorice in ppōe ypotetica se habēt vt materia. z copula ꝓiūctionalis vt forma. que si sit negata ppō ypotetica erit negatiua z si sit affirmata erit affirmatiua. Et sic possūt dici q̄les. cū habeāt copulā principalē affirmatā vl negatā. Sz nō dicit⁹ quāte. qz quātitas ppōnis se tenet ex pte subiecti. sed subiectū nō ē ps ypotetice nisi bn̄ remota sz a ptib⁹ remotis nō debet fieri ēnoiatio. g⁹ ꝛc.

Scienduz est secundo q̄

ppō ypotetica dr ab ypos qđ est sub. z thesis positio. quasi suppositiua locutio. Et si dicat⁹ in ppōne ypotetica nō enūciatur vna ppō de alte-

ra cuz vna nõ se habeat p modus subiecti z alia p modum ꝑdicati. gꝰ illa locutio non debet dici suppositiua. Ad hoc dicitur ꝯcedẽdo añs. et negando ꝯñam. qz ypotetica nõ ỏz suppositiua locutio eo ꝙ in ipsa vna sit subiectuz z alia ꝑdicatum: sed qz in ipsa vna cathegorica ẽ in potentia ad aliaz. z se habet p modũ determinabilis. ido aliquo mõ sibi supponit. Et si vlterius dicat vnum oppositũ non constituit aliud. sed ppõ ea thegorica z ypotetica opponũtur cũ sint mẽbra diuidentia ꝓpõnez. gꝰ cathegorica non ꝯstituit ypoteticaz. Ad hoc rñdetur negando maiorez. et distinguẽdo minorez vel si cathegorica z ypotetica capiuntur p se significatis z sic concedit qz opponũtur nec vna est ps alteriꝰ. Sed si capiantur p denoiatis z sic negatur cuz hoc mõ vna nullo modo est pars integralis alterius.

Sciendum est tertio ꝙ

hic ꝯñter autor notificat ꝓpõnẽ ypoteticaz p diuisionez. secũdo exequit determinãdo de mẽbris eiꝰ ibi conditionalis ꝛc. dicit gꝰ sic ꝓpõnũ ypoteticaz alia conditõnalis alia copulatiua z alia disiunctiua. Et vltra has species ponunt aliqui alias tres species scz causalez localez z tẽporalẽ verũtñ ille reducũtur ad predictas. Et ipsaz sic habetur suff. cientia. quia in omni ꝓpõne ypotetica coniunguntur due cathegorice. vel gꝰ cõiunguntur scõm vocẽ tñ z sic est disiũctiua. vel scõz vocez z significata simul. z hoc ẽ dupliciter. vel illa significata denotantur se habere p modum añcedẽtis z ꝯñtis z sic est conditionalis. vel copulantur p modus diuersoz z sic est copulatiua

Ex quo patet ꝙ in conditionali in qua vniũ due cathegorice p modus añcedẽtis z ꝯñtis z p modus vniꝰ. magis denotantur vniri ꝙ in alijs in quibꝰ vniũtur p modus diuersoz. Ad copulatiuaz ỏo reducũtur tẽporalis z localis. Uñ tẽporalis est illa cuiꝰ partes copulãtur p hoc aduerbiuz tpale duz. aut p aliqđ sibi equiualẽs. vt sortes currit duz plato disputat. Et ad veritatez eius requiritur ꝙ illi duo actus qui enũciant exerceantur in eodez tpe. Et ad falsitatẽ eiꝰ requiritur ꝙ in diuersis tẽporibꝰ exercentur z ideo tẽporalis reducitur ad copulatiuã qz tñ valet dicere sortes currit in aliquo tpe z i illo plato disputat

Similiter localis ẽ illa cuiꝰ ptes copulant per hoc aduerbiuz locale vbi. Ideo denoiatur locale ab hoc aduerbio vbi. Et ad veritatẽ eiꝰ requirit ꝙ illi duo actꝰ qui enũciant exerceantur in eodẽ loco. Et ad falsitatẽ requirit ꝙ nõ exerceãt in eodem loco sz in diuersis. qz tñ valet dicere sortes currit vbi plato disputat. siue sortes currit in aliquo loco z in eodez plato disputat. Similiter causalis sub cõditionali continet. qz causal significat ordinem quẽ etiaz cõditionalis importat Distinguentes tñ hãc a cõditionali dicũt: ꝙ conditionalis importat solaz ꝯñaz ꝓpõnũ: sed causalis importat causaz ꝯñe. Uñ causalis ꝓpõ est illa in qua cõiũguntur due cathegorice p hanc ꝯiunctionẽ qz. vel p aliqđ sibi equiualens. vt qz sol lucet dies ẽ. Et ad eiꝰ veritatẽ requirit ꝙ añs sit cã ꝯñtis. Et ad falsitatẽ ꝙ añs nõ sit cã ꝯñtis

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. hec est ypotetica sortes currit qui mouetur. z tamen ibi non cõiunguntur due cathegorice per aliquaz coniunctionẽ. gꝰ contra diffinitionem ꝓpõnis ypotetice. Secũdo arguit sic. ex duobꝰ entibus in actu nõ potest fieri vnum tertiuz. sed due cathegorice sunt due ꝓpõnes i actu. gꝰ ypotetica nõ potest fieri ex duabꝰ cathegoricis. Tertio arguit sic. si ista vox. a. imponeretur ad significanduz tñ quantuz ista ꝓpõ. si sortes currit sortes mouetur: esset ꝓpositio ypotetica. et tamen in ea non cõiũgũtur due ꝓpõnes cathegorice p aliquã ꝯiũctionẽ. gꝰ ỏtra diffinitionẽ. Quarto arguit sic. quedaz ꝓpõ ẽ copulatiua z disiunctiua simul vt sortes currit vel plato z iohannes disputat. ergo membra diuisionis coincidunt.

Ad rationes. Ad primã

ỏz ꝙ distinguit maior. vel formaliter z sic negat. vel ꝟtualiter z sic conceditur. Et eodez mõ dicat ad minorez. Ad secundaz ỏz ꝙ ꝯcedit maior nisi vnuz sit in potentia ad reliquuz. mõ vna cathegorica ẽ in potentia ad aliaz. Et etiam qz due cathegorice se habẽt in potẽtia respectu copule ꝯiũctionalis cũ habeãt se vt materia ꝓpõis ypotetice. Ad tertiã ỏz ꝙ casu admisso ỏz ꝙ equalẽter ibi essent due cathegorice ꝯiũcte per aliquã ꝯiũctionẽ. z hoc patere potest in expositiõe diffinitionis. Ad q̃rtã ỏz ꝙ distinguit añs vel respectu eiusdẽ z sic negat. vl respectu diuersoz z sic ꝯcedit. sic intelligẽdo ꝙ aliqđ idez ꝓplexuz potest dici copulatiua z disiũctiua per respectuz ad diuersas copulas.

Conditionalis est illa in qua coniunguntur due cathegorice per hanc coniunctionez si. vt si sortes currit sortes mouetur.

Et illa cathegorica cui imediate preponitur illa coniunctio si dicitur antecedẽs. reliqua vero consequens. Ad veritatez conditionalis exigitur ꝙ antecedens non possit esse verum si

ne consequente. vt si homo est animal est. Unde omnis conditionalis vera est necessaria. et omnis falsa est impossibilis.

Ad falsitatem conditionalis sufficit q antecedens possit esse verum consequēte existente falso. vt si homo est album est.

Circa hunc textum notandum est primo q hic cō sequenter autor determinat de mēbris ꝓpōnis ypotetice. Et primo determinat de conditionali. qr perfectior est aliis ypoteticis. eo q in ipsa vniuntur cathegorice per modum añcedētis t ꝯnis cuius ois ꝯna silogistica t generaliter ois argumētatio fit ꝓpō ypotetica. cuius in ipsis diūgant due ꝓpōnes cathegorice p istam diūctionem ergo. In aliis añt ypoteticis vniūtur solum due cathegorice p modum diuersarum ꝓpōnum. ideo pr⁹ determinat de conditionali q̄ de aliis ipsarum primo sic diffiniens. Cōditionalis ē illa in qua coniungūtur due cathegorice p aliquā ꝯiunctionē ꝯditionalem siue hoc fuerit explicite vel implicite siue formaliter aut equiualenter. qr de equiualentib⁹ idem est iudicium. Et dr talis ꝓpō ꝯditionalis q̄ ponit veritatē sui ꝯnis cōditionaliter. denotando consecutionē vni⁹ ꝓpōnis ad aliam. Ex q⁹ patet qr ad cōpletam rōnem conditionalis sufficit q vna ꝓpō denotet sequi ad aliam. Sed in causali vltra hoc requirit scz q añs sit causa ꝯnis. vt hic qr sole lucente dies fit. et sic causalis addit causalitatem añtis respectu ꝯnis vltra conditionalem. Ratione cui⁹ plus requirit ad veritatem ei⁹ q̄ ad veritatē conditionalis. Unde ꝓpō cōditionalis potest capi dupliciter. vno⁹ pro per se significato. t tūc significat respectum rōnis fundatum in duab⁹ cathegoricis cōiūctis p aliquam cōiunctionem ꝯditionalē. sic q habet añs p fūdamento. vel illud qō se habet p modum añcedētis t ꝯnis pro termino. Et illa coniūctio si est nota illationis. Alio⁹ potest capi pro denotato et tunc ipe cathegorice cōiuncte p aliquā cōiunctionem ꝯditionalem quarum vna denotatur inferre aliā dicuntur cōditionales. Et capitur hic primo mō t non secūdo. Uñ in diffinitione predicta ponitur illa loco generis. t residuum ponit ad differētiam aliarum ꝓpōnum in quib⁹ nō coniūgūtur due cathegorice per aliquā coniunctionē ꝯditionalē. Et illud totū circūloq̄t nob vnā ꝓpriā dīam ꝯditionalē

Sciendū est secundo q

hic ꝯnter autor subiungit quoddam notabile dicēs q cōiunctio conditionalis notat ordinem. iō cui ꝓponitur illa cōiunctio si/est añs. t alia ps ē ꝯnis. Deinde subiūgit quid requirit ad veritatem conditionalis dicēs q ad veritatē ꝯditionalis requirit q añs nō possit esse verum sine ꝯnte. Cui⁹ rō est. qr cōditionalis vra ponit ꝯnam necessariam. t in bona ꝯna impossibile ē añs esse verum quin ꝯnis sit verum. qr ex vo nūq̄ sequit falsum igit Alia rō ē. qr ad veritatē rei in causa cōuertibili sequit veritas rei in effectu. Ex quo infert q ois conditionalis vra est necessaria. t falsa ē impossibilis. Sed ad falsitatē ꝯditōnalis oportet q añs possit esse verum sine ꝯnte. Rō ē qr sicut dictum ē ꝯditionalis solum denotat ꝯnam vni⁹ ad aliam. Sed ad hoc q sit mala ꝯna sufficit q añs possit esse verum ꝯnte existente falso. vel q ꝑ nullo tēpore ꝯnis necessario sequitur ad añs. qō denotatur in ꝯditionali falsa. Ex quo patz q aliqua conditionalis est vra cui⁹quelibet ps ē impossibilis. Et ea que dicta sunt debent intelligi de cōditionali affirmatiua t non negatiua.

Sciendum est tertio q

a tota conditōnali vra affirmatiua duob⁹ modis arguit. Uno⁹ a positione añcedētis ad positionez ꝯnis. vt hic si sortes currit sortes mouetur Secūdo mō a destructione ꝯnis ad destructionē añtis. vt si sortes currit sortes mouet. sed sortes non mouet. ergo sortes nō currit. Et duob⁹ aliis modis male arguit scz a positione. ꝯnis ad positionē añtis. vt si hō currit hō mouet. sz hō mouetur ergo hō currit nō valet. Secūdo mō a destructione añtis ad destructionē ꝯnis. vt si hō currit hō mouet. sed null⁹ hō currit g⁹ null⁹ hō mouetur nō valet ꝯna. Sed iuxta hoc dubitatur vtz ois ꝯditionalis sit vra cui⁹ añs ē impossibile. hoc ē querere vtz ad impossibile sequatur qlibet. Et videt q sic qr nō est maior rō quare vnū impossibile sequat q̄ aliud. Item ad sortem esse t non esse sequitur sortē esse asinum. maxime sic arguēdo. sortes ē t nō est. g⁹ sortes ē vel hō ē asinus. sed hō nō ē g⁹ sortes ē asin⁹. In oppositum arguit. qr omne argumētū inferēs aliquid infert gra alicui⁹ habitudinis que ē añs ad ꝯnis vt visum est de conditionali. et sic in omni argumēto termin⁹ inferēs t termin⁹ illatus habēt aliquā habitudinē qō ñ ē respectu impossibilis ad qlibet. g⁹ ad impossibile nō sequit quodlibet.

Pro solutione hui⁹ notatur q impossibile duobus modis potest ꝯsiderari. Uno⁹ scōm impossibilitatē que ē circa ꝯpositionē ꝓpōnis impossibilis. Secūdo mō ꝯsiderat quātū ad ea ex quib⁹ fit talis cōpositio impossibilis. Tunc dicitur q impossibile primo⁹ nihil infert inquātum hmōi. Probatur q impossibilitas de se nihil ē. sed ꝯna fundatur ī inclusione ꝯnis in añcedēte t nihil nihil includit. igitur. Secūdo dr q impossibile

ꝯsideratuꝫ secūdo mō infert ea que in ipso sunt inclusa. vt hoiem esse asinuꝫ infert hoiez esse rudibile igitur. Dicitur tertio ad dubium ꝙ ad impossibile nō sequitur qlibet. Patet qꝛ impossibile nō habet habitudinē ad qlibet qđ requiritur anteꝫ impossibile possit inferre qlibet. qꝛ omnis ꝯña tenet gr̄a alicuiꝰ habitudinis. Quis cuꝫ impossibili bene stet qlibet. qꝛ si impossibile sit verū qlibet essꝫ verū. Et ad argumēta rñdetur ꝙ nō sit maiꝛ rō quare vnū infert ꝙ aliud. cuꝫ aliqñ sit ꝯuenientia ꝛ habitudo terminoꝝ vniꝰ impossibilis ad aliud. Ad secundaꝫ negatur añs. sed bene sequit cuꝫ sortem esse ꝛ nō esse stat sortem esse asinum.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. hec cōditionalis ē ṽa si sortes currit sortes mouet. ꝛ tñ nō ē necessaria. cū vtraq; ps sit ꝯtingens. ergo nō ois ṽa ē necessaria.

Secūdo arguit sic. in ista ꝓpōne aial currit si hō currit. aial ē añs cū ꝑcedit aliaꝫ ꝓpōnez. ꝛ tñ nō sequit istaꝫ ꝯsequentiā si. gꝰ textꝰ est falsus in quo dꝛ ꝙ añs sequit istaꝫ ꝯsequentiā si. Tertio arguit sic. si textꝰ esset verꝰ sequeret ꝙ ista ꝯditionalis esset ṽa si hō currit aliq̄ ꝓpō ē ꝯditionalis et similiter ista si nulla ꝓpō ē negatiua aliq̄ ꝓpō est negatiua. ꝛ similiter ista si nulla ꝓpō ē ṽa aliqua ꝓpō est ṽa. añs est falsuꝫ gꝰ ꝛ añs. ꝯña patz qꝛ añs non potest esse verū quin ꝯns sit verum.

Quarto arguit sic. ista est falsa nō si hō currit hō mouet. ꝛ tamen antecedens nō potest esse verum ꝯñte existente falso. ergo ꝛc.

Ad rationes. Ad primā dꝛ ꝙ ꝯceditur maiꝛ ꝛ negat minoꝛ. Et ad ꝓbationez ꝯceditur ꝙ vtraq; ps ē cōtingens. ꝛ negat ꝯña. qꝛ est habitudo necessaria vnius ad aliuꝫ. ꝛ hoc sufficit ad eiꝰ necessitatez. Ad secundam distinguit maiꝛ. vel capiendo añs vt tñ valet sicut ꝑcedēs ꝛ tūc concedit ꝙ aial currit ē añs. vel capiēdo añs vt tñ valet sicut oꝛo ṽe vel apparenter inferēs aliqđ ꝯns. ꝛ tūc negat. Ad tertiaꝫ dꝛ ꝙ textꝰ intelligit de ꝓpōnib9 cōditionalib9 q̄ruꝫ ptes nō habēt reflexionē supra se. mō ille habent reflexionem supra se. Et illud qđ requirit ad veritatē cōditionalis requiritur ad eiꝰ necessitatē. Et ad falsitatez eiꝰ sufficit ꝙ deficiat vna illaꝝ ꝯditionuꝫ requisitaꝝ ad eiꝰ veritatem

Ad quartaꝫ dꝛ ꝙ textꝰ intelligit de ꝯditionalibus affirmatiuis ꝛ nō negatiuis q̄re ñ ꝑcedit rō

Copulatiua ē illa in qua cōiūguntur due cathegorice ꝑ hāc coniūctionem et. vt sortes currit ꝛ plato disputat. Ad veritatem copulatiue exigitur vtrā ꝙ partē esse verā. vt hō est aial et deus est. Ad falsitatē eius sufficit alteraꝫ partē esse falsaꝫ vt hō est aial ꝛ equꝰ est lapis.

Circa hunc textū notandū ē primo ꝙ determinato de ꝓpōe ꝯditionali hic ꝯter scōm ordinez priꝰ posituꝫ autoꝛ determinat de ꝓpōe copulatiua ipsaꝫ primo sic diffiniēs. Propositio copulatiua est illa in qua ꝯiūguntur due cathegorice ꝑ hāc ꝯiūctionem et: aut ꝑ aliqđ sibi equiualens. Que diffinitio sic est intelligēda. Propositio copulatiua ē illa in qua explicite vl̄ implicite mediate vel imediate ꝯiūgūtur due cathegorice per istaꝫ ꝯiūctionē copulatiuā et aut ꝑ aliquod sibi equiualēs. Et sic ꝯtinet sub se tēporalē/localem/copulatiuaꝫ de terminis de ꝑdicamēto substātie ꝛ de ꝑdicamēto quātitatis ꝛ sic de aliis. Exēplū de tpali. vt qñ sol lucet dies ē. Et de locali. vt sortes est vbi plato nō ē. De copulatiua de terminis substantie vt hō ē aial qui ē albus. De copulatiua de terminis ꝑdicamēti quātitatis vt sortes ē tantꝰ quātus ē plato. Et in istis aliquid ponitur qđ equiualet isti ꝯiūctioni copulatiue et. Vñ illa ꝯiūctio et potest capi dupliciter. vnoꝰ copulatiue vt sez ꝯiūgit multas ꝓpōnes ꝛ tūc facit ꝓpositionē copulatiuaꝫ ypoteticaꝫ. Alioꝰ potest capi copulatiue ꝛ hoc dupliciter vel vt ꝯiūgit inter terminos a ꝑte subiecti positos. vel a parte predicati. et vtroq; modo constituit propositionem cathegoricam de copulato extremo.

Sciendu est secundo ꝙ ad veritatē copulatiue requirit vtrāq; partē esse verā. Rō ē qꝛ copulatiua ponit ābas suas partes simul assumēdo ipsas scōm sua significata. ideo ad veritatē eiꝰ requirit ꝙ vtraq; ps eius sit ṽa. ipsa enꝫ ē sicut totū integrale respectu suaꝝ partiuꝫ. sed ad esse totiꝰ integralis requirit esse cuiuslibet ꝑtis principalis eiꝰ. ideo ad veritatez copulatiue requirit veritas vtriusq; sue partis. Quāuis tñ in tpali vltra hoc aliud requiratꝛ scz ꝙ ambe ꝑtes sint ṽe pro eodē tpe. Similiter i locali requirit vtrāq; ꝑtē esse verā ꝑ eodē loco. vt hic sortes currit vbi plato disputat. hoc enꝫ nō requiritur ad ipsam mquantum est copulatiua sed inquātuꝫ ē talis copulatiua eo ꝙ spēs addit aliquid vltra suū genus. mō tēporalis ꝛ localis sūt species copulatiue. ideo plus requiritur ad veritatē ipsaꝝ ꝙ ad copulatiuaꝫ inquantum copulatiua. Unde ad possibilitatē copulatiue ñ sufficit ambas ꝑtes esse possibiles. qꝛ tūc ista eēt possibil sortes currit ꝛ sortes nō currit. cū vtraq; ps sit possibilis. sed vltra hoc requirit ꝙ ambe ꝑtes sint sibi inuicez cōpossibiles. Sed ad

necessitatē copulatiue requiritur necessitas vtri usq; partis principalis. Et ad ꝓtingentiaz eiꝰ sufficit vnā ptē esse ꝓtingentē dūmō alteri nō repugnat. qz si alteri pti repugnaret tota copulatiua esset impossibilis. Sed ad impossibilitatē eiꝰ sufficit q vna ps eiꝰ sit impossibilis vel vna alteri incōpossibilis. Sed ad falsitatez copulatiue affirmatiue sufficit alteraz ptē esse falsam. rō est qz ipsa ponit simul ambas ptes eiꝰ sicut ꝓpō vlis oēs suas singulares. gꝰ. ꝓpter falsitatē vniꝰ cathegorice ipa tota ē falsa. Ex quo patet q arguēdo a falsitate vniꝰ cathegorice ad falsitatez totius copulatiue ē bona ꝓña. Et sic patet quid requiritur ad veritatē z falsitatez copulatiue. Et hoc debet intelligi ō copulatiuis affirmatiuis z nō negatiuis. Ad veritatē aūt copulatiue negatiue requiritur z sufficit veritas vnius suarū partium. Sed ad falsitatē eiꝰ requiritur z sufficit falsitas cuiuslibz sue ptis. Uel ōz aliter q ad veritatē copulatiue negatiue requiritꝫ illud qō sufficit ad veritatē disiūctiue affirmatiue cōposite ex ptibꝰ cōtradicētibꝰ ptibus copulatiue affirmatiue. Et similiter ad falsitatez copulatiue negatiue requiritꝫ illud qō requiritur ad falsitatē disiūctiue affirmatiue ꝓposite ex ptibꝰ cōtradicētibꝰ ptibus copulatiue negatiue. Unde in oibus ypoteticis potest dari ꝓtradictio ferendo negationez ad copulaz principalē vel ꝓponendo negationē toti ꝓpōi. qz nō ē veri ꝰ dare ꝓtradictionez q̄ toti ꝓpōi ꝓponere negationē. Similiter etiaz in copulatiuis potest haberi talꝫ regula q copulatiua z disiūctiua de ptibꝰ cōtradicētibꝰ ꝓtradicūt.

Sciendum est tertio q

sunt q̄tuoꝛ regule ad arguēdum in copulatiuis. Prima est q a tota copulatiua affirmatiua ad quālibz partē eiꝰ principalē ē bona ꝓña. vt bene sequitur. sortes currit z plato disputat. gꝰ plato disputat. Secunda regula ē. a pte copulatiue affirmatiue ad totā copulatiuaz affirmatiuaz ñ valet ꝓña nisi vna ps sit añs ad aliā z iferat ambas ptes simul. Exēplū primi vt nō sequitꝫ. sortes currit gꝰ sortes z plato disputant. Exēpluz secundi vt sortes currit gꝰ sortes z hō currit. sed solū hoc ē gracia materie. Et rō istaꝝ duaꝝ regularū est ista qz a ꝓpōne habēte plures causas veritatis ad ꝓpōnē aliq̄ illaꝝ causaꝝ importantē ē bona ꝓña z nō ecōtra. sed copulatiua affirmatiua habet plures causas sue veritatꝭ. s. veritatē suaruz partiuz principaliuz. gꝰ arguendo a tota copulatiua affirmatiua ad quālibet ptē eiꝰ principalē ē bona ꝓña. vt dicit prima regula. z nō ecōtra sicut dicit secūda. Tertia regula ē q a tota copulatiua negatiua ad quālibet eiꝰ ptē principalē nō valet ꝓña. vt nō sequitꝫ nō sortes currit z plato disputat. gꝰ sortes nō currit z plato ñ disputat. Quarta regula ē q a pte copulatiue negatie ad totā copulatiuā negatiuā valet ꝓña: vt bñ sequitꝫ nō sortes currit gꝰ nō sortes currit z plato disputat. Uñ ista ꝓpō copulatiua negatiua nō sortes currit z plato disputat non significat q sortes nō currit z plato nō disputet. ſz significat q nō ē ita sicut ista ꝓpō affirmatiua significat sortes currit z plato disputat. z ita diceretur de omnibus copulatiuis negatiuis.

Sed contra predicta ar

guitur. Primo sic. hec ē copulatiua sortes z plato currūt z tñ ibi nō sūt due cathegorice. gꝰ contra diffinitionē copulatiue. Secūdo arguitꝫ sic hec est copulatiua oīs hō currit z tñ ibi nō ꝓiūgūtur due cathegorice p aliquā ꝓiūctionē. ergo ꝓtra diffinitionē. maioꝛ ptz qz ꝓtinet istas sortes currit plato currit z sic ō alias. Tertio arguitꝫ totū tñ valet sicut quelibet ps. gꝰ ad hoc q copulatiua sit falsa oportet quālibet ptē eiꝰ esse falsaz. z sic nō sufficit falsitas vniꝰ suaꝝ partium.

Quarto arguitꝫ sic. hec ē copulatiua affirmatiua falsa sortes fuit vbi adaz fuit, z tñ ambe partes illiꝰ sunt ve. gꝰ male ōz in textu q ad veritatē copulatiue sufficit z requiritꝫ vtrāqz ptē cē verā miꝛ ptz. qz ista ē va adā fuit z silr ista sortes fuit

Ad rationes. Ad primā

dicitur q distinguitur maioꝛ vel si ly et copulet inter terminos et sic negatur. vel inter ꝓpōnes z sic ꝓceditur. Ad secundaz ōz q negatur maioꝛ z ad probationem conceditur añs z negatur ꝓña. qz illud nō sufficit sed requiritur q aliquid ꝓtineat actualiter duas cathegoricas ꝓiunctas per hanc ꝓiunctionez et. Ad tertiaz distingui tur añs vel capiendo totuz cathegoreumatice z sic negatur. vel sincathegoreumatice z sic conceditur. sed negatur ꝓña. qz capiendo totum cathegoreumatice conceditur q ad hoc q tota copulatiua sit falsa sufficit vnaz partem esse falsam.

Ad quartaz dicitur ꝓcedendo maioꝛem z distinguendo minoꝛē. vel q ille partes ꝓpōnis que explicite ibi ponuntur sint vere z sic conceditur. vel partes in quas resoluitꝫ que implicite dicūtꝫ partes copulatiue simpliciter dicte z sic negatꝫ.

Disiunctiua est illa in qua cō iungūtur due cathegorice per hanc coniunctionem vel. vt sortes currit vel plato disputat.

Ad veritatem disiunctiue sufficit alteram partem esse veraz vt homo est animal vel equus est lapis. Tamē permittitur q

vtraq; sit vera: sed non ita pro prie. vt hō est animal vel equ9 est hinnibilis. Ad falsitatem eius exigitur vtrāq; partem esse falsam. vt homo est asinus vel equus est lapis.

Uñ hec dictio amabimꝰ significat primū ordinez. z per quatuor vocales debēt intelligi q̄tuor ppōnes. vñ p illā vocalē. a. significat ppō ō possibili affirmatiua tā de dicto q̄ de mō. z p secundaz. a. datur intelligi ppō de ꝓtingēti affirmatia de vtroqz. s. tā de dicto q̄ de mō. et p. i. datur intelligi ppō de impossibili affirmatiua de dicto z negatiua de mō. et p. v. significat ppō de necesse negatiua de vtroqz. s. taz de dicto q̄ de mō. Et similiter exponūtur alie dictiones in alijs ordinibus. Et ē notandū qꝫ sempm illis dictionibꝰ p primā vocalez datur intelligi ppō de possibili. z p secūdaz ppō de ꝓtingēti. z p tertiaz ppō ō impossibili. z per quartā ppō de necesse. iuxta sensuz illoꝝ ꝓ suuz. Destruit. v. totuz sed. a. cōfirmat vtrūqz. Destruit. e. dictuz denegat. i. qz modum.

Sciendum est tertio qꝫ

textus autoris et regule date scōm opiniones aliquorum modernorum logicoruz z etiam aliquorum realium dantur solum de modalibus compositis z non de diuisis. qz nunq̄ in modalibus compositis scōz eos modus additur copule modificando eaz. z sicut dicunt si modus addit dicto tunc est extremum ppōnis. quia vt dictum est in precedentibus notabilibꝰ modus dicitur attribui dicto quando ō ipso affirmatiue ꝑdicatur z dicitur remoueri ab eo quando ab ipso negat et sic patet qꝫ modus est extremum et per consequens non potest modificare compositionem. Et adducunt hic aliquas rationes probabiles qꝫ modalis composita non ē modalis. et hoc sic Omnis propopositio in qua dictuz subicitur est singularis eo qꝫ dictum accipitur per modū vni

us singularis. sed ex singularibus non potest silogisari. ergo ex modalibus non posset fieri silogismus qđ est falsum. q3 phus primo priorum docet silogisare ex puris modalibus. maior est manifesta q3 totum dictum quodcūq3 sit illud supponit pro vna propositione intellecta per ipsum minor etiam est nota ergo ꝛ conclusio. Item propositiones modales differunt ab illis de inesse eo ꝙ in illis de inesse significatur ꝑdicatus inesse subiecto sine aliquo mō. in modalib9 vero denotatur inesse cuz modificatione. sed qñ modus ꝑdicatur de dicto denotatur inesse dicto sine modificatione. quare nō erit modalis sed de inesse. et per ꝯsequens vt dicunt autor dans regulas ō modo multiplicandi ꝓpōnes ꝛ ō equipollentijs ꝓpōnum modalium solum dat de illis que non sunt modales. Ideo de equipollentijs ꝓpōnum modalium diuisarum ponunt aliquas regulas. ꝛ hoc sumendo equipollentiaz ex parte modi q3 ex parte dicti eodem mō sumitur in ipis sicut in illis de inesse. ꝛ hoc si obseruetur ydemtitas modi sic ꝙ modus nō teneatur aliter in vna ꝓpōne ꝙ in alia. ꝛ hoc per ꝓpositionē negatiōis vl' postpositionem. vt ista nō omnis hō possibiliter ē albus. equipollet isti aliquis hō non possibiliter ē albus. ꝛ ista omnis hō nō possibiliter est albus equipollet isti nullus hō possibiliter est albus et sic de alijs. Sed ad habendum faciliter noticiam equipollentiaꝝ modaliuz diuisaruz notare oportet ꝙ modi in modalibus comparantur ad signa in ꝓpōibus de inesse. Unde possibile ꝛ possibile nō se habent sicut quidā ꝛ quidā nō. ꝛ necesse ꝛ impossibile sicut omnis ꝛ nullus. et sicut iste equipollent omnis hō nō currit ꝛ nullus hō currit. ita iste impossibile est esse. et necesse est nō esse. ꝛ ante aduentuz negationis ille erant cōtrarie ꝛ post aduentum fiunt equipollentes. Obseruetur ergo pro regula generali ꝙ ad faciendum in modalibus ꝓpōnes de modis ꝯtrarijs equipollere oportet postponere negationez mō. ꝛ ad faciendum ꝯtradictorias de modis equipollere oportet ꝛ sufficit negationem ferre ad moduz negando totum sequens. Et ratio est q3 quantitas se tenet ex parte modi. ꝛ ad faciendum ꝯtradictorias equipollere oportz mutare qualitatē ꝛ quātitatem quare oportet ferre negationē ad modū Et ꝓportionabiliter sicut ꝑ ꝓpositionez negationis signo vl' in illis de inesse fiunt equipollētes que erant ꝯdictorie. ꝛ per postpositionē negationis signo fiunt q̄ erant ꝯtrarie equipollentes: ꝛ per ꝓpositionē ꝛ postpositionez signo fiunt que erant subalterne equipollentes. Ita similiter in modalibus ꝑ ꝓpositionē negationis ad moduz fiunt que erant ꝯtradictorie equipollētes. vt iste contradicunt de modo. sortē possibile est currere sortē impossibile est currere. ꝛ tñ per ꝓpositionez negationis ad moduz fiunt equipollentes. vt dicendo sortem nō possibile est currere equipollet huic sortem impossibile ē currere. Similiter per postpositionez negationis ad moduz que erant contrarie fiunt equipollentes. ꝛ per ꝓpositionē ꝛ postpositionem modi fiunt etiaz que erant subalterne equipollentes vt clare patet in sequenti figura exemplificando de oibus modis. Sed nūq̄ subcontrarie possunt fieri equipollentes sicut nec in illis de inesse. Ex quo patz ꝙ in illis de inesse nō sumitur eodem modo equipollentia sicut in modalibus. q3 in illis de inesse sumitur equipollentia ꝓponendo negationē toti subiecto ꝛ ipsi signo. vl' postponendo ꝛ ferendo supra totam copulam. sed in modalibus non sumitur ferendo negationez toti subiecto ꝛ signo. sed solūmodo preponendo modo ꝛ postponendo tam coniunctim q̄ diuisim qui quidaz modus est ꝑs copule. Et sicut dictuz est ad hoc ꝙ modalis sit negatiua nō requirit negationez ferri ad modū vel toti copule. ꝛ sufficit ꝙ parti principali ferat

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. hoc dicto hoiem esse animal ē possibile. ꝛ tñ nō est contingens cum sit necessarium. g9 male dicitur ꝙ cuicūq3 dicto affirmato attribuitur possibile eidē attribuitur contingēs

Secūdo arguit' sic. huic dicto negato deū nō esse attribuitur possibile dicēdo deū non esse est possibile. ꝛ tñ ab eo nō remouetur impossibile dicendo deū nō esse est impossibile. g9 ꝯtra secūdā regulaz. Tertio arguitur sic. impossibile semper negat dictuz cui attribuitur q3 semp destruit ꝓpositionē ei9. g9 nūq̄ potest attribui dicto affirmato. g9 ꝯtra tertiam regulaz. Quarto arguit' sic. ꝓpōnes quarum vna ē affirmatiua ꝛ alia negatiua nūq̄ sunt equipollentes q3 nō equipollēt in qualitate. g9 ꝓpō negatiua, de possibili ꝛ affirmatiua de necessario nūq̄ equipollēt qđ est ꝯtra tertiam regulam.

Ad rationes. Ad primā

dr ꝙ ꝯceditur maior ꝛ distinguitur minor. vel capiendo contingens specialiter pro ꝯtingenti nō necessario ꝛ sic ꝯceditur. vel capiendo cōtingēs generaliter prout conuertitur cuz possibili ꝛ sic negatur. Ad secundaz distinguit' maior. vl' ve ꝛ sic negatur. vel falsē ꝛ sic ꝯceditur. et similiter dr ad minorez. Ad tertiaz distinguitur añs. vl' virtualiter ꝛ sic ꝯceditur. vel formaliter ꝛ sic negat'. ideo potest attribui dicto affirmato. Ad quartam dicitur ꝙ licet affirmatiua et negatiua de eisdem terminis nunq̄ sint equipollentes: tamen ille de diuersis terminis possunt equipollere quoad veritatem et falsitatem.

Item equipollentie vel consequentie modalium possunt ha

beri per hanc regulaz. Omnes propositiones de possibili et impossibili equipollēt verbo similiter se habente ꝛ modo dissimiliter. Et omnes de impossibili et necessario equipollent verbo dissimiliter se habente ꝛ mō similiter. Sed oēs propositiones de possibili et necessario equipollent verbo ꝛ modo dissimiliter se habētibus. Et intelligitur modus similiter aut dissimiliter se habere quantum ad affirmationem ꝛ negationē vt dicatur se habere similiter cum affirmatur in vtraq; vel in vtraq; negatur. Dissimiliter autem quando affirmatur in vna ꝛ negatur in alia. Et eodez modo intelligendum est de verbo sicut dictuz est de modo. Et sciendum est q; in predicta regula non facimus mentionem de contingenti eo q; contingēs conuertitur cum possibili. vnde idem est iudicium de propositionibus vtriusq;. Exempla autē querantur in figura dispositi per quatuor ordines quia ista regula generalis est ad omnes

Item propositionum modalium alie sunt cōtrarie. alie subcontrarie. alie contradictorie. alie subalterne. Unde quartus ordo et tertius contrariantur siue propositiones posite in tertia ꝛ quarta lineis. Primus ordo ꝛ secundus subcontrariantur. Primus ordo ꝛ tertius contradicunt. Et similiter secūdus et quartus. Sed primus ordo subalternatur quarto et similiter secundus tertio. Uñ ysus

Tertius est quarto semper contrarius ordo. Sit tibi linea subcontraria prima secunde. Tertius est primo semper contradictorius ordo. Pugnat cuz quarto contradicendo secūd9 Prima subest quarte vice particularis habens se. Hanc habet ad seriez se lege secunda sequentem. Primus amabimus edentuliq; secundus. Tertius iliace purpurea reliquus.

Circa hunc textum notanduz est primo q; post q; autor notificauit per quatuor regulas cōuersiones et equipollentias propositionum modalium: hic consequenter hoc idem facit per alias regulas. Et licet predicte equipollentie per regulas supradictas cognosci possint: tamen magis et facilius cognoscuntur per istas regulas cum alijs q; per alias supradictas tñ. ideo iste regule ad maiorem ꝛ faciliorem cognitionem hic ponuntur ꝛ non superflue. Unde sicut in propositionibus de inesse negatio preposita signo cadens supra totum sequens negat qualitatem et quantitatez et sic facit contradictorias equipollere: sic etiam in modalibus negatio preposita modo cadens supra totum sequens negat quantitatez temporis que se tenet ex parte modi. ꝛ negat compositionem propositionis ideo mutat q̄litatem ꝛ quantitatez et sic facit equipollere suo contradictorio. Et sicut negatio preposita signo cadens supra copulam in illis de inesse negat solum qualitatem et non quantitatem. et sic facit

contrarias equipollere. ita in modalibus negatio addita dicto negat tantum compositionem dicti. et non mutat quantitatem modi et sic facit contrarias equipollere. Et sicut in illis de inesse negatio preposita et postposita facit subalternas equipollere. sic in modalibus negatio addita dicto et modo facit subalternas equipollere. Unde ad cognoscendum huiusmodi equipollentias ponuntur hic tres regule. Prima ē q propositiones de possibili ⁊ impossibili equipollent verbo similiter se habente ⁊ modo dissimiliter. Cuius ratio est. quia propositiones de possibili et impossibili contradicunt. sed negatio preposita modo facit contradictorias equipollere vt dictum est. ideo propositiones de possibili et impossibili verbo similiter se habente et modo dissimiliter equipollent. Unde modus dicitur dissimiliter se habere quando in vna negatur et in alia affirmatur. Et dicitur similiter se habere quando in vtraq affirmatur vel in vtraq negatur. Et eadem ratione dicitur verbum similiter se habere vel dissimiliter. Verbi gracia. iste sunt contradictorie de istis modis possibile ⁊ impossibile sortem possibile est currere. sortem impossibile est currere. et ad faciendum eas equipollere sufficit negationem ferri ad modum. dum tamen cadat supra totum sequens. vt dicendo sortem nō est possibile currere. que equipollet isti sortes impossibile est currere. ⁊ modi earum se habent dissimiliter ⁊ verbum similiter ergo regula est vera

Sciendum est secundo q

secunda regula est q omnes propositiones de possibili et necessario equipollent. verbo et modo dissimiliter se habentibus. Que regula sic debet intelligi. Propositiones de possibili et necessario in quibus nulla ponitur negatio sunt subalterne. et si vni earum preponatur negatio vel postponatur tunc ille que erant subalterne fiūt equipollentes. et ideo tam modus q verbum se habent dissimiliter. vt iste due sortem necesse est currere. sortem possibile est currere. sunt subalterne. ⁊ fiunt equipollentes per prepositionem negationis modo et postpositionem vt sortem nō possibile est non currere equipollet isti sortes necesse est currere. Et clarum est q tam modus q dictum huius propositionis se habet dissimiliter modo et verbo alterius. Et eodem modo posset dici de contingenti quia possibile ⁊ contingēs conuertuntur. Tertia regula est q propositiones de impossibili ⁊ necessario equipollent verbo dissimiliter se habente et modo similiter. Et ratio est quia propositiones de impossibili et necessario affirmatiue tam de dicto q de modo cōtrariantur. sed negatio posita post modum cadens supra dictum negat qualitatem propositionis et non quantitatem. et sic facit ipsas equipollere verbo dissimiliter se habente et modo similiter ad sensum prius datum.

Sciendum est tertio q

hic consequenter Petrus hispanus determinat de oppositionibus propositionum modaliū ponendo talem diuisionem. propositionum modalium quedam enim sunt contrarie. quedam sub contrarie. quedam contradictorie. ⁊ quedaz subalterne. Et huius diuisionis eodez modo potest dari sufficientia sicut data fuit in propositionibus de inesse. Unde omnes modales de primo ordine signantur per hanc dictionem. Ama bimus. et sunt omnes particulares affirmatiue quia equipollent isti sortem currere est possibile que est particularis affirmatiua. Et omnes de secundo ordine que signantur per hanc dictionez Edentuli sunt particulares negatiue. quia equipollent isti sortem non currere est possibile. Sed omnes de tertio ordine que signantur per Iliace sunt vniuersales negatiue. et equipollent isti sortē currere est impossibile. Omnes vero de quarto ordine que signantur per Purpurea sunt vniuersales affirmatiue. et equipollent isti sortē currere est necesse. Dis suppositis tunc facilius potest videri oppositio propositionum modalium. vnde propositiones de quarto ⁊ tertio ordine contrariantur. et ratio est quia vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua eiusdez subiecti ⁊ eiusdem predicati contrariantur. sed iste sunt huiusmodi igitur. Sed ille de quarto ordine et primo subalternantur. et etiaz ille de tertio ⁊ secundo. Et ratio est quia vniuersalis affirmatiua ⁊ particularis affirmatiua. vel vniuersalis negatiua ⁊ particularis negatiua eiusdem subiecti et eiusdem predicati subalternantur sed iste sunt huiusmodi igitur. Ille autem de primo et secundo ordinibus subcontrariantur. quia vna ē particularis affirmatiua ⁊ alia particularis negatiua. Sed ille de primo ordine contradicunt illis de tertio. et ille de secundo contradicunt illis de quarto. et ratio est quia se habent vt particularis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua. vt particularis negatiua ⁊ vniuersalis affirmatiua eiusdem subiecti et eiusdem predicati igitur ⁊c.

Unde ad habendum contradictionem ferenda est negatio ad modum et non ad dictum. Cuius ratio est quia sicut se habet verbum in illis de inesse: ita modus in modalibus. sed ad habēdam contradictionez in illis de inesse oportet negationem ferri ad verbum. ergo similiter in modalibus ad habendum contradictionez oportet negationem ferri ad modum.

Sed contra predicta ar

guitur primo sic. Iste due equipollent de possibili ⁊ impossibili sortem currere est possibile sor

tem currere non est impossibile. ⁊ tamen verbuz non se habet similiter quia in vna negatur hoc verbuz est ⁊ in alia affirmatur. ergo male dictuz est q̄ ille de possibili ⁊ impossibili equipollent ꝟbo similiter se habente. Secundo arguitur sic. Omnes equipollentes sunt eiusdem quantitatis ex parte modi ergo modus in omnibus eodem modo ampliat. ergo ille de possibili et impossibili non equipollent modo dissimiliter se habente. Tertio arguitur sic. Iste non equipollent sortem currere est possibile sortem non currere non est necesse. quia prima aliquid ponit. ⁊ secunda nihil cum sit negatiua taz de dicto q̄ de modo. ergo ille de possibili et necessario non equipollent verbo ⁊ modo dissimiliter se habentibus. Quarto arguitur sic. Omnes contrarie repugnant in qualitate. sed propositiones de quarto ordine ⁊ tertio non repugnant in qualitate cuz iste sint affirmatiue de quarto et tertio ordinibus sortem currere est necesse sortez non curre est necesse eo q̄ in nulla ipsarum fertur negatio supra copulam. ergo male dicatur q̄ propositiones de tertio et quarto ordinibus contrariantur.

Ad rationes. Ad primã

conceditur maior et distinguitur minor vel verbum dicti et sic negatur q̄ non eodem modo se habeat in vtraqz. vel verbum vniens ipsas partes dicti ⁊ sic conceditur. nec de illo intelligũtur regule prius date. Ad secundam conceditur maior et distinguitur minor vel q̄ modus eodem modo se habeat. i. eodem modo ampliet in omnibus equipollentibus. ⁊ sic conceditur. vel sic q̄ sicut vni modo in vna propositione nõ apponatur negatio ita nec in altera et sic negatur nam ideo modi dicuntur dissimiliter se habere quoniam vni additur negatio ⁊ alteri non.

Ad tertiam negatur maior et ad probationez conceditur q̄ negatiua formaliter nihil ponit. ⁊ negatur q̄ aliqua istarum sit negatiua formaliter imo ambe sunt affirmatiue quia due negationes equiualent vni affirmationi. Ad quartam conceditur maior et negatur minor quia sicut prius dictum est ad hoc q̄ modalis sit negatiua non requiritur negationem ferri supra totam copulam. sed sufficit q̄ feratur supra partez principalem qualiter sit in istis.

Sequitur de conuersione.

In hac ergo parte videndum est in generali ꝺ conuersione modalium ponendo aliquas regulas generales. Pro quo est sciendum primo q̄ prius determinabitur de conuersione propositionum modalium ꝺ possibili q̄ de alijs. Et primo ponitur talis regula. Omnis propositio affirmatiua de possibili ⁊ de dicto particulari potest conuerti simpliciter in particularem affirmatiuaz. sed affirmatiua de possibili ⁊ de dicto uniuersali conuertitur per accidens in particularez de possibili. Ista regula probatur quantum ad vtranqz sui partem. Et primo prima pars probatur per silogismum expositorium. vt capta ista conuersione quẽdam hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currens possibile est esse hominem. Probatur quia si quendaz homiñ possibile ẽ esse currẽtẽ tunc idem possibile ẽ esse hominem ⁊ esse currens. signetur illud et sit sortes. ⁊ arguatur sic. sortez possibile est esse currentem. sortem possibile est esse hoem. g⁹ qõdã currens est possibile esse hommẽ. ergo de primo ad vltimum bene sequitur quendam hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currens possibile est esse hominem. Secunda pars regule probatur quia bene sequitur omnem hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currens possibile ẽ esse hominez. probatur quia ad illaz vniuersalem de dicto sequitur ista particularis de dicto quendam hominem possibile est esse currentem. sed ad istam sequitur ista quoddam currens possibile est esse hominem. ergo de primo ad vltimum bene sequitur omnem hominem possibile est esse currentem. ergo quoddam currens possibile est esse hominem. Secunda regula est q̄ nulla negatiua de possibili potest conuerti formaliter. probatur ex vero non sequitur falsum. vt non sequitur deum possibile est non esse creantem. ergo creans possibile est non esse deum. prima enim est vera ⁊ secunda falsa ⁊ heretica. Unde illa dicitur negatiua de possibili in qua ponitur iste modus possibile sine negatione precedente et cum negatione sequente lata ad verbum. Nunc autez videndum est de conuersione propositionum modaliuz de necessario. Pro cuius declaratione ponuntur due regule. Prima est omnis vniuersalis negatiua de necessario conuertitur in vniuersalem negatiuam de necessario. vt bene sequitur omnem hominem necesse est non esse asinuz ergo omnem asinum necesse est non esse hominẽ Probatur. nam ex opposito contradictorio consequentis sequitur oppositum antecedentis. g⁹ conuersio est bona. consequentia tenet per vnaz regulam consequentiarum. ⁊ antecedens probatur. quia bene sequitur quendam asinum possibile est esse hominem. ergo quendam hominem possibile est esse asinum. Et ibi arguitur ab opposito contradictorio consequentis prime consequentie ad oppositum contradictorium antecedentis. Sed particularis negatiua de necessario non conuertitur in particularem negatiuam simpliciter. quia ex vero non sequitur falsum. vt non sequitur quoddam ens necesse est non esse deum. ergo deum necesse est nõ esse ens

nam antecedens est verum ꝛ consequens falsuꝫ Item ibi arguitur a non distributo ad distributum. quia in prima ens non erat distributum cū esset subiectū propositionis particularis de dicto. et in secunda distribuitur cum sit predicatuꝫ propositionis negatiue. Conuertitur tamē in aliam de modo loquendi inconsueto vt bene sequitur quoddam ens necesse est non esse deuꝫ ergo deum ens necesse est non esse. Sed hec conuersio est impropria. quia de subiecto non fit predicatum remanente eodem situ terminorum. Unde illa dicitur negatiua de necessario in qua ponitur ille modus necesse cum negatione sequente ipsum ꝛ sine negatione precedente. Secunda regula est ꝙ nulla affirmatiua de necessario conuertitur in aliaꝫ affirmatiuam de necessario. sed bene conuertitur in affirmatiuam de possibili. Illa enim dicitur affirmatiua de necessario in qua a parte copule ponitur iste modus necesse sine negatione precedente aut sequente. Prima pars patet quia ex vero sequeretur falsuꝫ. vt nō sequitur quoddam creans necesse est esse deum. ergo deum necesse est esse creantem. Similiter quoddam albuꝫ necesse est esse corpus. ergo qō dam corpus necesse est esse album. Similiter omnem hominem necesse est esse animal. ergo omne animal necesse est esse hominem. In omnibꝰ istis antecedens potest esse verum et consequens falsum. Secunda pars regule probatur quia ad affirmatiuam de necessario sequitur affirmatiua de possibili per legem subalternarum. et ad affirmatiuam de possibili sequitur affirmatiua etiaꝫ de possibili. vt prius visum est. ergo ad affirmatiuam de necessario sequitur affirmatiua de possibili.

Scienduꝫ est secundo ꝙ

hic consequenter ponuntur regule de modo cōuertendi propositiones modales de impossibi.

Prima regula est vniuersalis negatiua de impossibili conuertitur simpliciter. Probatur quia bene sequitur nullum hominem impossibile est esse currentem. ergo nullum currens impossibile est esse hominem. Aliter probatur quia bene sequitur impossibile est nullum. b. esse. a. ergo impossibile est nullum. a. esse. b. patet quia in cōuersa intelligitur conuertens igitur est bona cōuersio. probatur nam ista impossibile est nullum. b. esse. a. valet istam de necessitate quoddam. b. est a. Et in ista de necesse quoddam. b. est. a. intelligitur ista quoddam. a. est. b. ꝛ in ipsam conuertitur. et ad istam de necesse quoddam. a. est. b. sequitur ista impossibile est nullū. a. esse. b. ergo de primo ad vltimum sequitur bene impossibile est nullum. a. esse. b. ergo impossibile est nullum b. esse. a. Quāuis autem hec regula a quibusdam ponatur tamen videtur ꝙ non possit sustineri. Probatur. qꝛ negatiua de impossibile equipollet affirmatiue de necessario. sed vt prius dictum est affirmatiua de necessario non conuertitur in aliam de necessario. sed bene in affirmatiuam de possibili vt ibidem probatum est. gꝰ hec regula non est vera. Ideo ponitur regula opposita scilicet ꝙ negatiua de impossibili non cōuertitur simpliciter sed conuertitur per accidēs in affirmatiuam de possibili. Patet quia bene sequitur omnem hominem impossibile est non esse animal. ergo quoddam animal possibile est esse hominem. patet quia ad istam omnem hominem necesse est esse animal cui equipollet ista omnem hominem impossibile est non esse animal sequitur ista quendam hominem possibile est esse animal. Et ad istam quendam hominem possibile ē esse animal sequitur ista quoddam animal possibile est esse hominem. ergo ad istam omnem hominem impossibile est non esse animal sequitur ista quoddam animal possibile est esse hominem patet per illam regulam consequentiarum quicquid sequitur ad consequens bone consequētie sequitur ad eius antecedens. Secunda regula est vniuersalis affirmatiua de impossibili conuertitur simpliciter sicut vniuersalis negatiua de inesse. Patet quia bene sequitur omnem hominem impossibile est esse asinum. ergo omnem asinum impossibile est esse hominem. Probatur ista consequentia. quia ex opposito contradicto rio consequentis sequitur oppositus contradictorium antecedentis quia bene sequitur quendam asinum possibile est esse hominem. gꝰ quendam hominem possibile est esse asinum. ergo prima consequentia est bona. Tertia regula est ꝙ particularis affirmatiua de impossibili nō conuertitur in particularem affirmatiuaꝫ de impossibili. Probatur quia non sequitur aliquod animal impossibile ē esse hominem. ergo aliquē hominem impossibile est esse animal. consequēs est falsum ꝛ antecedens verum. ergo talis consequentia non valet et sic regula vera. Quarta regula est. particularis negatiua de impossibili non potest formaliter conuerti in aliam negatiuam de impossibili. sed bene in affirmatiuā de possibili. Prima pars patet. quia nō sequitur quoddam creans impossibile est non esse deum ergo deum impossibile est non esse creantem. antecedens est verum et consequens falsum. Qꝛ antecedens sit verum patet. quia ista quoddaꝫ creans impossibile est nō esse deum equipollet huic quoddam creans necesse est non esse deuꝫ. ꝛ ista est vera ergo antecedens est verum. Qꝛ autem consequens sit falsum patet. quia ista quendam deum impossibile est esse creantez equipollet isti quendam deum necesse est esse creantem. sed hec est falsa ergo et illa. Et eodem modez modo possunt conuerti propositiones de falso sicut ille de

impossibili. Et si queratur cum particularis affirmatiua de impossibili conuertatur ꝛ nō in particularem affirmatiuaꝫ de impossibili qualiter ergo conuertitur. Ad hoc respondetur ꝙ talis non conuertitur in terminis sicut nec particularis negatiua in illis de inesse. Probatur etiam ꝙ non conuertatur quia ibi argueretur a nō distributo ad distributuꝫ ex parte subiecti quod non distribueretur in prima cum esset subiectuꝫ propositionis particularis quo ad dictum. et tamen distribueretur in secunda cum esset predicatum propositionis negatiue quia affirmatiua ō possibili est simpliciter negatiua cum impossibile includat negationem negantem compositionē quare regula est bene posita.

Sciendum est tertio ꝙ

hic consequenter ponuntur quedam regule valentes ad cognoscendum conuersionem propositionum modalium de contingenti. Et anteq̄ hoc fiat ponitur vna diuisio contingentis que ē. Cōtingens diuiditur in contingens natum/contingens raro/ꝛ contingens ad vtrūlibet. Unde cōtingens natum ē qō magis determinatur ad esse q̄ ad non esse. Sed contingens raro est qō magis determinatur ad non esse q̄ ad esse. Sed contingens ad vtrumlibet est quod non magis determinatue ad esse q̄ ad non esse. Exemplum primi vt hominem canescere in senectute est magis determinatum ad esse q̄ ad non esse. Exemplum secundi vt homines habere sex digitos in vna manu est magis ad non esse q̄ ad esse. Exemplū tercij vt sortem currere non est magis determinatū ad esse q̄ ad non esse. Et de isto dantur alique regule. Prima est. Omnes propositiones de contingenti conuertuntur in oppositam qualitatem manente eadem qualitate ꝛ eodem ordine terminorum. Et hec regula maxime intelligitur de cōtingenti ad vtrumlibet non negato. Quis enim ꝓpositiones de contingenti raro et nato possint conuerti in oppositam qualitatem: tamen hoc ē in aliud genus contingentis. Unde cōuersio in oppositam qualitatem est formalis ꝓpria duarum propositionum de cōtingenti vtroq; termino participantium sēm eundem ordinem eiusdem quātitatis ꝛ diuerse qualitatis. vt hominē contingit esse album ergo hominem contingit non esse album. Et ista regula intelligitur dūmodo negatō ponatur ad verbum. Similiter propositio de cōtingenti in qua precise isti modo contingens ꝓponitur negatio conuertitur in aliaꝫ in qua sibi preponitur ꝛ postponitur negatio. vt bene sequitur nullum hominem contingit esse album ergo nullum hominem contingit non esse album. Causa huius regule est quia illa de contingenti in q̄ isti modo contingens postponitur negatio equipollet alteri in qua preponitur ꝛ postponitur negatio. Secunda regula est. Nulla propositio de contingenti advtrumlibet conuertitur formaliter in aliam de contingenti conuersione in terminis. Sed omnis propositio de contingenti cōuertitur in aliaꝫ de possibili. Causa prime partis regule est quia ex vero sequeretur falsum. nam non sequitur. deuꝫ contingit esse creantem ergo creans contingit esse deum. Nec etiam sequitur in illis de contingenti negato vt non sequitur. nullum creans contingit esse deum. ergo nullus deum contingit esse creantem. quia prima est vera ꝛ secunda est falsa. Secunda pars debet sic intelligi ꝙ omnis propositio de contingenti nō negato conuertitur in aliam de possibili. vt bene sequitur deum contingit esse creantem. ergo creans possibile est esse deum. Causa huius est. quia illa de contingenti affirmato includit vnaꝫ propositionem de possibili que potest conuerti in aliam de possibili. Sed pro illis de contingenti negato debemus notare ꝙ possunt cōuerti in terminis per conuersionem propositionum cathegoricarum ꝑ quas exponuntur. vt ista nullum hominem contingit esse asinum sic exponitur nullum hominem possibile est esse asinum. vt omnem hominem necesse est esse asinum. ideo debet sic conuerti ergo nullum asinum possibile ē esse hominem. vel aliquem asinuꝫ necesse est esse hominem. Ulterius ē aduertendum ꝙ propositio singularis de contingenti nō negato debet exponi per vnam copulatiuam cuius prima pars est vna cathegorica affirmatiua de possibili. ꝛ alia est vna cathegorica negatiua de possibili. Et hoc idem dicit cuꝫ prima regula. vt ista sortem contingit esse album debet sic exponi. sortes possibile est esse album. ꝛ sortem possibile est nō esse album. Sed talis propositio singularis de contingenti negato debet exponi per vnam disiunctiuam compositam ex partibus contradicētibus partibus copulatiue affirmatiue per quā exponitur illa de cōtingenti affirmato vt ista sortem non contingit esse album. debet sic exponi sortem impossibile est esse album. vel sortem necesse est esse album. Sed particularis vel indefinita de contingenti non negato debet exponi per vnam copulatiuam cuius prima pars est cathegorica de possibili affirmatiua et particularis de dicto. secunda vero est cathegorica negatiua de possibili in cuius subiecto ponitur relatiuum ydemptitatis. vt ista hominem contingit esse album sic exponitur. hominem possibile est esse album et eundem hominem possibile est nō esse album et contradictoria eius est vna disiunctiua composita ex partibus contradicentibus partibus copulatiue. Postremo est aduertenduꝫ ꝙ omnes propositiones de contingenti repugnant alicui propositioni de necessario. ꝛ alicui ꝓpōni de ipossibili ex eisdē terminis

et debet intelligi de ꝓtingenti nō negato. Rō est qꝛ quelibet ꝓpō ō ꝓtingēti nō negato equipollet vni copulatiue cuius vna pars ē affirmatiua de possibili ꝛ sic illa repugnat ꝓpōi de impossibili ꝛ alia ē negatiua de impossibili que repugnat affirmatiue de necessario. Et dicebatur notanter que est de contingenti non negato. quia si esset de contingenti negato non repugnaret alicui de necessario aut alicui de impossibili. imo tales simul starent. vt iste nullus hominez contingit esse asinum. et omnem hominem impossibile est esse asinum. Tertia regula est ꝙ omnes ꝓpositiones affirmatiue de contingēti negato eodem modo conuertuntur sicut ille de impossibili. patet quia sunt equipollentes. Et similiter negatiue de contingenti negato sicut negatiue de impossibili quia similiter sunt equipollentes.

Sed contra predicta arguitur Primo sic.

Nec est vera omne animal impossibile est esse asinum. et tamen conuertitur in istam omnem asinum impossibile est esse animal que est falsa. ergo male dictum est ꝙ vniuersalis affirmatiua de impossibili conuertitur simpliciter. Secundo arguit sic. Non sequitur omnem hominem falsum est esse grāmaticum. ergo omnem grāmaticum falsum est esse hominez. qꝛ prima est vera et secunda falsa. ergo male dicitur ꝙ eodez modo conuertuntur ꝓpositiones de falso et impossibili. Tertio arguitur sic Non sequitur puerum possibile est esse senem. ergo senem possibile est esse puerum. similiter videntem possibile est esse cecum. ergo cecum possibile est esse videntem. vinum possibile est esse acetum. ergo acetum possibile est esse vinum. ꝛ tamen quelibet illarum conuertitur scōm regulas prius datas de possibili. ergo ille regule nō sunt vere.

Ad rationes. Ad primā

dicitur et ad secundam simul ꝙ negetur ꝙ antecedens sit verum ꝛ consequens falsum. immo sicut consequens est falsum ita ꝛ antecedens. naz ista est falsa omne animal impossibile est esse asinum. quia ad falsitatem vniuersalis sufficit falsitas vnius suarum singularium. modo hec est falsa demonstrato animali qō est asinus hoc animal impossibile est esse asinum. quia hec ē vera hoc animal necesse est esse asinum. et eodem modo diceretur de secunda. Ad tertiaz dicitur ꝙ non bene conuertuntur quia termini nō tenentur eque ample et eque restricte in vna sicut in alia. Sed prima debet sic conuerti puerus possibile est esse senem. ergo senem qui est vel erit possibile est esse puerum. et eodem modo diceretur de alijs.

Sequitur figura.

Incipit tractatus secūd9

Predicabile quandoqꝫ sumitur ꝓprie quandoqꝫ cōmuniter. et sic dicitur predicabile quod de pluribus vniuoce predicatur vt homo de sorte ꝛ de platone ꝛ sic ō alijs. Quandoqꝫ sumitur communiter et sic dicitur predicabile quod de vno solo siue de pluribus predicatur vniuoce vel equiuoce. vt homo de sorte vel de platone. Unde predicabile ꝓprie sumptū ꝛ vniuersale idem sunt scōm rem: tamen differunt scōm rationem.

quia vniuersale diffinitur per esse in: predicabile vero per dici de. Est autem predicabile quod aptum natum est dici de pluribus. Uniuersale autez qđ aptum natum est esse in pluribus. Predicabile autem pro prie sumptum siue vniuersale diuiditur per genus speciē differentiam proprium z accidēs et solum de his hic intendimus

Iste est secundus tractatus huius libri in quo autor noster intendit determinare de quinqz vniuersalibus post determinationem de enunciatione. Ratio ordinis ē q3 enūciatio ordine doctrine z quoad nos prior est istis vniuersalibus incomplexis licet via nature incomplexum precedit cōplexum tamen ordinez doctrine voluit obseruare autor noster q3 totum notius est suis partib9 quare prius conuenienter determinauit de enunciatione ꝙ de quinqz vniuersalibus. pro cuius declaratione.

Sciendum est primo ꝙ cuiu slibet scientie est aliquod subiectum de quo ostenduntur per se accidentia per propriaz diffinitionem talis subiecti de quo etiaz supponitur quid est et q3 est. Et scientia dicitur vna ab vnitate subiecti vt dicit phūs primo posteriorum. et cum de quinqz vniuersalibus sit scientia oportz ꝙ in ipsa sit aliquod subiectum. Unde subiectū proprium z adequatum huius tractatus est vniuersale formaliter sumptum z non fundamentaliter quia sibi conueniunt conditiones subiecti attributionis. Primo enim de ipso presupponit quid est z quia ē ex phō primo peryarmenias dicente. Uniuersale est qđ aptum natum est dici ō multis. Secundo q3 per quod quid est ei9 demōstrantur passiones quesite de eo in tali scientia. Unde phūs primo de anima qđ quid est/ē principiuz demonstrationis. Unde sic potest fieri demonstratio. Omne quod aptum natum est dici de multis est predicabile. sed omne vniuersale ē aptum natum dici de multis. ergo omne vniuersale est predicabile. Ista passio predicabile ō suo subiecto demonstratur qđ est vniuersale p ppriā ei9 diffinitionē. Tertio q3 ē primo z principaliter consideratuz in hac scientia ad quod omnia cōsiderata in hac scientia habent ordinem z attributionem. Ex omnibus his potest formari ratio talis. omne illud est subiectum in hac scientia ō qua supponitur quid est z quia est z etiā de quo demonstrantur passiones in hac scientia per ei9 propriam diffinitionem. et ad qđ omnia considerata in illa scientia habent attributionez. Sed vniuersale formaliter acceptum est huiusmodi respectu huius tractatus. ergo vniuersale ē subiectum respectu istius scientie. Maior est nota ex primo posteriorum. Minor est declarata per declarationem predictaruz conditionuz. ergo conclusio vera. Et dicitur notanter formaliter acceptum. Pro quo est aduertendum ꝙ vniuersale. potest capi tripliciter. Uno mō fundamentaliter et pro per se denominato. et hoc dupliciter. vno modo pro fundamento remoto intentionis illi9 vniuersalitat] . et tale vocatur vniuersale methaphisicum et sic est natura cōmunis que est vna tm̄ a parte rei minor tamen vnitate numerali omni opere intellectus circūscripto z remoto de q° dicit phūs septimo phisicoruz ꝙ in specie specialissima fit comparatio z non in genere. q3 species dicit aliquid vnum a parte rei genus vo non qđ non intelligitur de vnitate conceptus. q3 hoc modo etiam genus dicit vnū sicut species alias non esset predicatum in quid et vniuoce dictum de suis speciebus ꝗus genus dicatur siue sumatur ab aliqua realitate in re potentiali. tamē non dicit vnam naturam sicut natura a qua sumitur species vt alibi ostenditur. Et de vniuersali hoc modo accepto pertinet ad methaphisicuz Alio modo accipitur pro fundamento proximo illius intentionis et tunc dicitur vniuersale scōz completam rationem vniuersalitatis z sic ē natura cōmunis existens in intellectu possibili in potentia propinqua ad hoc vt concipiatur ab eo vt vnum obiectuz numero intelligibile dicibile de omnibus suis inferioribus predicatōne dicente hoc est hoc. Et istam vniuersalitatem non habet extra intellectum. sed habet eam ab intellectu agente qui facit potentia intelligibile actu intelligibile scōm phm tertio de anima. recte sicut lumē facit potentia colorez actu colorez. sic intellectus agens potentia intelligibile facit actu intelligibile. Et ad hunc sensum loquitur cōmentator primo de anima cum dicit intellect9 est qui facit vniuersalitatez in rebus. Et de isto vniuersali consideratо hoc modo pertinet ad libz̄ de anima. Secundo modo accipitur vniuersale formaliter z sic est respectus rationis illius qđ p̄dicatur ad illud de quo predicatur causatum p actum intellectus comparantis illa ad inuicem et de vniuersali hoc modo dicitur ꝙ est subiectum primū huius tractatus. Tertio modo accipitur pro aggregato ex vtroqz et sic est ens per accidens et de illo nulla est scientia. q3 vt probatur sexto methaphisice de ente per accidens nō est scientia eo ꝙ non habet per se vnum ꝑceptuz

nota de vniuersali

nec vnam̃ per se passionem. nec vnum per se significatum. que tamẽ omnia requiruntur ad hoc ꝙ de aliquo sit scientia tanꝯ de subiecto primo

Sciendum est secundo ꝙ

vniuersale formaliter sumptũ diuiditur in quinq; vniuersalia sicut genus in suas species. que vniuersalia sunt genus species differentia proprium z accidens. Et probatur quia diuiditur in ea tanꝯ genus in suas species. qz vniuersale predicatur vno nomine z vna ratione de istis quinq; vniuersalibus que differunt specie. ergo predicatur de ipsis vt genus. tenet ꝓña per diffinitionem generis. et minor probatur qz quodlibet istorum est vniuersale. z quodlibet est aptum natum predicari de pluribus. Quorum vniuersalium sic habetur sufficientia. Quia omne vniuersale aptum natum est predicari de pluribus. vel ergo in quid vel in quale. Si in quid hoc est dupliciter. vel ergo dicit totam quidditatem illius de quo predicatur. et sic est species. species enim est tota quidditas suorum individuorum. quia individuum non addit vltra speciem nisi entitatem determinatam nature ad singularitatem que nec est quidditas nec pertinens ad quidditatem. cũ ipsa sit seipsa primo incõmunicabilis. omnis autem quidditas est cõmunicabilis scõm philosophum primo celi z mundi. Vel dicit partem eius de quo predicatur et sic est genus. vnde quinto methaphisice capitulo de parte dicit phũs ꝙ genus est pars speciei. Ex quo patet ꝙ genus non dicit totam essentiam speciei. ideo non bene dicũt illi qui dicunt ꝙ genus dicit totam quidditatem id est essentiam speciei. Si vero predicatur in quale hoc est dupliciter. qz vel predicatur in quale essentiale et sic est differentia. differentia enim est qualitas essentialis. Vel predicatur in quale accidentale z hoc est dupliciter. vel manat ab essentialibus principijs speciei z sic est proprium. Vel consequitur principia individui z sic est accidẽs Et datur ista sufficientia de vniuersali formaliter accepto tamen declarando ipsum per sua fũdamenta qz predicationes signate in secũdis intentionibus debent exerceri in primis. Et vtilitas huius tractatus est quia primo valet ad distinctam noticiam predicamentorum. Cuius ratio est qz in predicamentis docetur ordinatio specierum directe sub genere z differentiarum a latere. ergo oportz scire quid genus quid species z quid differentia. Et quia in tali ordinatione non possunt ordinari neq; debent accidentia per se neq; cõmunia. ideo oportet scire quid proprium z quid accidens vt vitentur a coordinationibus. qz scõm Boetium secundo topicorum suorum. Malũ non vitatur nisi precognitum. Secundo valet ad diffinitionum assignationem. qz scõm philosophum septimo methaphisice sola species diffinitur que constituitur ex genere et differentia. ideo oportet scire ad artem diffiniendi quid genus quid species z quid differentia. Tertio valet ad diuisionem seu artem diuidendi qz diuisio fit per differentias essentiales z non debet dari per accidentia neq; propria neq; cõmunia vt habetur secundo posteriorum. Quarto et vltimo valet ad cognitionem demonstrationum quia in demonstratione ostenditur passio de subiecto qõ est species per diffinitionem eius que cõstituitur ex genere z differentia. et non debẽt poni in ea aliqua predicata scõm accidẽs. ideo ad cognitionem demonstrationum oportet cognoscere quid genus quid species quid proprium quid differentia z quid accidens. Ex quo patz ꝙ magna est vtilitas huius tractatus.

Sciendum est tercio ꝙ

quando accipitur vniuersale pro secunda intentione tunc dicendo vniuersale est qõ aptum natum est predicari de multis est predicatio quidditatiua. Sed si caperetur fundamentaliter esset ꝓ dicatio denominatiua. z sic predicaretur diffinitio de diffinito. Ex quo sequitur ꝙ hic diffinitur vniuersale pro secunda intentione cuius predicabile est propria passio eius demonstrabilis de eo per qõ quid est eius. ita ꝙ si ponatur hec diffinitio vniuersale est qõ aptum natum est esse in multis propria ipsius vniuersalis vt dicit autor noster. tunc diceretur ꝙ predicari de multis est diffinitio predicabilis. Unde licet vnum z idem subiectum seu fundamentum sit vniuersale z ꝓdicabile: tamen iste intentiones sunt formaliter distincte. que quidez distinctio sufficit inter subiectum z passionem. non enim oportet passiones esse realiter distinctam a suo subiecto sed sufficit ꝙ formaliter distinguatur vt probat phũs quarto methaphisice. c. pº Uerũtamen si capiat ꝓdicabile cõmuniter vt dicit autor in principio sic non est passio vniuersalis. qz conuenit alteri ab vniuersali. Sed si capiatur proprie tunc est passio vniuersalis vt prius dictum est.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. Passio distinguitur realiter a suo subiecto. sed predicabile est passio vniuersalis vt dictũ ẽ. gº differt ab eo realiter. Maior patz qz idem non potest de seipso demonstrari cũ nõ habeat causam inherentie ad seipsum. sed passio potest demonstrari de subiecto. ergo differt ab eo scõm rem. Secundo arguitur. contra ꝓ suppositum probando sz ꝙ predicabile non sit passio vniuersalis. omnis passio est vniuersalis vel ergo est genus species differentia proprium vel accidens. sed nullum videtur dicendum nisi proprium. z cum proprium sit species vniuersalis sequitur ꝙ ꝓdicabile erit species z nõ proprium

Tertio arguitur sic. Ens est vniuersale cuz predicetur de multis. et tamen non continetur sub aliquo istorum quinqz vniuersalium. ergo diffinitio mala. Quarto arguitur sic. predicabile z predicamētū idez sunt. sed decem sunt predicamenta. ergo decem erunt predicabilia.

Ad rationes. Ad primā dicitur negando maiorem. z ad probationem distinguitur vel q idem omnimode non possit demonstrari de seipso z sic conceditur. vel q idem realiter alicui distinctuz tamen formaliter ab eo non possit demonstrari de eo. z sic negatur. z huiusmodi est passio demōstrabilis de suo subiecto. Ad secundam dicitur q omnis passio est vniuersalis capiendo vniuersale vt modus. z cum dicitur q talis passio sit proprium distinguitur vel capiendo proprium vt quid z sic negatur vel capiendo proprium vt modus z sic conceditur. Ad tertiam dicitur q ens non est vniuersale vt hic capitur vniuersale eo q non est finitum z limitatum. sed est indifferens ad limitationem z illimitationem quare non est vniuersale. Ad quartam dicitur q predicamentum z predicabile bene sunt idem subiecto sed distinguntur formaliter nec sunt idem conuertibiliter Vel dicitur q predicamenta et predicabilia distinguntur penes diuersos modos predicandi de suis subicibilibus z predicamenta distingunt tur penes diuersos modos predicādi de prima substantia. ideo nō oportet tot esse predicabilia quot sunt predicamenta.

Genus dicitur triplici ter. Primo modo dicitur genus vt est collectio multorum quodāmō se habentium adinuicem et ad vnum principium. vt collectio eorum qui sunt de eadem parētela z descendunt ab vno auo. vt romani a romulo. Secundo modo dicitur genus quod est principiuz vniuscuiusqz generationis. vt pater vel patria Tertio modo dicitur cui supponitur species. et hoc vltimo modo sumitur hic. et diffinitur sic. Genus est quod predicatur de pluribus differentibus specie in eo qō quid. vt animal p̄dicatur de homine z equo quoniam specie differunt. Ad cognoscendum autem hoc mēbrum de differentibus specie oportet scire quot modis dicitur differēs. vnde tot modis dicitur differens quot modis dicitur idem. Idem autem dicitur tripliciter scilz idem genere. idem specie. idem numero. Eadem genere sunt quecunqz sub eodem genere continentur vt homo z asinus sub animali Eadem specie sunt quecūqz sub eadem specie continentur. vt sortes z plato sub hoie. Idem numero dicitur quadrupliciter scz idem nomine. idem diffinitione. idem proprio. z idem accidente. Eadez nomine sunt quorum res est vna nomina vero plura vt marcus tulius. Eadez diffinitione sunt quorum vnuz est diffinitō alterius. vt animal rationale mortale est diffinitio hominis. Eadem proprio sunt quorum vnum est proprium alterius vt homo z risibile. Eadē accidente sunt quorum vnum est accidens alterius vt sortes z albedo que est in ipso. Si

militer differens dicitur tripliciter scilz genere specie ꝛ numero. Differẽtia genere sunt que sub diuersis generibus continẽtur vt homo sub animali et arbor sub planta. Differẽtia specie sunt quecunqz sub diuersis speciebus continẽtur vt homo ꝛ asinus sub animali. Differentia numero sunt que faciunt diuersum numerum. vt sortes et plato. Illud vero dicitur predicari in quid quod conuenienter respondetur ad interrogationem factam per quid. vt si queratur quid est homo conuenienter respondetur animal. et ideo animal predicatur i quid de homine. Aliter autez diffinitur sic genus. genus est cui supponitur species. Itez genus diuiditur in genus generalissimum ꝛ genus subalternum Genus generalissimum est supra quod non est aliud genus superueniens. Vel genus generalissimum est quod cum sit genus non potest esse species. Et diuiditur i decez generalissima que sunt decem predicamenta scilicet. substantia. quantitas. qualitatas. relatio. actio. passio situs. habitus. vbi. et quando. Hec autez decem dicuntur genera generalissima qz nullum genus habent supra se. Et licz ens sit supra ipa tamen non dicitur de ipsis vniuoce sed equiuoce ideo non est genus. De his autem nihil ad presens dicetur sed in predicamentis. Genus subalternum est quod cum sit genus bene potest esse species. vt animal ẽ genus hominis et equi et est species corporis animati.

Circa hunc textum notandum est primo q determinato de vniuersali tam diuisiue q diffiniti ue: hic ꝯsequenter autor determinat de quolibz quinqz predicabilium in speciali. Et quia genus species ꝛ differentia predicãtur essentialiter: proprium ꝛ accidens predicantur denominatiue et accidentaliter: ideo prius determinat de illis tribus primis q de alijs. Et adhuc prius determinat de genere qz genus predicatur de pluribus differentibus specie et in quid ideo sibi perfectius conuenit ratio vniuersalitatis q alicui alioz ideo autor prius determinat de genere q ꝺ alijs primo ponens acceptiones eius qz omne equiuocum prius est diuidendum q diffiniendum. cum aliquid non possit diffiniri nisi pro vno eius significato. Et quia genus est quoddam equiuocum ideo prius autor conuenienter ponit acceptiones generis vt eliciat membrum de quo ẽ ad propositum. Unde nomen generis prius fuit in vsu ciuiliter loquentium q in vsu phoz. et ex vsu ciuiliter loquentium translatum est in vsuz phorum propter similitudinem quam habet genus logicum ad genus dictum in ciuilibus vel etiaz in naturalibus: ideo dicit porphirius q genus logicum est dictum ad similitudinem generis primi modi ꝛ secundi modi. Unde primo mõ capitur genus vt est collectio multorum quodã modo se habentium ad vnum principium vt collectio multorum eiusdem progenei sicut progenies romanoruz qui descenderunt a romulo dicitur vnum genus. et hoc modo idem est qđ propenies. Secundo modo dicitur genus qđ ẽ principiuz alicuius generationis vt pater vel patria dicitur genus respectu filiorum. Etiam locus est principiuz per hoc q in eo est virtus generatiua ꝛ conseruatiua locati ratõne cuius homines nati in eodem loco sepe conueniunt in colore vt in

complexione. Tertio modo dicitur gen⁹ cui supponitur species.z istud est genus logicum z alij modi sunt modi generis dicti in ciuilibus. ideo hic enumerantur due predicte acceptiones ad q̃rum similitudinem dicitur genus logicum vt p istas acceptiones habeatur noticia de illo genere logico. Et qz hic nõ enumerantur generaliter omnes acceptiones generis sed solum ille ad q̃rum similitudinem sumitur genus logicum: ideo non fit mentio de genere masculino femineo et sic de alijs. Unde genus logicum habet conuenientiam cuz genere primo modo dicto. quia genus primo modo dictuz dicit collectionẽ multorum adinuicem. et etiam genus logicum dicit collectionem multarum specierum que sub ipso continentur. Sed habent differentiam qz talis collectio est totum integrale respectu collectorũ sed genus logicum est totum vniuersale respectu suarum specierum. Conuenit etiam genus logicum cum genere secundo modo dicto qz sicut genus secundo modo dictum est principium eorum que sunt illius generis: sic etiam genus logicum est principium suaruz specierum. Sed differunt qz genus secundo modo dictum est principium effectiuum eoruz que sunt illius generis sed genus logicum est principiuz formale z quidditatiuum suarum specierum. et est quasi principium materiale seu potentiale suarum specierũ et ob hoc dicit Porphirius q̃ genus est simile materie differentia vero forme. Et q̃ species componitur ex genere z differentia proportionaliter sicut statua ex ere z figura. differunt tamẽ vt dictum est genus logicum et genus secundo modo dictum. qz genus secundo modo dictum non est idem essentialiter cum aliquo descendentium ab eo neqz est de quidditate alicuius eorũ ideo non predicatur de aliquo illorum in quid. sed genus logicum est essentialiter idem speciei z includit̃ quidditatiue in conceptu formali ei⁹ ideo predicatur in quid de specie.

Sciendum est secundo q̃

genus logicum potest capi dupliciter. Uno mõ formaliter z tunc nominat vnum respectum rationis causatum per actum comparatiuum intellectus in aliquo obiecto cõmuni qõ est diuisibile per differentias oppositas formaliter comparato ad aliquaz aliã naturaz per se inferiorez in qua essentialiter z quidditatiue includitur et de qua predicatur in primo modo dicendi per se. et isto modo est secunda intentio. Secundo modo accipitur fundamentaliter pro vna realitate potentiali que est in re ex natura rei. z potentialis est in ordine ad realitatem a qua sumitur differẽtia. Et hoc ẽ q̃ dicit pħus secundo methaphisice oportet inquit diffinitionem esse orationem longam in qua est aliquid hoc quidem vt materia illud vero vt forma. z isto modo est res prime intentionis. Sed adhuc tertio modo potest capi p aggregrato ex vtroqz z sic est ens per accidens

Unde genus primo modo acceptum siue formaliter sic diffinitur a logico. Genus est qõ predicatur de pluribꝰ differentibus specie in eo qõ quid est. In qua diffinitione intelligitur vniuersale loco generis per hoc relatiuum quod dans intelligere suum antecedens. Et ponitur predicatur in quid ad differentiam proprij z accidentis et etiam differentie que predicantur in quale. Tertio ponitur de pluribus differentibus specie ad differentiam speciei que soluz predicatur de pluribus differentibus numero. z sic ille tres particule ponuntur loco differentie conuertibilis ipsius generis que est nobis innominata et circũloquuntur ipsam. Et debet sic intelligi illa diffinitio q̃ genus est vniuersale quod fundatur in aliqua natura que apta nata est predicari predicatione exercita de pluribus differentibus specie. Et q̃ ibi diffiniatur genus primo modo acceptum scz genus formaliter acceptum. probatur sic qz tñ illud diffinitur in proposito cui primo inest diffinitio. sed illud est tñ intentio secũda. ergo ꝛc. maior est manifesta quia diffinitio debet predicari de diffinito si sit quidditatiua in primo modo dicendi per se. minor patet qz in ista diffinitione omnia que ponuntur sunt intẽtionalia scz predicari de pluribus ꝛc. et non possunt per se primo conuenire nisi intentioni. ergo diffinituz est secũda intentio in concreto supple designata. qz illo modo significatur vt est applicabilis rei. Ex quo infertur q̃ opinio quorundam est falsa qui dicunt q̃ diffinitur res sub secunda intentione. qz dicunt q̃ res considerate a logico sicut predicamenta que sunt vere res extra animam considerantur vt stant sub intentionibus secundis. z per hoc differt logici consideratio a cõsideratione methaphisici. Sed istud dictum non est verum. quod probatur sic. quia illud qõ hic diffinitur conuenit vniuoce rebus omniuz generum vt animali colori z sic de alijs qz scõm idem nomen z scõm eandem rationem. sed impossibile ẽ aliquam rem qualitercũqz sub intentione generis cõuenire vniuoce rebus omnium generum. ergo ꝛc. Minor probatur qz res cõmunior modo significari nõ potest q̃ p hoc nomen ens. si ergo aliqua res sub intentione generis esset vniuoca omnibus generibꝰ: ens poset esse vniuocum illis sub intentione generis. et sic esset tantum vnum genus generalissimum quod est falsum. qz scõm pħm in libro predicamentorum et in quarto methaphisice sunt decez genera generalissima. Sequeret similiter q̃ ens esset genus qõ est falsum. qz scõm pħm secundo posteriorum z tertio methaphisice ens non est genus ergo ꝛc. Preterea si res sub intentione dis-

finiretur tunc ens per accidēs diffiniretur quia intentio accidit rei. sed ens per accidens nō potest diffiniri. q; diffinitio per se convenit diffinito. z enti per accidēs nihil per se potest attribui in primo⁹ dicendi per se ex primo posteriorum. Relinquitur ergo illam opinionem esse falsam z aliam esse veram dicentem q; hic diffinitur genus pro intentione secunda. Sed circa hanc diffinitionem incidunt alique difficultates. Prima est vtrum genus predicetur de pluribus differentibus specie in quid. Et videtur q; non quia hec intentio secunda genus non predicatur nisi de differentibus numero in quid. ergo ꝛc|. Oppositum patet in littera. Pro solutione ē notandum q; differentia est inter actum signatum z actum exercitum vt patet in multis. istud enim adverbium non exercet negationem et tamen ly negatio significat negationem. Similiter exclusio significat exclusionem z tamen exercetur per ly nō. Et similiter exceptio significat exceptionē z exercetur per istam dictionem exceptiuam pter

Ex quo patet q; a predicari significato ad predicari exercitum siue ad esse non valet consequētia in eisdem terminis. Sed a predicari in secundis intentionibus ad esse in fundamentis bene valet consequentia. Non enim sequitur gen⁹ predicatur de specie ergo species est genus. sed bene sequitur genus predicatur de specie ergo hō est animal. bos est animal. leo est animal z sic de alijs. hoc enim debet exerceri in primis qō significatur in secundis intentionibus. Tamen bene quandoq; gracia materie sequitur in eisdem terminis vt bene sequitur animal predicatur de homine ergo homo est animal. vnde hoc verbum predico⁊. aris. significat predicationes. sed istud verbum est exercet eam. Et genus predicari de pluribus differentibus specie non est aliud q; genus formaliter sumptum significare vnam intētionem in vna natura fundatā que natura nata est predicari predicatione exercita de pluribus differentibus specie. Hoc notato dicitur ad difficultatem q; genus predicatur in quid predicatione signata de pluribus differentibus specie. sed non predicatione exercita. imo predicatione exercita solum predicatur de pluribus differentibus numero vt concludit ratio ante oppositum et per hoc patet eius solutio. Secunda difficultas est vtruz genus predicetur de pluribus differentibus specie eodem modo quo dictum est. Et diceretur q; non q; non predicatur ō aliquib⁹que differunt illa intentione specie. imo de quibuscūq; predicatur ipsa conueniunt in illa intentione ergo ꝛc|. In oppositum arguitur. q; si species non caperetur formaliter z nō esset secunda intentio sed prima talis diffinitio nō esset quidditatiua. cōsequens est falsum vt patuit ergo z antecedens. Ad hoc dicitur q; differens specie in illa diffinitione capitur secunde intentionaliter. Et ad rationem conceditur q; genus de quibuscūq; predicatur predicatione exercita conueniant in illa intentione, differens specie. Unde hoc differens specie qō est asinus. et hoc differens specie quod est homo. cōueniunt in illa intentione differens specie. Et soluitur rō sic. q; de quibuscūq; predicatur genus illa cōueniunt in illa intentione species. et negetur q; non predicetur ō pluribus differentibus specie q; diffinitio non vult dicere q; genus predicetur de pluribus differentibus illa intentione species. sed q; predicatur de pluribus conuenientib⁹ in illa intentione differens specie. q; hoc cōplexum differens specie capitur secunde intentionaliter. Tertia difficultas est vtrum potestas generis addat aliquid reale supra essentiam ei⁹. Et videtur q; sic. q; accidēs superaddit aliquid reale vltra suum subiectum. sed potestas generis est accidens essentie ergo ꝛc|. Respōdetur q; potestas generis z eius essentia idem sunt realiter. differunt tamen ex natura rei. vnde potestas nō est aliud q; quidditas eius. Nec oportet q; quicquid conuenit vni conueniat alteri imo est sufficiens distinctio sc⁊ ex natura rei inter potestates z essentias ad verificandum ꝛ contradictoria predicata de ipsis. quia hec est vera genus est diuisibile scōm potestatem. z hec non est vera genus est diuisibile scōm essentiam. bene tamen sequitur potestas generis est diuisibilis. ergo essentia ē multiplicabilis. Ad rationes conceditur maior z negatur minor et etiam cōsequentia. q; non addit aliquid realiter distinctum ab ea sed bene ex natura rei.

Sciendum est tercio q

duplex est intentio sc⁊ prima z secūda. Unde prima intentio est primus rei conceptus accipiēdo conceptum pro conceptu obiectiuo vel cognito cognoscibili vel intelligibili. Unde prima intentio est res primo intellecta cuius intellectio immediate causatur a re vel a rei specie. res enim dicitur intentio vt cognita vel cognoscibilis. Unde termini prime intentionis dicuntur qui significant huiusmodi res conceptas vel cōceptibiles vt homo equus z sic de alijs. Secunda vero intentio est quedaz relatio rationis causata ab actu comparatiuo intellectus compantis vnuz primum intellectum ad aliud primum intellectum. Verbi gracia. intellectus intelligens hominez z animal comparat vnū ad aliud in ratōne subicibilis z predicabilis. ex cuius actu comparatiuo ex parte animal derelinquitur relatio quedam q; dicitur genus. z ex parte hominis alia que dicit species. et sic scōm diuersas comparationes format intellectus diuersas relationes. z sic omnis secunda intentio est formaliter relatio rationis.

et omnes tales intentiones sunt subiectiue in re et obiectiue in intellectu solum. Silogismus enim est vna secūda intentio quia est habitudo formaliter seu comparatio premissarum ad conclusionem. ideo bene dicitur ꝙ logica est de secūdis intentionibus adiunctis primis. qz logicus applicat secundas intentiones ad primas quas considerat non scōm se sed inquantuz sunt fundamenta secundarum intentionum. notificātur enim relationes rationis p sua fundamenta propter earum modicam entitatez. ideo phūs quinto methaphisice distinguit modos relationuz realium scōm distinctionem fundamētoruz. Aduertendum est tamen ꝙ secunde intentiones nō sic fundantur in primis ꝙ ex natura rei inde oriantur. qz tunc essent relationes reales. sed interueniente actu comparatiuo intellectus causant. z vna relatio rationis potest esse fundamentum alterius. sicut intentio speciei fundatur in intentione generis cum vniuersale sit genꝰ ad omnia quinqz vniuersalia. genus igitur est species vniuersalis quare illa intentio species fundatur in illa intentione genus. Ulterius autor determinat de aliquibus partibus positis in diffinitione generis scilz differentibus specie. et ob hoc ponit quot modis dicitur idem. qz tot modis dicitur differens quot modis dicitur idem. Unde idem dicitur tripliciter. s. idem genere. idem specie. z idem numero. Unde illa dicuntur eadez genere que continētur sub eodem genere proximo vt homo z asinus sub animali. et est quedam secunda intentio siue relatio rationis. Similiter etiam eadem specie sunt quecūqz sub eadez specie specialissima continentur. vt sortes z plato. Idem vero numero dicitur quadrupliciter. s. idē nomine. idem diffinitione. idem proprio. z idem accidente. et declarationes harum acceptionum clare patent in textu. Similiter differens dicitur tripliciter. s. differens genere. differens specie. z differens numero. z est semper secunda intentio in concreto designata. Et huiusmodi acceptiones sufficienter habentur in textu. Consequenter autor probat ꝙ genus predicatur in quid. z hoc sic. Illud dicitur predicari i quid qō conuenienter respondetur ad questionem factā per quid. sed ad questionez siue interrogationē factaz per quid conuenienter respondetur genꝰ et hoc patet tam in fundamentis ꝙ in secundis intentionibus. Probatur in fundamentis vt cuz queritur quid est homo: conuenienter respondetur est animal. ergo animal est genus z predicat in quid. Similiter si queratur quid predicatur ō specie conuenienter respondetur genus. ergo genus formaliter sumptuz predicatur de specie in eo ꝙ quid predicatione signata. Ex quo patet ꝙ diffinitio generis predicta est bona. quia nihil superfluum neqz diminutum continet.

Ulterius ponit aliam diffinitionem generis que talis est. Genus est cui supponitur species. que debet sic intelligi. Genus est relatiuum qō refertur ad speciem tanꝙ ad suum proprium correlatiuum. et est relatiuum suppositionis. vt sicut genus est alicuius speciei genus ita species est alicuius generis species. ibi genus refertur ad speciem tanꝙ ad suum correlatiuuz sub habitudine obliqui casus. Ulterius diuidit autor genus in genus generalissimum et genus subalternum. Unde genus generalissimum est supra quod non est aliud genus superueniens. Uel sic genus generalissimum est qō cum sit genus non potest esse species. Que diffinitiones debēt sic intelligi. Genus generalissimum formaliter sūptum significat relationem fūdatam in aliquo obiecto predicabili de pluribus differentibus specie. cui repugnat comparari vel referri ad aliaz sibi superiorem tanꝙ ad genus. Et diuiditur in decem predicamenta que sunt hec. substantia quantitas. qualitas. relatio. actio. passio. vbi. quando. situs. z habitus. Dec autez vt dicit porphirius dicuntur generalissima qz non habent aliqō genus supra se vniuoce dictuz de ipsis. patet quia si esset aliquod genus vniuocum ipsum maxime esset ens. sed hoc est falsuz igitur. minorem probat porphirius qz ens est equiuocuz igitur non est genus. añs probat porphirius auctoritate Aristotelis dicentis si quis omnia entia vocet equiuoce nūcupabit ea et non vniuoce.

Sed contra hoc arguitur primo per philosophum quarto topicoꝝ dicentem ꝙ ens et vnum predicantur de omnibus scōm nomen z scōm rationem. i. scōm quidditatem. ergo ens est vniuocum decem generibus. Item ens z non ens contradicūt vt vult phūs quarto methaphisice. gꝰ sequitur ꝙ ens non est equiuocum. patet consequentia qz in equiuocis non est oppositio cōtradictio nec ꝫ sequētia vt vult phūs primo periarmenias z primo elenchoruz. Item nulli equiuoco conueniunt passiones de eo demonstrabiles vt patet quarto methaphisice. ergo ens nō ē equiuocum. Non tamen propter hoc sequitur ꝙ sit genus ad decem generalissima. qō probatur. quia nullum genus predicatur in quid de differentijs vt patet tertio methaphisice. sed ens predicatur in quid de differentijs. ergo ens non est genus. Tū etiaz quia conceptus entis est indifferens ad finitum z ad infinitum. ergo conceptꝰ entis nō potest esse conceptus generis. añs probatur qz ens diuiditur prima sui diuisione per finitum z infinitum. et patet ꝫña. quia ꝙceptus generis sumitur ab aliqua realitate potentiali q̄ nata est perfici et actuari ab illa realitate a qua sumitur differentia. sed omnis talis realitas potentialis nata perfici z actuari per aliam realitatem necessario est finita z limitata. nec potest cō

uenire enti illimitato formaliter. Et hinc est q̄ deus nec aliquid formaliter dictum de deo potest esse in genere. Sed quid dicendum est tūc ad autorem qui dicit q̄ ens dicit̄ equiuoce siue multipliciter de istis. Ad hoc dicendū est ponendo vnam distinctionem q̄ duplex est vniuocum. qō dam est qō descendit in sua vniuocata sc̄m eādem rationem formalem. sed non sc̄m eundem gradum perfectionis. Aliud est vniuocū quod descendit in sua vniuocata sc̄ō eandem rationē formalem ⁊ sc̄m eundem gradum perfectionis Tunc dicitur q̄ ens est vniuocū, accipiendo vniuocum primo modo. sed non secundo modo. primus patet q̄ ratio entis dicitur de omnibus decem generibus ⁊ includitur in eis. sed non sc̄m eundem gradum perfectionis. q̄ substantia est perfectius ens accidente.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. totum collectiuum non est totum vniuersale. sed genus est totum vniuersale ergo genus non est totum collectiuum. ergo male dicitur q̄ genus primo mō est collectio multorum. Secundo arguitur sic. genus predicatur de his quorum est genus. sed principium generationis non predicatur de his quor̄ ē principium. ergo principium generationis nō est gen⁹ qō est contra secundam acceptionem. Tertio arguitur sic. individuum ponitur sub genere ⁊ tamen non est species. ergo male dicitur q̄ genus ē cui supponitur species. Et si dicatur q̄ individuum ponitur sub genere mediante specie/ modo illa diffinitio intelligitur sic. Genus ē cui immediate ⁊ directe supponitur species. Contra hoc sic arguitur individuum vagus generis immediate supponitur generi vt aliqō animal. ⁊ tñ non ē species igitur. Quarto arguitur sic Intentio secunda non predicatur de re prime intentionis in quid cum sit accidens. sed illud qō hic diffinitur predicatur de re prime intentionis in quid. ergo illud qō hic diffinitur non est intentio secunda. Quinto arguitur sic. si diffiniretur intentio generis pari ratione in diffinitiōe ipsius poneretur intentio speciei. cum ergo ille intentiones sint disparate. ⁊ disparatum nō predicetur de disparato sequitur q̄ genus non predicatur de specie. g⁹ ꝓtra diffinitionem.

Ad rationes. Ad primā

dicitur concedendo maiorem ⁊ distinguendo minorem vel genus logicum ⁊ sic conceditur. vl̄ genus ciuiliter dictum ⁊ sic negatur. Ad secūdam dicitur distinguendo maiorē vel genus logicum et sic conceditur q̄ predicatur in quid de qualibet suarum specierum. vel ciuiliter dictum ⁊ sic negatur. Ad tertiam dicitur negando añs q̄ cui dicitur genus est cui supponitur species intelligitur q̄ genus dicit respectum superpositionis ⁊ species suppositionis. sic q̄ respectus generis respicit respectum speciei tanq̄ suū proprium correlatiuum ad qō primo refertur. iō individuum isto mō non supponitur generi. q̄ genus non refertur ad ipsum. licet maior habeat veritatem in fundamentis. Ad replicam dicitur q̄ non est differentia inter individuum vagum ⁊ individuum determinatum nisi in modo significandi. quia individuum vagum est individuum vage significatum. ideo si vnum non ponatur immediate nec reliquum. Ad quartam dicitur q̄ intentio nō est quid rei. p̄dicatur tamen in quid predicatione signata. licet non predicatione exercita. Unde ista tota diffinitio predicatur de genere in quid capiendo genus formaliter. ⁊ fundamentum generis predicatur in quid de fundamento speciei. Ad quintam dicitur concedendo maiorem et distinguendo minorem vel si vtrunq̄ accipiatur vt quid. et sic conceditur q̄ sunt disparata nec de se inuicem verificantur. tñ si vnus accipiatur vt quid ⁊ aliud vt modus bene verificantur de se inuicem vt dicendo genus est species. Vl̄ dicitur q̄ genus predicatur ō specie predicatione signata ⁊ fundamentum de fundamento predicatione exercita.

Pecies est quod predicatur de pluribus differentibus numero in eo qō quid. In hac enim diffinitione hoc verbum predicatur dicit aptitudinem et non actum. similiter ⁊ in alijs homo predicatur de socrate et platone ⁊ de alijs particularibus hominibus que differunt numero vt prius patuit. Diffinitur etiā sic species. Species est que ponitur sub assignato genere ⁊ de qua genus in eo qō quid predicatur. Et diuiditur in speciē specialissimam ⁊ subalternam Species specialissima est que cum sit species non potest esse genus. vt homo equ⁹ ⁊ similia.

vel est illa sub qua non est inferior species sub se. Species subalterna est que cum sit species bene potest esse genus. Unde quecunq; sunt inter genus generalissimum ⁊ speciem specialissimaz possunt esse genera ⁊ species ad aliud tamen et ad aliud sumpta. sunt enim genera respectu inferiorum. species vero respectu superiorum sicut patet in arbore. Ut hoc autem sit magis planum sumatur exemplum in vnoquoq; predicamento. vt substantia est gen⁹ primum. ⁊ sub hoc ponitur corpus. et sub corpore ponitur corpus animatuz. sub corpore animato animal. et sub animali animal rationale. et sub rationali homo. et sub homine sunt individua. vt sortes et plato.

Individuuz est quod de vno solo predicatur. vt sortes de se ipso. et hec patent in arbore porphirij.

Jsta tibi plana dabit
arbor porphiriana.

Circa hunc textum notandum ē primo q; post q; autor determinauit de genere hic consequenter determinat de specie. cuius ratio est quia vt dicit philosophus in predicamentis in capitulo ad aliquid. si quis diffinite noverit vnum relatiuorum diffinite cognoscet ⁊ reliquū eo q; in vtro rūq; rationibus oportet vtrisq; vti. Sed genus ⁊ species correlatiue se habent. ideo conuenienter postq; determinauit de genere mox determinat de specie ponendo eius diffinitionem que talis est. Species est quod predicatur de pluribus differentib⁹ numero in eo qō quid. Jn qua diffinitione ponitur vniuersale loco generis ⁊ datur nobis intelligi per hoc relatiuum quod. Deinde ponitur de pluribus differentibus numero ad differentiam generis quod predicatur de pluribus differētibus specie. Et ponitur in eo quod quid ad differentiam differentie proprij et accidentis que predicantur de plurib⁹ in eo qō quale. Exemplum textus. vt homo predicatur de sorte ⁊ platone qui differunt numero. Et probatur in textu q; species predicetur in quid quia cōuenienter respondetur ad interrogationem factaz per quid ergo predicatur in quid. Consequēter autor diffinit speciē alia diffinitione q; talis ē Species est que ponitur sub assignato genere. ⁊ de qua genus in eo quid sit predicatur. Jn qua diffinitione ponitur vniuersale loco generis. Et ponitur sub assignato genere ꝛc. ad circumloquendum propriam differentiam. ⁊ ideo ille due diffinitiones sunt quiditatiue quia dantur per genus ⁊ per aliquid quod circūloquitur propriam differentiam. Et prima diffinitio debet sic intelligi. Species est vniuersale quod fundatur in aliqua natura cui conuenit comparari ad aliquam naturam singularez de qua predicatur in primo modo dicendi per se predicatione exercita tanq; de differentibus numero vt de sorte et platone ⁊ sic de alijs hominibus. Et hec diffinitio datur de specie in ratione vniuersalis. Alia vero diffinitio datur per respectum ad suuz correlatiuum qō est genus. que diffinitio sic intelligitur. Species est relatiuuz suppositionis quod refertur ad genus tanq; ad suum correlatiuum. qō quidem genus predicatur de specie in eo qō quid predicatione signata in secundis intentionibus ⁊ exercita in fundamentis. Exemplum primi vt si queratur quid predicatur de specie in eo qō quid conuenienter respondetur genus. ergo genus formaliter sumptum predicatur de specie predicatione signata in eo qō quid. Exemplum secundi vt si queratur quid est homo conuenienter respondetur animal. ergo fundamentum generis predicatur de fundamento speciei predicatione exercita in eo qō quid. Et in istis diffinitionibus species formaliter sumpta est diffinitū et nō res substrata intentioni. quod patet quia omnia posita in istis diffinitōnibus sunt secūde intentiones et predicantur essentialiter de diffini

to. Unde differentibus numero sumitur secunde intentionaliter. quia species predicatione signata predicatur de hoc differenti numero et de hoc differenti numero et sic de alijs que conueniunt in hac intentione secūda differēs numero

Unde circa hoc est aduertendum ꝙ licet vnius ꝛ eiusdem rei non possint esse plures diffiniti ones quidditatiue de quibus intelligitur autoritas Aristotelis sexto topicorum dicentis ꝙ vnī rei non est nisi vnum esse id est vna quidditas quā explicat diffinitio. quia diffinitio est oratio quid est esse rei significans primo topicorum et quarto methaphisice. Tamen vnius rei relatiue fundamētaliter siue materialiter accepte possunt esse plures diffinitiones quidditatiue. quia tale relatiuum vnum ꝛ idem existens realiter potest referri ad plures terminos ꝛ sc̄z hoc potest habere plures notificationes notificantes ip̄m per sua fundamenta comparata ad illos terminos. et quelibet illarum erit diffinitio quidditatiua. eo modo quo relatiuis ꝛ relationibus conuenit habere diffinitiones quidditatiuas. Sic autem est in proposito quia species est quoddā relatiuū ꝯcretiue designatum quod pōt referri ad plures terminos pluribus relationibus formaliter diuersis propter diuersitatem terminorum. ꝛ per consequens potest diffiniri pluribus diffinitionibus quarum quelibet est quidditatiua. Importat enim respectum ad genus qui vocatur respectus suppositionis. ꝛ relatio qua refertur ad genus est relatio suppositionis. Et vt intelligitur sic referri hoc modo habet diffiniri Species est que ponitur sub assignato genere et de qua genus in eo qō quid sit predicatur. id est est quidam respectus rationis qui relatione suppositionis refertur ad genus sicut ad terminuz Dic etiam datur intelligi ꝙ ista duo fundamenta istarum duarum intentionuz sic se habent ad inuicem ex natura rei ꝙ vnum est naturaliter superius ꝛ cōmunius alio et aliud inferius ꝛ minꝰ commune. quare vnum naturaliter ponitur sub alio vt homo sub animali. Et quia isti respectus intentionales sunt parue entitatis ideo habent declarari ꝛ notificari per sua fundamenta ꝛ terminos. Potest etiam illud idem relatiuuz vnius oce tantum alia relatione referri ad indiuiduа quorum est species. et tunc diffinitur diffinitione primo data. Et sic patet ꝙ quelibet diffinitio speciei est quidditatiua et essentialis data per genus ꝛ differentiam. quia terminus ponitur loco differentie. quando relatiua diffiniuntur eo ꝙ relatio est habitudo ad terminum formaliter.

Sciendum est secundo ꝙ

vt prius dictum est vniuersale est genus ad ista quinqz vniuersalia que sunt species specialissime ipsius vniuersalis. ideo neqz genus generalissimum neqz species specialissima neqz genus subalternum predicantur de pluribus differentibus specie loquendo de predicatione quidditatiua ꝛ exercita in secundis intentionibus. sed tamen illo non obstante hec intentio species specialissima potest denominatiue predicari de differentibus specie prime intentionaliter acceptis vt dicendo albedo est species specialissima hō est spēs specialissima ꝛ sic ō alijs. Et ideo species non diuiditur in speciem specialissimam et subalternam per differentias essentiales sed per differentias quasi accidentales se tenentes ex parte fundamentorum quibus applicantur iste intentiones. Verbi gracia species specialissima dicitur attributa alicui fundamento non diuisibili per differentias formales sed materiales tātuz Species vero subalterna attribuitur alicui fundamēto adhuc diuisibili per differentias formales cui possent simul applicari intentio generis ꝛ intentio speciei per comparationem ad diuersos terminos. que intentiones sunt formaliter diuerse tamen fundamentum est vnum et idem solum diuersificatum istis diuersis relationibꝰ. quia non oportet ꝙ sit tanta diuersitas in fundamentis quanta est in relationibus fundatis in re. quia in eodem fundamento possunt fundari plures intentiones siue relationes diuerse. sicut similitudo et dissimilitudo in albedine. Et licet logicus primo et principaliter intendat de istis respectibus intentionalibus tamen declarat eos per fundamenta. et ideo ponitur arbor que dicitur porphiriana in qua ostenditur quo modo fundamentis istis quibusdaz non repugnat vterqz respectus scilicet generis et speciei. licet primo predicato repugnet intentio speciei quia sibi repugnat respectus suppositionis respectu alicuius nature superioris cui potest attribui intentio generis. Que quidam arbor est conuenienter assignata preter hoc ꝙ ibi ponitur animal rationale pro genere. quod positum est sc̄m opinionem stoicorum qui posuerunt deos esse animalia rationalia et immortalia. et tamen non est verum quia esse animal habet sensum sc̄m porphirium. sed qō habet sensum est corruptibile ergo ꝛ mortale.

Sciendum est tertio ꝙ

non eodem modo genus se habet ad species sicut species ad individuum. quia genus est pars quidditatis speciei. et species vltra genus includit aliquam entitatem formalem ꝛ per se pertinēt ad quidditatem. sed individuum non includit aliquid per se pertinens ad quidditatem vltra speciem. quia species est tota quidditas sin

gularium. sed bene addit entitatem que seipsa ẽ primo incommunicabilis ꝛ determinatiua quidditatis ad esse singularitatis que entitas dicitur materia. sicut quidditas vocatur forma. Et sic accipit philosophus materiam primo celi ꝛ mũdi cum dicit. Cum dico celum dico formam id ẽ quidditatem scilicet aliquid quod de se est communicabile et cui quantum est de se non repugnat diuidi in partes subiectiuas. Sed cum dico hoc celum dico formaz in materia. quasi diceret tunc dico quidditatem contractaz ad esse singularitatis per proprietatem indiuidualem superadditam nature que licet sit eadem cum natura realiter non tamen formaliter. sed est distincta a natura ex natura rei. Et inde dicimus ꝙ species contrahitur ad indiuidua per differentias materiales. quia natura seu quidditas que de se est communis ꝛ vna a parte rei circumscripto omni opere intellectus determinatur ad esse singularitatis ꝛ constituitur in esse subicibili. Ex isto sequitur ꝙ differentia indiuidualis est principium indiuiduationis. et primum principium distinctiuum inter indiuidua eiusdem speciei. Et hoc patet per philosophum septimo methaphisice dicentem sortes non generat aliud nisi propter materiam vocans materiam differentiaz indiuidualem. Ultimo autor ponit diffinitionez indiuidui eo ꝙ dicitur in diffinitione speciei qð predicatur de pluribus differẽtibus numero que sunt indiuidua. ꝛ diffinitur hoc modo. Indiuiduus est quod predicatur de vno solo. Pro cuius intellectu, aduertendum est ꝙ indiuiduum potest capi dupliciter. vno modo formaliter et tunc significat relationem fundatam in aliqua natura incommunicabili que predicabilis est ð vno solo. et isto modo diffinitur hic. Alio modo capitur fundamentaliter et tunc ipsa natura incommunicabilis dicitur indiuiduum. capiendo ergo indiuiduum vt quid hic diffinitur ꝛ diffinitio sic intelligitur. Indiuiduum significat relationem fundatam in aliqua natura que apta nata est de vno solo predicari. Unde indiuiduum fundamentaliter acceptum est quadruplex. quoddam enim est determinatum nominatione qð significatur nomine proprio sibi impositovt sortes vel plato. Aliud est determinatum demonstratione qð significatur per terminum cõmunem sumptum cum pronomine demonstratiuo vt iste homo. Aliud est determinatum circũlocutione quod significatur per circumlocutionem suarum proprietatum vt dicendo talis homo sedens cum grosso capite ꝛ longo naso ꝛ sic de alijs. Quartum est determinatum ex suppositione vt sortis filius suppositio ꝙ sortes non habeat nisi vnum filium. Unde consequenter assignentur septez proprietates indiuidui que in hiis versibus continentur. vnde ꝟsus. Forma figura locus stirps nomen patria tempus. Dec septem propria continet omnis homo.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. omnis diffinitio debz dari per essentialiter notiora. sed vnum relatiuorum non est essentialiter notius altero. ergo vnum nõ debet diffiniri per reliquum. Confirmatur quia in diffinitionibus non debet esse circulatio sicut nec in demonstrationibus. ergo vnum relatiuorum non debet diffiniri per reliquum ꝛ econtra.

Secundo arguitur sic. Si species diffiniretur pluribus diffinitionibus quidditatiuis sequeretur ꝙ idez posset per se referri ad plura sicut species ad plures terminos. et sic idem diceret bis quod est contra philosophuz quinto methaphisice capitulo de ad aliquid. consequentia satis est nota de se. Confirmatur quia vnius rei non est nisi vnum esse quidditatiuum quod explicatur per diffinitionem quidditatiuam que cõstat ex genere ꝛ differentia. vnius enim rei nõ potest esse nisi vnum genus proximum ꝛ vna differentia conuertibilis. ergo nisi vna diffinitio. Tertio arguitur sic. genus generalissimum predicatur in quid de pluribus differentibus specie. et similiter species subalterna et hoc est essentiale ipsi intentioni. g? plura specie distincta ei subiciuntur essentialiter. et per consequens iste intentiones non sunt species specialissime nec soluz distincta per fundamenta quibus applicantur.

Quarto arguitur sic. Ens predicatur scõm prius ꝛ posterius ð substantia ꝛ accidente. quia dicitur simpliciter de substantia ꝛ scõm quid de accidente. ergo non dicitur vniuoce de ipsis. cõsequentia tenet quia vniuocuz predicatur equaliter de suis vniuocatis. Quinto arguitur sic. In indiuiduo siue in composito naturali nõ est assignare nisi materiam formaz ꝛ totum compositum. sed differentia indiuidualis non est materia neqz forma neqz compositum. ergo nihil ẽ Confirmatur quia dicitur septimo methaphisice substantia vniuscuiusqz est sibi propria et nõ alij. ergo nulla est natura cõmunis. ꝛ per consequens non oportet querere aliquod principium indiuiduationis determinatiuum nature ad esse singularitatis. q? natura est de se singularis.

Ad rationes. Ad primã

dicitur ꝙ proprie relatiuum non habet diffiniri per correlatiuum. sed debet diffiniri per fundamentum et terminum et per aliquid proprij generis. sed nos sepe circumloquimur terminum per correlatiuum. et hoc intelligitur ꝙ relatiuus diffinitur per suum correlatiuum positũ loco termini. Ad confirmationem dicitur ꝙ hoc verum

est in absolutis sed non habet veritatem in respectuis. Ad secundam dicitur q sicut dictum est non est inconueniens idem per se referri ad plura. vnde quarto topicorum dicitur ad quodcunq3 refertur genus refertur et species. Sed impossibile est idez referri ad plura per se primo. quia sic vna relatio esset plures relationes quod est contradictionis implicatio quia relationes multiplicantur multiplicatis ipsis terminis ad quos primo et per se referuntur. Nunc ad propositum species refertur primo et per se ad genus. sed non refertur primo t per se ad individua de quibus predicatur licet bene p se. quia ratione alicuius essentialiter inclusi scilz ratione sui generis qđ est vniuersale cui conuenit primo et per se predicari de pluribus. speciei autem non conuenit primo sed solū ratione vniuersalis. Unde illud dicitur alicui cōuenire primo t per se quod conuenit ei scōm ratōnem propriam specificam t non ratione alicuius in eo inclusi. sed illud dicitur per se non primo conuenire alicui quod conuenit illi ratione alicui⁹ essentialiter in eo inclusi. Ad confirmationem dicitur q vnius rei absolute non est nisi vnum esse quidditatiuum completum et totale. sed vnius rei relatiue materialiter possunt esse plures habitudines seu relationes formaliter distincte relate ad diuersos terminos t per cōsequens potest habere plures diffinitiones explicantes illas diuersas habitudines quarum quelibet erit quidditatiua eo modo quo cōtingit quidditatiue diffinire respectus. Ad tertiaz dicitur q genus generalissimum genus subalternū t species subalterna sunt species specialissime ipsius vniuersalis. et nullum illorum predicatur predicatione exercita in secundis intentionibus in quid nisi de differentibus numero. sed predicatione signata in secundis intentionibus predicātur de pluribus differentibus specie sed illa debet exerceri in fundamentis siue in primis intentionibus ideo. Similiter diceretur q subiectione signata in secundis intentionibus subiciuntur ei plura specie differētia. sed illa debet exerceri in primis intentionibus. sed loquendo de subiectione exercita in secundis intentionibus non subiciuntur eis nisi ea que solum numero differunt.

Ad quartam dicitur concedendo antecedēs t negando consequentiam quia scōm philosophum tertio methaphisice inter species eiusdez generis est ordo essentialis. et tamen propter illum ordinem essentialem nulla opinio negat genus predicari vniuoce de suis speciebus. ergo pari ratione sic erit in proposito. Unde cuz vnitate analogie bene stat vnitas vniuocationis t econtra. t etiam proportionis scōm Aristotelem quinto methaphisice capitulo de vno. Entitas tamen non conuenit accidenti per substantiam formaliter sed solum causaliter. sed talis ordo causalis non impedit vniuocationem sicut vermis generatur a sole et tamen vniuocatur cum sole in corpore quia ambo sunt corpora. Quid autem sit dicendum ad porphirium satis patet ex dictis. Ad quintam dicitur q differentia individualis neq3 est materia neq3 forma neq3 totum compositum formaliter. quia quodlibet illorum est communicabile formaliter. Sed differentia individualis est entitas quedam que seipsa primo est incommunicabilis. Et ideo ipsa est vltima actualitas ipsius materie forme et totius compositi. licet ipsa realiter ydemtificetur cum natura cuius est. et ideo differentia individualis materie est eadem cum materia. et forme cum forma. compositi cum composito. Et hoc sufficit ad verificandum dictum philosophi dividentis substantiam in materiam formam t totum compositum. Ad confirmationem dicitur q substantia vniuscuiusq3 est sibi propria aut per se aut per aliud. sed ex hoc non sequitur q non sit aliqua natura de se communicabilis et verificabilis.

Sequitur Arbor.

Differentia dicitur tripliciter. communiter proprie ⁊ magis proprie. Communis differentia est qua vnum differt ab altero separabili accidente. vt sortes sedens differt a platone currente Propria differentia ē qua vnū differt ab altero inseparabili accidente. vt sortes simus differt a platone aquilo. Differentia magis propria est qua vnū differt ab altero specifica differentia. vt homo per rationale differt ab equo ⁊ asino. Et diffinitur sic differentia ē quod predicatur de pluribus differētibus specie i eo q̄ quale vt rationale predicatur de homine et de dijs que differunt specie. sumus enim rationales nos et dij vt vult porphirius sed mortale additū nobis separat nos ab illis. Illud autem dicitur predicari in quale quod cōuenienter respōdetur ad interrogationem factam per quale. vt cum queritur qualis est homo conuenienter respondetur rationalis. ⁊ ideo ratōnale predicatur de homine in quale.

Aliter sic diffinitur differentia est qua habundat species a genere. vt homo habundat ab animali his differentijs rationale ⁊ mortale. Et sciendū est q̄ eadem est differentia diuisiua ⁊ constitutiua scilicet diuisiua generis et constitutiua speciei. vt rationale diuidit aial cū differentia sibi opposita. Dicimꝰ enim aialiū aliud rationale aliud irrationale. ⁊ iste due differentie ꝓstituūt diuersas spēs sub aiali. ois enim differētia adueniēs generi ꝓstituit speciē. et ideo ꝓstitutiua vl diuisiua noiatur. mortale enim additū sup hoc genꝰ aial ꝓstituit speciē. et ideo dicit Boetiꝰ q̄ sola species diffinit. diffinitō enim ꝓsistit ex genere ⁊ dīa. sz sola spēs habz genꝰ ⁊ differētias. ⁊ ōne illud qō habet genꝰ ⁊ differentias diffinit.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ postq̄ autor superius determinauit de genere ⁊ specie que predicantur in quid de suis inferioribus consequenter hic determinat de predicabilibus que predicantur in quale. ⁊ primo de differentia que predicatur in quale essentiale primo ponendo multiplicem acceptionem differentie dicens. q̄ differentia dicitur tripliciter scilicz cōmuniter proprie ⁊ magis proprie vt patet in textu. Cuius diuisionis ratio est quia vel illa differentia sumitur ab accidente vel ab aliqua natura rei. ita q̄ sumatur ab vltima actualitate formali ipsiꝰ nature ⁊ sic est differentia magis proprie dicta que constituit speciez sub genere et facit ipsaz a qualibet alia differre. ⁊ ideo talis differētia facit aliud hoc est diuersitatem essentialem. Si autem talis differentia sumatur ab accidente hoc est dupliciter. vel sumitur ab accidente separabili ⁊ sic est differentia cōmuniter dicta. quia vulgus frequenter distinguit res per hec accidentia cōmunia et separabilia. Si vero sumatur ab accidente inseparabili tūc dr differentia ꝓprie dicta que ideo vocatur ꝓprie dicta. q̄ tale accidēs quod ē

fundamentum ipsius differentie habet causam propriam in subiecto t immutabilem. Et iste differentie in hoc conueniunt quia solum faciunt alteratum.i.diuersitatem accidentalez quia species reruz essentialiter non possunt distingui per accidentia siue separabilia siue inseparabilia.cum eadez sint principia essendi t distinguendi essentialiter t a priori. Et membra huius diuisionis debent capi cum precisione alias diuisio non daretur per opposita.quia vt dicit porphirius. omnis differentia cuilibet aduenies facit alteratum. quia differentia magis proprie dicta que dicitur differentia per se primo facit aliud sed ex consequenti facit alteratum.Et diffinitiones horum membrorum patent in textu. Sed de tertio solum est hic ad ppositum.

Sciendum est secundo q

differentia sicut t quodlibet aliud concretum potest capi tripliciter. Uno modo formaliter et sic importat respectum causatum per actum intellectus comparantis vnam speciem ad aliam sub ratione non ydemtitat[is] t distinctionis. Unde respectus iste videtur esse species distinctionis.q; omnis differentia est quedam distinctio. sed nō omnis distinctio est differentia.quia differētia proprie est eorum que conueniunt in aliqua vna natura vel in aliquo vno conceptu.quia vt dicit phūs quinto methaphisice. differentia sunt diuersa id est aliquid idem entia quomodo indiui dua sub vna specie proprie differunt t due species eiusdem generis sub illo genere.Sed illa dicuntur primo diuersa que nō conueniunt in aliquo conceptu quidditatiuo incluso in eis. sicut due differentie vltime que sumuntur ab vltimis actualitatibus formalibus. Et isto modo decem genera non sunt primo diuersa. quia conueniūt in aliquo vno conceptu quidditatiuo sc; in conceptu entis.Et sic videtur q differentia est intentio secunda que primo et per se importat respectum distinctionis seu non ydemtitatis duarum specierum. Aliquando etiaz importat comparationez ad sua inferiora de quibus predicatur t talis respectus non sibi conuenit primo et per se/sed conuenit ei ratione alicuius inclusi essentialiter in ea scilicet vniuersalis qō est genus eius cui primo t per se conuenit predicari de pluribus Et tunc isto modo diffinitur. differentia ē quod predicatur de pluribus differentibus specie in eo q quale.vt rationale predicatur de homine t de dijs que differūt specie. Unde dicitur in textu. sumus enim rationales nos t dij sed mortale additus nobis separat nos ab illis. Et probatur q differentia predicatur in quale.q; illud predicatur in quale quod conuenienter respondetur ad interrogationem factam per quale.sed ad interrogationem factam per quale de specie conuenienter respondetur differentia tam in predicatiōibus signatis q; in exercitis in primis intentionibus.vt si queratur qualis est homo conuenienter respondetur rationalis.Similiter si q̄ratur quid predicatur in quale de specie conuenienter respondetur differentia. Unde in illa diffinitione vniuersale se habet vt genus. Et ponitur quod predicatur de pluribus differentibus specie ad differentiam speciei. Et dicitur in eo q quale ad differentiam aliorum predicabilium.

Et debet intelligi q differentia predicatur in quale essentiale.accidēs vero t proprium in quale accidentale. Sic ergo differentia significat respectum causatum in realitate actuali multiplicabili in plures species de quibus habet predicari in quale essentiale predicatōne signata in secundis intentionibus t exercita in fundamentis.Differentia vero adhuc importat respectum ad genus pro quanto diuidit ipsum t est illud q; species abundat a genere vt homo abundat a genere his differentijs rationale mortale.i.continet in intellectu suo vltra genus has differentias quia ponuntur in eius diffinitione quidditatiua. Ex quo sequitur q omnes iste diffinitiones differentie sunt quidditatiue exprimentes diuersas habitudines vnius t eiusdem relatiui materialiter accepti diuersi tamen formaliter.Et de differentia formaliter accepta per se intendit logicus. Secundo modo accipitur differentia fundamentaliter t tunc differentia importat vnam realitatem a parte rei que est actualis et completa actualitate formali in ordine ad aliam realitatem a qua sumitur genus.Et propter hoc ex genere t differentia fit per se vnum sicut ex ppria potentia t proprio actu.ideo etiam diffinitio significat vnum t non multa vt vult philosophus septimo methaphisice capitulo ō partib; diffinitionis.t isto modo de differentia intendit methaphisicus quia isto modo est pars quidditatis speciei septimo methaphisice. Tertō modo accipitur pro aggregato ex respectu t fundamento et sic est ens per accidens.et quia ex illi non fit per se aliquis vnus conceptus. et vt sic nulla scientia considerat de ipsa.

Sciendum est tercio q

in hac parte autor ponit vnum notabile dicens q eadem differentia potest dici diuisiua generis t constitutiua speciei.vt rationale t irrationale diuidunt animal.et rationale constituit hoc genus animal rationale.t irrationale cōstituit aliam speciem.omnis enim differentia aduenies generi constituit speciem.i.contrahit genus ad esse speciei.et ideo dicit Boetius q sola species diffinitur.quia sola species componitur ex genere t differentia.sed diffinitio quidditatiua datur per genus t differentiam ergo sola species diffi

nitur. Et ꝙis aliquando illud qđ est genus diffiniatur hoc tamen non est inquantum gen⁹ vel superius. sed inquantum species est. quia vt sic ꝛ non aliter habet gen⁹ ꝛ differentiaꝫ. Sed circa predicta incidit aliqua difficultas vtrum genus et differentia fundamentaliter accepta sint idem realiter aut non. Pro cuius declaratione ē notandum ꝙ si in eodem composito sint plures forme substantiales sicut quidam non dubitant quin in quolibet corpore animato sint plures forme. qz preter animam oportet ponere formaꝫ mixtionis ꝛ corporeitatis cum anima sit act⁹ corporis phisici potentia vitaꝫ habentis secūdo de anima. Et ideo anima non est actus primus materie prime quia certum est ꝙ materia prima nō est corpus phisicum potentia vitam habens. Et vltra probabile ē ꝙ in hoie sunt tres anime realiter distincte quarum due educuntur de potentia materie tertia vero educitur per actionem primi agentis nulla causa secunda concurrente et tunc sensibile sumitur ab anima sensitiua ꝛ rationale ab anima intellectiua quia anime sunt realiter distincte. et tamē hoc non obstante vtraqꝫ predicatur de specie quaꝫ constituit essentialiter cuꝫ vtraqꝫ includatur in ratione speciei. Nec obstat ꝙ quelibet sit pars illius speciei quia pars abstractiue ꝛ per modum partis designata non predicatur de toto scōꝫ ꝙ dicit phūs quarto topicorum cum dicit pars non predicatur de toto hec enim est falsa homo est anima. homo est corpus. Tamen pars concretiue designata siue ps totius bene predicatur ō toto siue sit pars essentialis siue accidentalis vt dicendo homo est capitatus. homo est materialis ꝛ sic de aliꝫ. Si autem in eodem composito non sint plures forme substantiales sicut in composito inanimato tunc genus ꝛ differentia sumuntur ab eadeꝫ forma in re non tamen ab eadem realitate sed a diuersis realitatibus. quia genus sumitur a realitate potentiali. ꝛ differentia a realitate actuali et sic species componitur ex illis formaliter ꝛ ex natura rei distinctis ꝛ vna non includit aliam primo modo dicendi per se. Istis notatis dicitur ad difficultatem ꝙ si genus ꝛ differentia sumantur a diuersis formis sic distingūtur realiter cuꝫ hoc tamen bene stat ꝙ concurrant per se ad constitutionem speciei. quia vnum est actuale ꝛ aliud potentiale. Si vero genus ꝛ differentia sumātur ab eadem forma tunc non distinguntur realiter sed bene distingūtur formaliter ex natura rei vt voluit dicere Aristoteles quarto topicorum. cum dixit ꝙ genus non participat differentiam nec econuerso. quia participare ē participati rationem suscipere. modo genus nō includitur in differentia nec econtra. nec etiam differentia inferior includit superiorem nec econtra. Et ꝙis predicatio generis de differentia vel differentie superioris de inferiori sit necessaria hoc tamen non est ex habitudine formali extremorum sed hoc est qz ydemtificatur realiter in specie. Ex quo patet ꝙ genus est pars speciei. quia vt dicit porphirius sicut statua componitur ex ere et figura. ita homo ex animali ꝛ rationali. Si enim genus diceret totam essentiam speciei tunc quando adderetur differentia talis oratio composita ex genere ꝛ differentia nō esset diffinitio. quia diffinitio debet dicere totam essentiam diffiniti ꝛ non plus neqꝫ minus ergo esset ibi nugatio qz idem bis diceretur. Ultimo est aduertēduꝫ ꝙ duplex est differentia scilicet generalis siue generica de qua dicitur primo topicorum. differentia cum sit generalis cum genere collocanda est Alia est differentia specifica conuertibilis cum specie athoma. i. cum specie specialissima. Diffinitio autem data ab autore et porphirio solum datur de differentia generali cum dicitur differē tia est qđ predicatur ꝛc. qđ ideo forte fecerunt qz differentie conuertibiles cuꝫ specie specialissima frequenter sunt nobis ignote. Tamē diffiniendo differentiam precise in ratione predicabilis nō est data aliqua diffinitio. sed illa potest ex diffinitōne autoris ꝛ porphirij elici ꝛ erit ista Differentia est qđ predicatur ō pluribus in quale essentiale. ꝛ ista differentia est species specialissima vniuersalis. Et diuisio eius in differentiam genericam ꝛ specificam est diuisio per quasdaꝫ differentias accidentales se tenentes ex parte fūdamentorum.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. Differentia est principium constitutiuum speciei. ergo prius autor debuisset determinare de differentia ꝙ de specie. consequentia tenet quia prius est determinandum de principio ꝙ de principiato. Secundo arguitur sic. diffinitio differentie data in ratione predicabilis non conuenit omni contento sub diffinito quia non conuenit differentie conuertibili cum specie specialissima igitur. Et si dicatur ꝙ differentia cōmunis ad differentiam specificaꝫ ꝛ sub alternam est predicabile sequitur ꝙ differentia erūt duo predicabilia. qz sicut predicari in quid de pluribus differentib⁹ specie et in quid de pluribus differentibus numero constituunt duo p̄dicabilia scz genus ꝛ speciem sic similiter predicari in quale de pluribus differentibus specie ꝛ de pluribus differentibus numero faciunt duo predicabilia ꝛ sic erunt sex predicabilia. Tertio arguitur sic. genus est indiuisibile. ergo differentia non est diuisiua generis et per consequens textus est falsus. Quarto arguitur sic. genus includit duas differentias et species solum vnam. ergo male ōr ꝙ differentia est qua abundat species a genere. Et si dicatur ꝙ genus

solum potentia continet et non actu. Contra genus habz semper plures species actu ergo actu habet plures differentias. consequentia tenet qz genus contrahitur ad esse speciei per differentias. ergo si actu habeat plures species habebit actu plures differentias.

Ad rationes. Ad primã dicitur distinguendo maiorez vel differentia formaliter sumpta et sic negatur. qz tunc species et differentia sunt duo predicabilia ex equo diuidẽtia vnum genus quorum vnum non constituit aliud. Vel differentia fundamentaliter accepta z sic conceditur añs z negetur consequentia qz autor nõ tenuit ordinez nature sed doctrine perfectionis. Ad secundam dicitur negando presuppositum qz non est data aliqua diffinitio de differentia ab autore in ratione predicabilis. nec differentia generalis est predicabile nec differentia specialis. sed differentia que est cõmunis ad vtrãqz cuius diffinitio data est in vltimo notabili. Ad replicam dicitur q nõ est simile quia predicare in quid non est eiusdem rationis in genere z specie. Tum primo qz quidditas generis est formaliter diuisibilis per differentias formales non autem quidditas speciei. ideo predicari in quid de pluribus differentibus specie z predicari in quid de pluribus differentibus numero faciunt predicabilia distincta. non sic autẽ est de predicari in quale de pluribus differẽtibus specie z predicari in quale de pluribus differentibꝰ numero. qz vtrobiqz illud quale est eiusdem rationis. ideo non sunt duo predicabilia distincta Tum secundo qz genus aliter predicatur ī quid ꝙ species. cum genus dicat partem quidditatis illius de quo predicatur. species vero dicit totã quidditatem eius de quo predicatur. Sic autem non est de differentia qz tam differentia generalis ꝙ specialis dicunt partem quidditatis z non dicunt totam quidditatem. Ad tertiam dicitur distinguendo añs vel q genus sit indiuisibile scõm essentiaz z sic conceditur. vel scõm potestatem z sic negetur. Et licet essentia z potestas sint idem realiter distinguntur tamen formaliter z ex natura rei. Ad quartaz dicitur distinguendo añs vel potestate z sic conceditur vel actu z sic negatur. Et ad replicam dicitur concedẽdo maiorẽ nõ tñ sic intelligẽdo q habeat plures species z in conceptu suo formali includat illas Et distinguitur minor vel q genus nõ possit habere plures species nisi habeat plures differentias actualitate potentialitatis z sic conceditur qz per illas differentias principales contrahitur ad diuersas species. Vel actu formali z sic negetur. quia genus non includit differentias in diffinitione sua nec in conceptu quidditatiuo eius saltem diuisiuas ipsius.

Propriuz dicitur quadrupliciter. Uno mõ dicitur proprium qđ conuenit soli sed non omni. vt esse grãmaticum. Secundo mõ dicitur proprium quod conuenit omni sed non soli. vt esse bipedem. Tertio modo dicit proprium quod conuenit omni et soli sed non semper. vt canescere in senectute. Quarto modo dicitur proprium quod conuenit omni z soli z semper. vt risibile iest omni homini z soli speciei z semper. non enim dicitur homo risibilis eo q semper actu rideat sed quia aptus natꝰ est ad ridenduz. z propriuz hoc mõ sumptum est vnum de quinq predicabilibus. Et diffinitur sic ab Aristotile. propriuz est quod conuenit omni et soli z semper z conuersim predicatur de re z non indicat quid est esse rei. vt risibile inest homini. Non indicat quid ẽ esse rei ponitur in diffinitione proprij ad differentiam diffinitionis que conuersim predicatur de re z indicat quid est esse rei. substãtia animata sensibilis conuertitur cum animali z indicat esse eius qua omnis diffinitõ datur per substantialia. omne enim supe

rius est de essentia sui inferior] Diffinitio enim diffinitur sic ab Aristotile. diffinitio est oratio quid est esse rei significans. proprium autem non indicat quid est esse rei.

Circa hunc textum notandus est primo q̄ quia proprium predicatur per se non autem per accidens ideo prius determinat Petrus hic de proprio q̄ de accidente. Et ponit quatuor acceptiones eius. Primo modo dicitur proprium qđ inest soli speciei sed nō omni individuo illius speciei. vt esse grāmaticum inest soli homini sed non omni homini ideo inest soli speciei. Et quia causatur contingenter z non necessario a principijs illi⁹ spēi. ideo nō inest omni individuo illi⁹ speciei. sicut esse grāmaticum causat̄ a proprijs principijs hominis mediante intellectu z voluntate scōm q̄ ad studium applicant̄. ideo solus reperitur vbi est voluntas z intellectus. z quia voluntas contingenter z nō necessario applicatur ad studium ideo non inest omni individuo. Et debet ibi capi esse grāmaticum vt dicit actum z nō vt dicit aptitudinem. q̄ scōm q̄ dicit aptitudinē est proprium quarto modo. Sed proprium secundo modo ē quod inest omni scz individuo sed non soli scilz speciei. inest enim omni q̄ insequitur necessario principia speciei. sed non inest soli speciei quia illa principia non sunt adequata illi speciei sed sunt cōmunia multis. vt esse bipedem insequitur rem que necessario exigit talez dispositionem ad hoc q̄ exerceat suas operationes scz ad hoc q̄ gradiatur. Et quia non solum forma vnius speciei puta hominis requirit talē dispositionem sed etiam plures alie vt patet de aubus. ideo esse bipedem non solum conuenit homini sed etiam aubus. Et capitur ibi bipedē vt dicit aptitudinem z non actum. licet enim hō non semper actu habeat duos pedes tamē semper aptus natus est habere. Tertio modo dicitur proprium quod inest omni z soli sed non semper. inest enim omni q̄ necessario consequit̄ principia scōm q̄ stant sub aliqua determinata dispositione. et inest soli q̄ consequitur propria principia speciei. sed nō inest semper q̄ illa principia non sunt semper sub illa determinata dispositione. sicut canicies causatur ex frigiditate cerebri eo q̄ cerebrum ex se est frigidissimus cui⁹ frigiditas imediate temperatur per calorem cordis. z quia in senectute calor naturalis infrigidatur nec sufficit temperare frigiditatem cerebri. ideo ex ipsius cerebri frigiditate causantur albi pili. frigiditas enim est mater albedinis.

Sciendus est secundo q̄ proprium quarto modo est quod inest omni z soli z semper. vt risibile inest omni homini quia necessario insequitur principia speciei scz hominis inest etiaz soli quia insequitur principia adequata illius speciei. et inest semper q̄ insequitur ea non scōm q̄ stant sub aliqua determinata dispositione. In istis autez diffinitionibus debet intelligi accidens loco generis siue forma accidētalis. z hoc generaliter accipiendo accidens. q̄ licet differentia insit omni soli z semper q̄ tamē non est accidens vel forma accidentalis ideo nō est proprium. Et horum modorum sic habetur sufficientia. Quia omne proprium fluit a proprijs principijs speciei. vel ergo fluit a principijs adequatis vel inadequatis. Si inadequatis sic est proprium secundo modo. Si adequatis hoc est dupliciter. quia vel fluit necessario vel contingēter. si contingenter sic est proprium primo modo. si necessario hoc est dupliciter. quia vel fluit ab ipsis scōm q̄ stāt sub aliqua determinata dispositione z sic est proprium tertio modo. vel scōm q̄ nō stāt sub aliq̄ determinata dispositōne z sic est proprium quarto modo. Et solum proprium quarto modo dicitur proprie proprium z facit p̄dicabile ab alijs distinctum. Et ideo Petrus hic. solum de ipso determinat ipsum sic diffiniens. Proprium est qđ conuenit omni soli z semper et conuersiz predicat̄ de re z nō indicat quid ē esse rei. Et debet intelligi omni individuo z soli speciei. Nō tenetur autem illa coniunctio et copulatiue eo q̄ esset nugatio. sed expositiue ita q̄ est sensus inest omni z soli et id est conuersim predicat̄ de re. i. de specie cuius est proprium. Unde proprium respectu speciei habet rationem proprij z predicatur conuertibiliter. sed respectu individuorum habet rationem cōmunem z non predicatur conuertibiliter. Et additur et non indicat quid est esse rei ad differentiam diffinitionis que indicat quid est esse rei eo q̄ datur per genus et differentiam que sunt principia essentialia diffiniti. Et si arguatur accidentia magnam partē conferunt ad cognoscendum q̄ quid est. igit̄ est proprium. Dicitur ad añs q̄ licet accidentia a posteriori magnam partem conferunt ad cognoscendum q̄ quid est. nō autē a priori z simpliciter

Sciendum est tercio q̄ per hanc diffinitionem non diffinitur prima intētio proprij sed secunda cōcretiue designata. que licet non predicetur de specie vel individuo speciei predicatione exercita: tamen bene predicatione signata. Est autem prima intentio proprij natura cōmunis consequens speciem cum ipsa cō sequentia conuertibili. Sed secūda intentio proprij est vna relatio ratōis causata in tali natura

per comparationem intellectus que natura si cõparetur ad speciem causatur vna relatio que dicitur proprium qõ est predicatũ. et si comparet ad indiuidua dicitur proprium qõ est predicabile. Non autem datur dicta diffinitio de proprio in ratione predicabilis nec etiam vniuersalis. qz proprium non est predicabile respectu speciei. cũ omne predicabile habeat respectum ad plura õ quibus predicatur. Ex quo sequitur primo q in illa diffinitione proprij non debet subintelligi vniuersale loco generis sicut cõmuniter dicitur. quia ibi superflueret illa particula et non indicat quid est esse rei. eo q diffinitio sufficienter excluderetur per vniuersale cum ipsa nõ sit vniuersalis. Secundo sequitur q proprium in ratione predicabilis sic potest diffiniri. Proprium est quod predicatur de pluribus in quale accidẽtale per se. Ratio autem quare Petrus hiſ. nõ diffinit ipsum in ratione predicabilis. z similiter vtrum proprium realiter a specie distinguatur vl non videbitur alias in predicabilib⁹ porphirij.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. phũs solus ponit tres modos proprij scz proprium quando. proprium ad aliquid. z proprium simpliciter. ergo male hic enumerantur quatuor modi. Secundo arguit sic. illud quod cõuenit speciei conuenit omni indiuiduo. ergo male assignatur primus modus.

Tertio arguitur sic. esse bipedem soli speciei conuenit z tamen est proprium secundo modo. g⁹ male assignatur secundus modus. añs patet qz bipes ẽ vltima differentia diffinitionis hominis vt patet sic dicendo homo est animal gressibile bipes. sed vltima differentia semper est conuertibilis cum diffinito. ergo esse bipedem conuertitur cuz homine. Quarto arguitur sic. omne predicabile debet imediate predicari de pluribꝰ sed proprium non predicatur imediate de pluribus imo predicatur de specie z ex consequenti õ indiuiduis. ergo non est predicabile. Quinto arguitur sic. Illud est essentiale alicui qõ sibi inest per suam essentiam. sed proprium inest speciei per essentiam eius scz per sua principia essentialia. ergo proprium est essentiale z nõ accidens

Ad rationes. Ad primã

dicitur q phũs per proprium ad aliquid intelligit proprium primo z secundo modis qz vtrũqz est proprium in respectu ad aliud. Ad secũdam dicitur q illud qõ conuenit speciei essentialiter conuenit omni indiuiduo eius. sed nõ oportet de illo q conuenit speciei accidentaliter cuius modi est proprium primo modo. Ad tertiã dicitur q bipes non est differentia sed hoc totuz gressibile bipes circũloquitur nobis vnam differentiam. et licet vltima particula diffinitionis ñ circũloquens debeat conuerti cum diffinito sicut cõmuniter dicitur non tamen est necessariuz de particula circũloquente cuiusmodi est bipes

Ad quartam dicitur cõmuniter q proprium nõ predicatur de specie scõm se. sed scõm q est multiplicata per indiuidua. z quia species scõm q ẽ multiplicata per indiuidua non habet rationez vnius sed multorum. ideo proprium imediate p̃dicatur de pluribus. Potest tamen melius solui ratio negando maiorem. nam differentia est predicabile z tamen imediate solum predicatur de illa specie quã constituit. Ad quintam dicitur q aliquid dicitur essentiale dupliciter. vno⁹ quia est de essentia alicuius. z sic proprium non est essentiale speciei. alio mõ qz necessario consequitur essentiam z hoc mõ proprium est essentiale.

Accidens est quod adest vel abest p̃ter subiecti corruptionez. vt album nigrum. hec enim possũt adesse et abesse preter subiecti corruptionem. Aliter diffinitur sic. Accidens est quod nec est genus nec species nec differentia nec proprium ineſt autẽ rei. vel sic accidens est qõ contigit eidem ineſſe et non ineſſe. vt album nigrum sedere homini. Et de his duabus diffinitionibus vltimis dicit Aristoteles q secunda melior est q̃ prima. quia ad cognoscenduz primam oportet scire quid sit genus quid species quid differentia quid proprium. Secunda autem per se finita est ad cognoscendum quid per eam dicit

Accidentium aliud separabile aliud inseparabile. Separabile est illud quod potest se-

parari a subiecto vt album nigrum sedere ⁊ huiusmodi. Inseparabile est quod non potest separari a subiecto vt nigredo in corvo et albedo in cigno. Non tamen est contra diffinitionem qua dicitur q accidens ē quod adest ⁊ abest preter subiecti corruptionez. quia vt vult porphirius corvus potest intelligi albus ⁊ ethiops nitens candore preter subiecti corruptionem. Accidentium aliud cōmune aliud proprium. Commune vt album nigrum. Proprium vt albedo sorti. similitas platōis

Commune est aūt omnibus quinq predicabilibus de pluribus predicari.

Differunt autem genus ⁊ species quoniam genus de pluribus predicatur q̄ species et q̄ alia predicabilia ⁊ per hoc differt ab alijs. Differentia autem differt a genere quoniam genus predicatur in quid differentia vero in quale. Item differentia differt a specie eo q p̄ dicatur de pluribus speciebus species vero non. Similiter differentia differt ab accidente qz accidentia suscipiunt magis intentionem ⁊ remissionem differentia vero non suscipit magis neq; minus. Differt autem species a genere qz genus continet species et non continetur ab eis. Species autem differt a differentia quia de pluribus differentijs bene constituitur vna species. vt iste differentie rationale mortale coniūguntur ad constitutionem huiꝰ speciei homo. Species vo non coniungitur speciei vt gignat aliam speciem. quedam enim particularis equa cuidam particulari asino permiscetur ad muli generationē sed nō equa ⁊ asinus in communi. Species autem differt a proprio qz species natura prior est proprio. proprium vero posterius est speciei. preterea quorum termini ⁊ diffinitiones sunt differētes ipsa sunt differentia ergo species et proprium sunt differentia. Species autem differt ab accidente quia species predicatur in quid accidens vero in quale vel quomodo se habet. Species etiam natura prior est accidente. Omne enim accidens natura posterius est suo subiecto

Proprium autez differt ab accidente quia proprium de vna sola specie predicatur cuius ē proprium. accidēs vero de plu

ribus speciebus ⁊ accidens primo ineſt indiuiduis ⁊ per poſterius generibus ⁊ ſpeciebus. nō enim dicitur homo aut animal currit niſi quia ſortes vel plato currat proprium autem primo conuenit ſpeciei ⁊ per ſpeciem conuenit indiuiduis. Item genus ſpecies differentia proprium equaliter participantur ab omnibus de quibus predicantur: accidens vero non ſed ſuſcipit intentionem ⁊ remiſſionem. Item genus differentia ſpecies proprium vniuoce predicantur. accidens autē nō predicatur vniuoce ſed denominatiue. Predicari autem vniuoce eſt predicari ſcōm vnum nomen ⁊ rationem vnam ſcōm illud nomē ſumptam. vt homo ſcōm vnum nomen predicatur de ſorte ⁊ de platone vt ſortes eſt homo plato eſt homo. ⁊ ratio eius ſcōm illud nomē ē vna vt animal rationale mortale. Et ob hoc ens non poteſt eſſe genus. quia licet ſcōm vnuz nomen predicetur de pluribus nō tamen ſcōm vnam rationem. ratio enim entis ſcōm qō dicitur de ſubſtantia eſt ens p ſe. ſcōm autem qō dicitur de alijs noue predicamentis eſt ens in alio. ⁊ ſic predicatur ſcōz diuerſas rationes. et ideo non predicatur vniuoce ſed potius equiuoce aut multipliciter. predicari autem equiuoce eſt predicari vno nomine et rationibus diuerſis ſcōm illud nomen ſumptis vt canus vno nomine predicatur de cane latrabili ſydere celeſti ⁊ piſce marino. non autem ſcōz illud nomen ratio eſt eadez omnibus ſed alia ⁊ alia. Denominatiua dicuntur quecūq ab aliquo ſolo caſu ſunt differentia. ⁊ ſcōm illud nomen habent appellationem. vt a grammatica grāmaticus. a fortitudine fortis. vnde grammatica et fortis predicantur denominatiue. et ergo accidēs denominatiue dicitur predicari.

Circa hunc textum ſciendum eſt primo q̄ quia accidens imperfectiorem modum predicandi omnibus alijs predicabilibus habet eo q̄ predicatur in quale accidentale per accidens ideo vltimo loco determinatur de accidente. Et diffinitur ſic prima diffinitione. accidens eſt qō adeſt vel abeſt ſubiecto preter ſubiecti corruptionē. Que diffinitio ſic debet exponi. Accidens eſt forma apta nata adſſee et apta nata abeſſe ſubiecto abſq; h?q̄ ſubiectū dēſinat eſſe ens. Ex qua diffinitiōe ſequitur q̄ ad hoc q̄ aliquid ſit accidēs alicuius non requiritur q̄ poſſit ſeparari ab eo manente ſcōm eſſe exiſtentie. et ideo licet caliditas non poſſit naturaliter ab igne ſeparari nec albuz a niue ⁊ ſic de multis alijs: tamen ſunt accidentia que ſunt apta nata abeſſe preter hoc q̄ ſubiectum deſinat eſſe ens. Secundo ſic diffinitur accidēs eſt qō nec eſt genus nec ſpecies nec differentia nec proprium ineſt autem rei. Et debz ibi intelligi vniuerſale loco generis. Totum reſiduum ponitur ad differentiam aliorum predicabilium. Et dicitur ineſt autem rei. i. acci-

dens inheret subiecto qđ est ens in actu complet perfecto. Datur autem ista diffinitio per negationem aliorum predicabilium eo q inter omnia est imperfectius. Diffinitur autem accidens tertia diffinitione sic. accidens ē quod contingit eidem inesse t non inesse. Ratio est qr accidens inest subiecto per causam contingentem iō quandoq3 inest et quandoq3 non inest. Et licet pes sortis possit inesse et non inesse sorti hoc tamen non est sicut accidēs suo subiecto sed sicut pars integralis suo toto. Ideo diffinitio sic debet intelligi. Accidens est qđ contingit eidem inesse. i. inherere scōm quintum modum essendi in et non inesse. i. non inherere. Non diffinitur autem accidens in ratione predicabilis per aliquaz predictarum diffinitionum. sed sic potest diffiniri. Accidens est quod predicatur de pluribus differentibus numero in quale accidentale per accidens.

Sciendu3 est secundo q

accidens diuiditur in accidens separabile et in inseparabile. Quare autem dicitur accidens separabile et inseparabile dictum est prius. Et iterum diuiditur accidens in cōmune t proprīū vnde aliquod accidens potest dici commune tripliciter. vno modo per causalitatem quia scilicz natum est causari a multis causis. et per oppositum accidens dicitur proprium quod non ē natum causari nisi ab vna causa. Alio modo dicitur aliquod accidens cōmune per predicationem qđ scz de pluribus predicatur. Et per oppositum illud accidens dicitur proprium quod de vno solo predicatur. et sic accidentia vniuersalia sunt cōmunia t particularia sunt propria.

Alio modo dicitur accidens cōmune quia potest indifferenter inesse cuilibet parti subiecti, et per oppositum illud dicitur proprium qđ solum sibi determinat vnam partem in subiecto sicut limitas nasum t cecitas oculum.

Sciendum est tercio q

consequēter autor determinat de quinq3 vniuersalibus comparatiue postq̄ de ipsis determinauit scōm se. Et ponit conuenientias et differentias eorum. t primo conuenientiam generalem inter omnia predicabilia dicens q cōmune est omnibus quinq3 predicabilibus de pluribus predicari. Ratio est quia de pluribus predicari est de diffinitione predicabilis ideo debet conuenire cuilibet contento sub diffinito. Deinde ponit differentias. t primo ostendit quomodo genꝰ differt ab alijs. Differt autem genus ab alijs qr predicatur de pluribus q̄ alia. de quibuscunq3 enim predicatur species differētia proprium aut accidens de illis predicatur genus. Differentia autem differt a genere quia predicat in qua/le genus vero in quid. Et differt a specie et proprio. quia differētia predicatur de pluribus differentibus specie. species autem et proprium de pluribus indiuiduis. Differt etiam ab accidente quia accidens suscipit magis t minus t non differentia. Differt autem species a genere eo q genus continet species t non econtra. et hoc debet intelligi potestate t non actu. Differt autem species a differentia quia de pluribus differentijs potest fieri vna tertia species sicut ex rationali t mortali fit homo. sed ex duabus speciebꝰ non potest fieri vna tertia species. quia ex duobus existentibus in actu non potest fieri vnum tertium. Sed species differt a proprio. qr species est prior proprio. secundo quia quorum diffinitiones sunt differentes ipsa sunt differentia. sed distinctiones speciei et proprij sunt differentes. ergo species et proprium differunt ad inuicem. Differt etiam ab accidente. quia accidens predicatur in quale t proprium in quid. Proprius ꝺo ab accidente differt primo. qr proprius predicat de vna sola specie. accidens vero predicatur de pluribus speciebus. Secundo quia proprīū primo conuenit speciei et per speciem indiuiduis. accidens vero econuerso. Deinde ponit differentiam inter accidens t alia predicabilia dicēs q accidens differt ab alijs eo q suscipit magis t minus. sed alia non quia equaliter insunt his quibus insunt. Secundo quia accidens predicatur equiuoce vel denominatiue alia vero predicantur vniuoce. Unde predicari vniuoce est predicari vno nomine t vna ratione. Sed predicari equiuoce est predicari vno nomine et diuersis rationibus. Sed predicari denominatiue est predicari nomine t non ratione. t de istis magis videbitur in predicamentis.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. combustio est accidens t tamē non potest adesse domui preter corruptionez eiꝰ. ergo prima diffinitio accidentis non est bona.

Secundo arguitur sic. qđ est semper in subiecto subsistens non potest non inesse subiecto. sed accidens semper est in subiecto subsistens. ergo non contingit eidem inesse t non inesse. Tertio arguitur sic. idem accidens est separabile et inseparabile sicut patet de nigredine in corvo et de nigredine in sorte. igitur membra diuisionis coincidunt. Quarto arguitur sic. asinus et equa sunt due species ex quibus fit tertia scilicz mulus. ergo ex duabus speciebꝰ potest fieri vna tertia species.

Ad rationes. Ad primā

dicitur negādo minorem potest enim combustio adesse domui siue apta nata est adesse preter hoc q domus desinat esse ens. Ad secundaz di

citur q accidens semper est in subiecto ꝙdiu est. sed nō est semper in subiecto.i.pro omni tempore. Ad tertiam dicitur q non est inconueniens membra alicuius diuisionis coincidere respectu diuersorum. Ad quartam dicitur q ex equa et asino particularibus bene fit mulus actione naturali z hoc in genere cause efficientis sed ex equa z asino in vniuersali scilz ex natura eque z asini non fit mulus. sed ex duabus differentijs tanꝙ ex duabus naturis fit vna species et hoc compositione methaphisica. Et hec de vniuersalibus dicta sufficiant.

Incipit tractatus tertius de predicamentis.

Dcognoscendum predicamenta quedam sunt necessario premittenda sine quorum cognitione nequaꝙ potest haberi cognitio predicamentorum. Eorum ergo que dicuntur. quedam sunt vniuoca. quedam equiuoca. z quedā denominatiua.

Postꝙ autor superius determinauit de quinqz vniuersalibus in tractatu de predicabilibus: cōsequenter in hoc tractatu autor determinat de decem generibus siue decē predicamentis scōm q predicamentum nominat ordinem generum z specierum. Et ratio ordinis est qr ordinare nescit qui rationes ordinabilium ignorat. ideo conuenienter autor prius determinauit z posuit rationes vniuersalium ꝙ determinauit de ordine ipsorum. Pro cuius declaratione.

Sciendum est primo q

prout dicitur primo posteriorum. omnis scientia vna est vnius generis subiecti de quo inquirit passiones per propriam rationem illius subiecti De quo quidez subiecto debet precognosci quid est z quia est. Cum ergo hec scientia sit vna oportet q eius sit aliquod subiectum vnum primum a quo ista scientia habeat vnitatem speciem dignitatem z ordinem. hoc autem non est ens dicibile incomplexum ordinabile in genere scōm sub z supra prout stat sub voce talem ordinem significante vt dicit Albertus. Tum primo qr illud subiectum est nugatorium quia dicibile includit ens. ergo dicere ens dicibile incomplexum est nugatio. tenet consequentia quia diffinitionibus positis loco nominum idem bis diceretur scōm doctrinam philosophi primo peryarmenias z secūdo topicorum. Aliside etiam patet consequētia quia scōm Aristotelem sexto topicorū dicto vniuersali si suum inferius vel minus cōmune addatur ibi est nugatio. Tum etiam quia vel ens supponit ibi pro ente reali vel ente rationis. Nō primum quia de ente reali per se non intendit logicus cum logica sit de secundis intentionibus adiunctis primis. Nec secundum qr hoc satis significatur per dicibile cum dicibile siue vniuersale qō idem est sit ens rationis. Tum etiam quia ens rationis non videtur ordinabile in genere quia scōm ipsum nihil reponitur in genere nisi ens reale. Tum etiam quia dicibile videtur poni in predicamento relationis ergo non est subiectum. Item inconuenienter additur ista particula sub voce. quia hoc accidit ei. modo considerare subiectum suum sub accidente est considerare ipsum modo quo non potest diffiniri et per consequens est considerare ipsum modo qō non potest esse subiectum. consequentia tenet. qr subiectum de quo est scientia debet per se esse diffinibile vel saltez habere perse conceptum quidditatiuum; de quo demonstretur aliqua passio p rationem talis subiecti vt patet ex primo posteriorum. Tum etiaz quia illud quod est hoc modo subiectum est pars eius qō ē subiectum in quarto tractatu scilz silogismi. sed noticia silogismi potest haberi sine voce alias sequeretur q habens demonstrationem mentalem sine voce non haberet demonstrationez quod est inconueniēs vnde nulla ps logice ē de voce tāꝙ de subiecto.

Sciendū est secundo q

subiectum huius tractatus est predicamentum siue genus generalissimum. Cuius ratio est qr ei conueniunt tres conditiones subiecti primi alicuius scientie quarum Prima est q de ipso presupponitur quid est cum hoc non ostendatur. et etiam quia est. Secūda est q per quod quid est ipsius demonstrentur passiones de ipso. Tertia est q noticia eius principaliter intēdatur in hac scientia z noticia aliorum queratur propter ipm sic q alia attribuantur ad ipsum. Sed iste tres cōditiones conueniūt generi generalissimo per respectum huius scientie. Unde Aristoteles in libro predicamentorum determinat de decem generalissimis presuppositis ratione generis generalissimi tanꝙ de partibus principalibus ipsius subiecti primi. et cum sibz generis generalissimi inquirit passiōes z proprietates. ergo manifeste patet ex processu eius q genus generalissimum

est subiectum in libro predicamentorum ꝛ per cō sequens in isto tertio tractatu qui correspondet libro predicamentorum aristotelis. Unde ab Aristotele ponuntur decem predicamenta q̄ sūt principia formalia.i. sunt quidditates quedam. Et quelibet harum quidditatum est fundamentum vnius respectus cum cuilibet repugnat cōparari ad aliquā aliam naturam cui possit attribui intentio generis. Et sic dicuntur generalissima denominatiue.et generalissimum dicitur de istis decem respectibus quidditatiue ꝛ predicat' vt species de individuo. sed denominatiue predicatur de fundamentis intentionum.Et sic genus generalissimum qō est superius ad ista generalissima est subiectum huius tractat⁹.Et partes eius principales sunt ipsa decem generalissima.ꝛ quia isti respectus sunt occulti ideo notificantur per sua fundamenta ꝛ terminos.

Sciendum est tercio q

circa hanc partem incidit difficultas.Utrum scz scientia huius tractatus sit de vocibus aut rebus vel secundis intentionibus. Ad quā difficultatem respondent aliqui q est de rebus nō absolute consideratis.sed inquantum concipiūtur sub quibusdam secundis intentionibus vel inquantum ipsis attribuuntur quedaz secunde intentiones. Sed hoc est falsum qō probatur quia predicamenta sic considerata sunt entia p accidens cum sint aggregata ex ente reali ꝛ ente rationis.sed de ente per accidens non est scientia scōm Aristotelez sexto methaphisice.ergo sequitur q scientia libri predicamentorum non est de rebus sic conceptis. Alij vero dicunt q scientia libri predicamentorum est de vocibus.Et phant p Boetiū qui dicit q liō iste ē ō decē vocib⁹ decem rerum prima principia significantibus

Sed hoc improbatur. Primo per Auicēnam in principio logice sue dicentem q ad considerationem vocum nos inducit necessitas quia logicus non habet considerare nomina aut verba vocalia nisi inquantum valent ad loquendum ꝛ exprimendum. quia si esset posibile dicere vel exprimere solo intellectu aut cognoscere quēadmodum in angelis non indigerem⁹ vocibus.et ideo si aliquo mō logicus consideret de vocib⁹ hoc est quia sine ipsis non potest docere aut doceri.Secundo dicitur q neq; logica neq; aliqua pars logice est principaliter de terminis vt dicūt logici moderni.quia aut esz de terminis mentalibus vocalibus aut scriptis. Non vocalib⁹ q; tunc surdus non posset habere logicam quod ē falsum. Neq; ō scriptis quia cecus a natiuitate nullam haberet scientiam. Neq; de mentalibus quia dormiens nō haberet logicam quoꝝ vtrūq; est falsum ergo sequitur dictum verum. Tertio dicitur q tota logica et quelibet pars logice est de secundis intentionibus concretiue designatis.hoc patet autoritate ꝛ ratione. Primo autoritate Auicēne dicentis q logica est de secundis intentionibus adiūctis primis. Ratione sic quia logica non est de rebus prime intentionis quia tunc esset scientia realis.neq; de rebus cōceptis sub aliqua intentione q; de ipsis vt sic nō est scientia cum res prime intentionis concepte sub aliqua secunda intentione non sint diffinibiles neq; habeant vnum conceptum quidditatiuum neq; vnam per se entitatem sed sunt entia per accidens.ergo de ipsis vt sic non est scientia et sic sequitur tertium q de secundis intentionibus est tota logica et quelibet pars logice.

Unde tria sunt antepredicamenta in generali scz diffinitio.diuisio.ꝛ regula. Et septez in specie scz tres diffinitiones.due diuisiones.ꝛ due regule. Unde antepredicamentum est documētuz traditum ab Aristotele valens immediate a priori ad noticiam ipsorum predicamentorum habendam. Cum enim genera predicentur de suis inferioribus/ꝛ accidentia denominatiue de subiecto ipsa non sunt genera respectu sui subiecti. Et equiuoca non sunt ordināda in aliquo genere vno eo q non habēt aliquod vnum per se significatuz:ideo oportuit prescire que sunt equiuoca quorum diffinitio primo ponitur quia ipa sūt reicienda primo a coordinatione predicamētali. Deinde ponitur diffinitio vniuocorum q; reductio eorum que sunt vnius generis ad vnum primum principium illius generis qō de omnibus alijs predicatur in quid ꝛ vniuoce est principaliter in hoc libro intenta. Et quia accidentia non possunt perfecte notificari nisi per sua subiecta quia etiam in diffinitionibus eorum ponuntur subiecta vt dicitur septimo methaphisice de quibus predicantur denominatiue:ideo necessariuz fuit premittere diffinitionem vniuocorum diffinitioni denominatiuorum.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. principiorum non est scientia sed intellectus primo posteriorum.sed decem genera sunt decem prima principia vt dicit porphirius capitulo de specie.ergo de ipsis non est scientia sed intellectus. Secundo arguitur sic subiectuz cuiuslibet scientie dicitur esse diffinibile.sed generalissimum non est diffinibile.q; soli⁹ speciei est diffinitio. sed genus generalissimum cum sit genus non potest esse species. ergo non potest diffiniri nec per consequens est subiectuz huius tractatus. Tertio arguitur sic. predicabilia sufficienter ducunt nos in noticiaz predicamentorum.ergo non oportuit premittere antepredicamenta. consequētia tenet.quia frustra ponuntur plura vbi pauca sufficiunt. Quarto arguitur sic scōm Boetium vt prius dictum ē

iste tractatus est de decem vocibus decem rerum prima principia significantibus. ergo sequitur q̄ non est de secundis intentionibus.

Ad rationes. Ad primā distinguitur maior vel principiorum complexorum demonstrationis ꝛ sic concedit̄ q̄ de ipis non est scientia sed intellectus. vel principiorum incomplexorum cuiusmodi sunt predicamenta fūdamentaliter accepta ꝛ pro denominatis ꝛ sic negatur. sed illa scientia est methaphisicalis. tamē de predicamentis ꝛ generibus formaliter acceptis est scientia logicalis. sed hec non sunt principia imo sunt quedam intentiones secunde causate per actum intellectus. ꝛ illo modo sunt diffinibilia. ꝛ sunt species ꝛ habent passiones ō ipis demonstrabiles. Unde de conclusione est scientia tāꝰ de illo qō scitur et noticia subiecti primo virtualiter continet noticiam conclusionum demonstratarum in aliqua scientia. Ad secūdam dicitur q̄ non oportet semper subiectum cuiuslibet scientie esse diffinibile. q̄ de ente transcēdenter accepto est scientia vt dicitur quarto methaphisice. ꝛ tamen ens non habet diffinitionem cum non sit species. sed sufficit q̄ habeat conceptum quidditatiuum. et aliquam proprietatem demonstrabilem de ipso. Et si habeat plures passiones ordinatas tunc prima passio debet poni loco medii et per illam debent alie demonstrari de ipo. sed prima passio erit per se nota de illo subiecto. In proposito tamen minor est falsa q̄ genus generalissimum acceptum formaliter ꝛ p̄ per se significato est species. et per consequens eius est diffinitio quidditatiua vt visum ē in prioribus. Ad tertiam negatur añs. sed bene verum est q̄ valent ad noticiam predicamentorum mediate sed non immediate cuiusmodi sunt antepredicamenta. Ad quartam dicitur q̄ auctoritas Boetij sic intelligitur q̄ iste liber est ō decem vocibus. i. de decem rebus significatis per illas voces. Vel dicitur q̄ est de decem vocibus minus principaliter ꝛ de decem rebus significatis magis principaliter siue de relationibus fundatis super illa decem principia.

Equiuoca dicūtur quoꝝ solū nomē est cōe ꝛ ratio substantie scōm illud nomen est diuersa. vt animal significat animal viuum ꝛ animal pictum. et nomē in eis solum est cōmune ꝛ scōm illud nomen ratio substantie est diuersa. dicimus enim de leone picto in pariete. ecce terribile animal. et de leone viuo idem dicimus equiuoce. et de statuis regum dicimus isti sunt tales reges. et de his qui adhuc regnant dicim⁹. isti sūt tales reges sumēdo nomen regis equiuoce

Uniuoca dicuntur quorum nomen est cōmune et ratio substantie scōm illud nomen est eadem. vt hoc nomen animal est cōmune homini boui ꝛ leoni. ꝛ similiter ratio substantie scōm illud nomen ē eadem. vt homo est animal. bos est animal. ꝛ homo est substantia animata sensibilis. ꝛ bos est substantia animata sensibilis. et sic nomen est cōmune eis et ratio scōm illud nomen est eadem. nihil enim aliud est homo scōm qō ē animal q̄ substātia animata sensibilis et similiter bos.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ hic autor noster diffinit equiuoca sic. Equiuoca dicuntur quorum solum nomen est cōmune ꝛ scōm illud nomen ratio substantie est diuersa. Pro cuius declaratione supponitur q̄ hic diffinitur equiuoca equiuocata quia si non diffinisset potuisset esse dubium an fuissent aliqua talia. Secundo supponitur q̄ equiuoca equiuocata formaliter accepta sunt relatiua equiparantie ꝛ talia semper debent diffiniri in plurali numero ideo autor noster et Aristoteles diffiniunt in plurali numero sicut et cetera relatiua equiparantie vt sunt similia dissimilia contraria ꝛ sic ō alijs que diffinitūtur in plurali numero quinto methaphisice. Et in equiuocis importatur triplex respectus quia ipsa equiuocata possunt comparari ad inuicem ꝛ sic importatur respectus equiparantie. vt sydus celeste non solum est equiuocū ad canē sed ad piscem marinū ꝛ canē latrabilē.

Et dicuntur relatiua equiparantie quia extrema sunt eiusdem rationis scilz equiuocata. Possunt etiam comparari ad nomen in quo equiuocantur. et sic important respectum suppositionis. Et tertio importatur respectus suppositionis ꝑ quanto nomen cõmune supponitur ipsis. vnde per nomen non debet intelligi vox. quia hoc est impertinens ad rationem equiuocorum. sed per ipsum intelligitur aliquis respectus suppositionis. Unde equiuoca possunt capi dupliciter Uno modo formaliter z pro per se significatis. z tunc significant respectus rationis fundatos super diuersis conceptibus comparatis ad se inuicem z ad aliqd nomen ipsis cõmune. et hoc modo hic diffiniuntur. z applicatur in fundamẽtis illud quod significatur in secundis intentionibus. Alio modo possunt capi fundamentaliter et tunc ipsi conceptus equiuocati in aliquo nomine dicuntur esse quedam equiuoca. et hoc modo non possunt diffiniri q̃ non habent vnuz conceptum scõm illud nomen in quo equiuocantur. Ideo sic intelligitur diffinitio. Equiuoca equiuocata dicũtur. i. sunt conceptus obiectiue relatiui ad seinuicem z ad vnum nomen siue cõceptum. z scõm illud nomen ratio substantie est diuersa. i. conceptus quidditatiui sunt diuersi. Et notanter dicitur scõm illud nomen. quia aliq̃ sunt equiuoca in vno conceptu que tamen sunt vniuoca in alio. Exemplum tria significata huius nominis canis equiuocantur in cane et tamen vniuocantur in corpore. Et ibi non capitur ratõ pro diffinitione quidditatiua sed pro conceptu quidditatiuo. Ex quo patet ꝙ equiuoca formaliter accepta sunt vniuoca alias non possent diffiniri cum solius vniuoci sit diffinitio. Secundo patet ꝙ hec diffinitio est quidditatiua quia datur per genus z differentiam. et ponitur habitudo ad correlatiuũ ad circumloquendum eius differentiam.

Sciendum est secundo ꝙ

determinato de equiuocis tanq̃ de primo reiciendis a coordinationibus predicamentalibus: cõsequenter videndum est de vniuocis eo ꝙ vniuoca per se sunt coordinanda in genere. quia genera predicantur vniuoce de speciebus et species de individuis. Suscipiunt enim individua rationem specierum et species rationem generum vt dicit phũs secũdo topicorum. ꝙ genera predicãtur vniuoce de suis speciebus. Et diffinitio eorum scz vniuocorum talis est. Uniuoca dicũtur quorum nomen est cõmune z scõm illud nomen ratio substantie est eadem. Ubi est aduertendum ꝙ duplicia sunt vniuoca. quia quedaz sũt vniuoca vniuocantia. alia sunt vniuoca vniuocata. Unde vniuocum vniuocans est aliquis cõceptus obiectiuus cõmunis eadem ratione dicibilis de pluribus suppositis contentis sub illo cõceptu cõmuni. sicut ens est vniuocum vniuocãs quia vno nomine z vno cõceptu formali z quidditatiuo dicitur de decez generibus. Sed vniuoca vniuocata sunt plures ꝯceptus speciales significati per vnum conceptum generalem in quo illi conceptus speciales vniuntur. Sicut cõceptus hominis z bouis vniũtur in vno conceptu generali animalis. qui conceptus est alius a cõceptibus alioz vniuocoz tñ est cõmunis eis z quidditatiue inclusus in eis. Et similiter substantia z accidens vniuocantur in ente. q̃ conceptus entis est alius a conceptibus substãtie et accidẽtis. tñ includitur in ipsis z est dictus de ipsis in quid. Ut cum queritur quid est substantia conuenienter respondetur ens. z similiter diceretur de accidente. Ex quo sequitur ꝙ non accipitur nomen pro voce quia logicus non intendit per se de voce sed accipitur pro conceptu. Unde vniuoca sunt relatiua equiparantie quia referuntur ad inuicez relatione equiparantie que respicit extrema que sunt eiusdem rationis. Et talia debẽt diffiniri in plurali numero ideo cõuenienter autor noster z phũs diffiniuerunt vniuoca pluraliter z non singulariter. Sed quando comparantur vniuoca ad ipsum nomen cõmune siue conceptum qd̃ scilicet nomen dicitur vniuocum actiuz tunc ibi est respectus suppositionis ad illum cõceptum vniuocum actiuum tanq̃ ad correlatiuum proprium. et est relatiuum superpositionis quando comparatur vniuocum vniuocans ad ipsa vniuocata passiue contenta sub tali nomine. et omnes isti respectus exprimuntur in predicta diffinitione ergo ipsa est conuenienter data.

Sciendum est tertio ꝙ

logicus non intendit per se de rebus sed solum de secundis intentionibus que applicantur primis z denominãt eas. Sic est in proposito quia vniuoca z equiuoca non accipiuntur pro rebus sed pro conceptibus siue intentionibus secundis que sunt formaliter respectus licz illi respectus debeant declarari per fundamenta eo ꝙ sũt parue entitatis z per consequẽs cognoscibilitatis. Et ideo phi illud qd̃ significauerunt in secundis intentionibus declarauerunt in fundamentis. Ut homo et bos cõmuni nomine animalia nũcupantur. z scõm illud nomen ratio substantie ẽ eadem. qd̃ patet quia si vtriq̃ assignetur ratio eo ꝙ sunt animalia rõnalia eandem habẽt rõnẽ

Unde diffinitio vniuocoꝝ ꝑdicatur quidditatiue de ipꝰ diffinito. quia diffinitum ẽ secũda intentio vel sunt secunde intentiones. Et omnia posita in diffinitione sunt intentionalia. Sed qñ dicitur animal est vniuocum. ⁊ homo et bos sũt vniuoca sub animali tunc est predicatio denoiatiua. et similiter diffinitio vniuocoꝝ ꝑdicatur de ipsis denominatiue. Et diffinitio talis ẽ essentialis ⁊ quidditatiua. qꝺ patet quia datur ꝑ genus proprium ⁊ differentiam. genus enim tangitur per hꝰ qꝺ dicitur dicũtur. per qꝺ denotatur ꝙ sunt conceptus speciales dicibiles vel significabiles sub aliquo cõmuni cõceptu. Et ponitur ibi quorum nomen est cõmune. ad exprimendus correlatiuum ad quod referuntur isti respectus quia vniuoca non solum referuntur ad seinuicẽ sed etiam referuntur ad ꝯceptus cõmunẽ. Et pro pria differentia eorum exprimitur per hoc qꝺ ꝺr ⁊ scõm illud nomen ratio substantie est eadẽ. Et accipitur ratio substantie pro diffinitione vel cõceptu quidditatiuo ⁊ formali quia nõ semp vniuoca habent diffinitionem quidditatiuam vt generalissima respectu suorum inferiorum non habent diffinitionem quidditatiuaꝝ cuꝝ ipa sit solius speciei. Sed bene habent conceptum quidditatiuum.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. equiuoca nõ possunt diffiniri vt dicitur quarto topicorus. gꝰ male ꝺr ꝙ diffinitio illa est quidditatiua. Secundo arguitur sic. vnum est ante multa. sed vniuoca comparantur ad equiuoca sicut vnum ad multa. ergo diffinitio vniuocoꝝ debꝫ poni ante diffinitionẽ equiuocorus. Tertio arguitur sic. vniuoca sunt nomina. sed nominis non est nomen cõmune. qꝫ si nominis esset nomen cõmune essꝫ processus in infinitum in nominibus. ergo male dicitur quorum nomẽ est cõmune. Quarto arguitur sic vniuoca vniuocata sunt res. sed logicꝰ nõ habet considerare de rebus. ergo hic non diffiniuntur vniuoca vniuocata. Quinto arguitur sic. diuersorum diuerse sunt rationes. sed vniuoca sũt diuersa. ergo male dicitur ꝙ ratio substantie est eadem.

Ad rationes. Ad primã

dicitur distinguendo añs qꝫ equiuoca capiũtur dupliciter. vno mõ pro per se significatis et sic sunt respectus siue intentiones secunde. et important respectus equiparantie primo ⁊ per se ⁊ respectum suppositionis ad nomen cõmune cui supponuntur. et sic negatur ꝙ non possunt diffiniri qꝫ illo modo equiuoca sunt vniuoca. qꝫ scõꝫ vnum nomen ⁊ eandem rationẽ predicantur de omnibus equiuocis. Secundo mõ capiuntur ꝑ denominatis siue pro illis quibus applicantur ille intentiones tunc conceditur ꝙ non sunt diffinibilia nec de ipsis hic loquitur. Ad secundam distinguitur maior. vel si vnuꝫ ⁊ multa cõparantur inter se in ratione vniꝰ ⁊ multitudinis ⁊ sic conceditur. Vel si comparentur sub aliqua alia ratiõe sicut ẽ in proposito. quia equiuoca ꝑponuntur vniuocis eo ꝙ sunt primo reicienda a coordinatione predicamentali sicut zizanie prꝰ sunt extirpande ꝙ bona semina sint inserenda.

Ad tertiam dicitur ꝙ vniuoca sunt cõceptus ⁊ illorum conceptuuꝫ sunt alia signa. qꝫ sicut cõceptus sunt signa rerum ita ⁊ voces sunt signa conceptuum primo peryarmenias. ⁊ illorum cõceptuum potest esse vnus conceptus generalis vt prius dictum est. Ad quartaꝫ distinguitꝫ maior vel si capiantur formaliter et sic negatur vel fundamentaliter ⁊ sic conceditur. ⁊ negatur consequentia qꝫ hic solum diffiniuntur vniuoca formaliter accepta ⁊ non fundamẽtaliter. Ad quintaꝫ dicitur distinguendo maiorem vel ꝙ diuersorus sint diuerse rationes totales ⁊ sic conceditur. vel partiales ⁊ sic negatur. homo enim et bos sunt, res diuerse ⁊ tamen conueniunt in animali. Et etiam non capitur ibi ratio pro diffinitione precise sed pro conceptu quidditatiuo siue ratione formali.

Denoiatiua dicũtur quecũqꝫ ab aliquo solo casu sũt differẽtia ⁊ scõm illud nomen habent appellationem. vt a grãmatica grãmaticus. ⁊ a fortitudine fortis differunt solo casu id est sola cadentia que est a parte rei. et ꝺm illud nomen habent appellationem. nomen enim denominatiuum debet cõmunicare cum nomine vniuoco in principio ⁊ differre in fine. vt a grammatica grãmaticus ab albedine albus.

Circa hunc textum notandum est primo ꝙ determinato de illis que dicuntur vniuoca ⁊ equiuoca: ꝓsequẽter ostenditꝫque dicũtur denominatiua que proprie sunt predicata accidentalia dicta de subiectis quibus inherent. Et inherere nõ cõuenit proprie nisi formis accidentalibus que nõ faciũt per se vnum cuꝝ subiectis quibꝰ inherent ex eo ꝙ aduenient subiecto iam existenti in

actu.et ideo nō faciunt nisi vnum per accidens cuz subiectis quibus aduenīūt. Et hec quidē determinatio denoiatiuorum est necessaria qz in hoc libro intēditur de reductione omniuz accidē tiuz ad subiectuz de quo denominatiue predicā/tur.igitur oportuit ad huiusmodi distinctā cog nitionem prescire que sunt denoiatiua p̄dicata.

Et diffiniuntur sic in textu.Denoiatiua dicun tur quecūqz ab aliquo solo casu differētia sunt. z scōm illud nomē habēt appellationē vt a grā/matica grāmatic⁹. Pro cui⁹ declaratione sup ponitur primo q denoiatiua possunt capi dupli citer.Uno⁹ pro per se significato z tūc significāt respectum rationis causatuz per actum intellec/tus comparantis aliqua que differunt solo ca su id est finali terminatione dictionis.z ꝓueniūt in principio z ipsa in illo noie habēt appellationez id est pulsionē ad alienaz naturaz. qz vnū illoz significat formaz accidētalem in abstracto z ab/strahendo a subiecto reliquū significat illā ean/dem naturam ꝓcernēdo suuz subiectum.modo subiectum est aliene nature a forma accidentali exēpla text⁹ sunt grāmatica z grāmatic⁹. Alio⁹ possunt capi fundamentaliter z tunc ipsa ꝓcreta dicuntur denoiatiua. Secundo supponitur q triplex est predicatio denoiatiua,s.voce tm̄.sig/nificatione tm̄.et voce z significatione simul. Et ratio est qz vel predicatum denoiatiuū est pars essentialis totius compositi de quo predicatur ita q nō ꝓparatur tale denoiatiuuz ad subiectū precise in ratione susceptiui sed ꝓparat ad ip̄m sicut ad totum ꝓpositum cui⁹ est essentialiter ps z talis predicatio scōm veritatē est quidditatiua vniuoca z essentialis.vt dicēdo hō est animal.z tunc diceretur q in predicatis essentialibus repe/ritur p̄dicatio denoiatiua generaliter dicta z nō ꝓpue dicta. Denoiatiua ꝙo significatione di/cuntur que scōm rei veritatē important formas accidētales realiter subiectis inherentes z scōm veritatem denominātes scōm aliquā formaz ab stractiue designabilē vel significabilez. z tm̄ scōz vocalem derivationē huiusmodi denoiatiua vel ꝓcreta nō derivantur ab abstractis vt sit ꝓueni entia in principio dictionis.z solum differētia in finali vocis cadentia vt studiosuz qō est denoia tiuum a virtute.z tm̄ cum illa principali nō ꝓue nit in principio dictionis z differt in fine.Cōue/nienter igitur ōr q est denoiatiuuz significatiōe qz oia que requirūtur ad verā denoiationē que se tenēt ex parte rei habentur ibi. sed illud qō re quiritur ex parte vocis ibi deficit. Sed ad de/noiatiua voce z significatione simul tres ꝓditio nes requirunt.Prima ē q talia importēt formas accidētales ꝓcernendo subiecta sic q eo mō sig/nificētur quo eis nō repugnat p̄dicari de subiec to.Secunda ꝓditio ē q talia denoiatiua habeāt abstracta a quib⁹ deriventur sic q ꝓueniant cum ipsis principalibus in principio dictionis z diffe/rant ab eis in fine z per cōsequēs in mō signifi/candi.Tertia ꝓditō ē q ipa denoiatiua ꝓueniēt cuz principalib⁹ in significato. His suppositis dicitur q hic diffiniuntur denoiatiua formaliter accepta que habent fundari super illis denoiati uis fundamentaliter acceptis quibus cōueniūt predicte tres ꝓditiones.

Scienduz est secundo q

duplex est predicatio denoiatiua.quedaz est que sumitur a parte essentiali z illa nō excludit quid ditatiuam predicationem. et hoc modo gen⁹ pre dicatur denoiatiue de specie.vt dicendo homo est aial.et differentia similiter vt hō est rationa/lis.z de illa p̄dicatione denoiatiua loquitur phi los⁹hus secundo topicoruz.vbi dicit q in omni bus predicatis excepto accidente est conuertere eam denoiationem que est ab inesse ad esse vt be ne sequitur homini inest aial ergo est animal et sic de aliis.Et in accidētibus non valet ꝓña ab inesse ad esse vt nō sequitur ethiopi inest albedo ergo ethiops est albus. Alia est predicatio d noiatiua sūpta a forma accidētali iherēte subiec to.z talis denominatiua predicatio excludit pre dicationem quidditatiuaz z de illa loquit⁹ ph̄us libro preallegato cum dicit q a genere nulla pre dicatio denominatiua est de specie.quia impossi bile est q illud qō inest vt genus insit vt accidēs Et de illa predicatione licet intelligatur diffinitō Aristotelis tamē etiam requiritur ad predicatio nem denominatiuam q abstractum z concretuz conueniant in principio dictionis z differant in fine cum aliis conditōnibus.Et illa est proprijssi ma predicatio denominatiua. Ideo respiciendo ad dicta alberti dicentis q predicatio proprij de specie non est denominatiua eo q in predicatio/ne denominatiua forma denominans debet esse extrinsec⁹ applicata denoiato.z hoc dicit Aristo telem innuere ex duobus.primo in hoc q dicit d nominatiua quia scōm priscianum omnes ꝓpo/sitiones transitiue sunt z per ꝓsequens notauit diuersitatem in casuali cui adiunguntur.Secun do in hoc q dicit appellationem qō exponit al/bertus ad alienam naturam pulsionez.ita q na tura denominantis sit quasi extrinsec⁹ aduenī/ens subiecto z non emanans a principijs essen/tialibus subiecti quomodo subiectum emanat a specie.Et hec quidem vera esse possunt capien do denominatiuaz predicationem strictissime vt excludit predicationem primi z secundi modi p se.Sed large capiendo predicationem denomi/natiuam pro omni ea predicatione que non est quidditatiua nec essentialis tunc proprium pre/dicatur denominatiue.

Sciendum est tertio q

circa predicta incidunt alique difficultates. Prima est vtrum nomen denominatiuum denominatione scōm rem ⁊ vocem simul significet formam vel subiectum vel aggregatum ex vtroq3.

Ad quā respondent aliqui ꝙ absolutum siue abstractum deriuatur a concreto sicut dicūt grāmatici. ⁊ differunt abstractum ⁊ concretum in principali significatione qr concretum significat subiectum principaliter ⁊ connotat formam, abstractum vero principaliter significat formam. Et huius opinionis sunt moderni logici et dicunt ꝙ Aristoteles noluit dicere ꝙ concreta differāt ab abstractis in finali terminatione ⁊ non in significato. sed voluit dicere ꝙ ex parte vocis nō differunt nisi in sola finali terminatione. Alij vero dicunt ꝙ concretum significat aggregatum ex subiecto ⁊ forma. Hoc probant autoritate cōmētatoris secundo topicoꝝ dicentis ꝙ illud qō significat hoc nomen album non est vnum scōm diffinitionem qr significat albedinem ⁊ recipientem ipsam. Secundo probant scōm phm secūdo peryarmenias. qr significare est intellectum constituere. sed nomen accidentale cōstituit intellectū sui subiecti. ergo concretum significat aggregatum ex subiecto ⁊ forma. Aliter respondetur et melius supponendo primo duas suppositiones siue distinctiones quarum prima est aliquid dicitur significare aliquid dupliciter. vno mō p propriē quia scm impositum est ad significandum illud. Alio modo cōmuniter quia scm dat intelligere illud ex consequenti quātus non sit impositum ad significandum ipsum. vel quia concomitatur principale significatum. Secunda distinctio est quelibet forma accidentalis que est in se quedam essentia simplex potest dupliciter considerari. Uno modo sub propria ratione ⁊ scōm se ⁊ sic significatur per nomen abstractū. Alio mō scōm ꝙ informat subiectum et sic significatur p nomen concretum. Ex his dicitur primo ꝙ nomen ꝯcretū significat subiectum cōiter accipiēdo significare. s. pro significatione cōcomitante. Secundo dr ꝙ tale nomen non significat propriē et principaliter subiectum sed solam qualitatem. Probatur primo autoritate Aristotelis dicētis ꝙ denominatiua solo casu differūt. gō nō differūt in principali significato. Secūdo autoritate eiusdē in caō de substātia dicēt. albus solā qualitatem significat. Tertio autoritate cōmētatoris pō methaphisice dicentis. ꝙ ꝯcretum tm significat formam. Ex his dictis possunt faciliter solui rōnes adducte pro secūda opinione. Secunda difficultas vtrum omne qō nō p̄dicatur vniuoce aut equiuoce p̄dicetur denoiatiue. ita ꝙ sint tm tres modi predicandi. Pro cuius solutione ponūt due distinctiones. Prima ē p̄dicari vniuoce accipitur dupliciter. Uno generaliter ꝑut distinguit ꝯtra hoc qō ē p̄dicari equiuoce. ita scm ꝙ omne illud dicat p̄dicari vniuoce qō nō predicat equiuoce. Alio accipit ꝑpriē ꝑut idem est qō p̄dicari noīe ⁊ rōne essentialiter. ita ꝙ p̄dicatū sit de essētia subiecti. Secunda distinctio p̄dicari denominatiue accipit dupliciter. Uno generaliter ꝑut distinguit cōtra p̄dicationē quidditatiuam et sic rationale risibile ⁊ studiosum p̄dicant denominatiue. Alio mō ꝑpriē ꝑ p̄dicatōne illa in qua p̄dicatus ē denoiatiuū ab aliq abstracto scōm rē ⁊ vocem simul ⁊ sic illa nō p̄dicātur denoiatiue

Ex illis dr primo ꝙ si accipiat p̄dicari vniuoce equiuoce ⁊ denoiatiue ꝑpriē tūc multa sunt q̄ p̄dicantur q̄ tm nullo illoꝝ modoꝝ p̄dicātur vt hō est studiosus. hō ē aial. Secundo dr ꝙ accipiendo p̄dicationē vniuocā ⁊ equiuocā generaliter sic tm sunt duo modi p̄dicādi scm vniuoce p̄dicari ⁊ equiuoce. Tertio dr ꝙ accipiendo p̄dicationē vniuocā ⁊ equiuocā ꝑpriē ⁊ denoiatiuam cōiter sic oē qō p̄dicat aut p̄dicat vniuoce aut equiuoce aut denominatiue.

Sed contra predicta arguit

Primo sic. denoiatiua nō sunt aliquid vnū gō nō possunt diffiniri. ꝺña patet qr solus illa q̄ habēt vnū per se ꝯceptus ⁊ vnā p se quidditatē possunt diffiniri. Secūdo arguit sic. album et albedo sūt denoiatiua ⁊ tm nō dicūtur denoiatiue cū albedo de nullo p̄dicet denoiatiue ne ⁊ affirmatiue. gō diffinitio mala. Tertio arguitur sic. abstractus deriuatur a ꝯcreto. gō ꝯcretus nō habet appellationē ab abstracto. Quarto arguitur sic. omne accidēs p̄dicatur denoiatiue de suo subiecto. gō oīa talia denoiatiua sunt ꝑpriē denoiatiua. Quinto arguit sic. omnis p̄dicatio vel est denoiatiua vel essentialis ⁊ quidditatiua. sed denoiatiua significatione tm p̄dicantur de aliquo subiecto non essentialiter nec quidditatiue ergo denominatiue et per consequēs ipsa sunt ꝑpriē denominatiua ⁊ sic diffinitio debet eis conuenire.

Ad rationes. Ad primā

distinguitur antecedens vel denominatiua fundamentaliter accepta et sic conceditur ꝙ nō sūt aliquid vnus. vel formaliter capta ⁊ sic negatur immo sunt aliquid vnum scōm significationem formalem quātus supponant pro pluribus.

Ad secundam negatur maior quia albedo non est denominatiuum immo solum concreta sunt denominatiua ⁊ sic conceditur minor ꝙ de nullo dicatur denominatiue vere et affirmatiue et sic negatur consequentia. Ad tertiam dicitur distinguendo antecedens vel scōm deriuationem vocalem et sic conceditur. et hoc modo grāmatici dicunt abstracta deriuari a concretis vel scōm deriuationem realem et sic negatur qr

abstractum significat formam scōm se ⁊ abstrahendo a subiecto. concretum vero significat illā eandem formam cum inherentia ad subiectum. forma autez scōm se naturaliter precedit seipsaz vt est in subiecto. ideo concretum denominatur ab abstracto. Ad quartaz dicitur q̄ omne accidēs predicatur denominatiue. sed nō a quo cūq3 abstracto dicitur denominatiue. sed soluz ab illo cui conuenit in principio dictionis ⁊ differt in fine. Ad quintam conceditur maior ⁊ etiam minor. sed dicit' q̄ quāuis studiosus predicetur denominatiue hoc tamen nō est a virtute sed ab aliquo alio nomine ficto a quo deriuatur puta a studiositate.

Eorum que dicuntur quedaz dicuntur cum complexione. vt homo currit. quedam sine complexione. vt homo vel currit.

Sed priusq̄ alterum mēbruz huius diuisionis subdiuidatur distinguendi sunt octo modi essendi in. quia necessarij sunt ad sequentem diuisionem cognoscendam. ⁊ ad ea que postea dicentur. Primuus igitur modus essendi in. est quando aliquid dicitur esse i alio sicut ps integralis in suo toto. vt digit⁹ in manu. ⁊ paries in domo.

Secundus modus essendi in est sicut totum integrale in suis partibus simul sumptis. vt domus in pariete tecto et fundamento. Tertius modus est sicut species i suo genere vt homo in animali. vel vnumquodq̄ inferius in suo superiori.

Quartus modus est sicut genus in specie vt animal in homine. vel similiter quodlibet superius in suo inferiori. Quintus modus essendi in dicitur sicut forma in materia. ⁊ iste quintus modus subdiuiditur. quia quedam est forma substantialis vt anima est forma substantialis hominis. quedam est forma accidentalis vt albedo hominis. et prima harum dicitur proprie inesse sicut forma i materia. vt anima in corpore. alia autem dicitur esse in alio sicut accidens in subiecto vt albedo in pariete. Sextus modus essendi in est sicut aliquid est in sua causa efficiente. vt regnum in regente. Septimus modus essendi in est sicut aliquid est in suo fine vt virtus in beatitudine. Octauus modus essendi in dicitur sicut aliquid est in suo continente vt vinum in vase. et locatum in loco.

Hos autem octo modos essendi in distinguit Aristoteles quarto phisicorum. Boetius autem assignat nouem. quia subdiuidit quintum vt dictum est. vnde versus. Insunt pars totum. species. genus. et calor igni. Rex in regno. res in fine. loco q̄ locatum.

Eorum que sunt. quedaz dicūtur ō subiecto in subiecto vero

nullo sunt. vt genera species substantie et differentie earum que omnia dicuntur substantie vniuersales extēso nomine substantia. vt homo animal rationale. Dici de subiecto put hic sumitur est superius dici de inferiori. vt animal dicitur de homine. ꝛ homo de sorte. et color de albedine. et esse in subiecto sumitur ꝑm qd accidens est in subiecto. Alia vero neq; de subiecto dicuntur neq; in subiecto sunt. vt individua substātie. Alia dicuntur de subiecto ꝛ sunt in subiecto. vt genera ꝛ species aliorum nouem predicamentorum dicuntur de inferioribus ꝛ sunt i subiecto sicut accidens in subiecto. vt color dicitur de albedine vt de inferiori. ꝛ est in corpore vt in subiecto. Alia vero in subiecto sunt ꝛ de subiecto nullo dicuntur vt hec scientia est in anima vt accidens in subiecto. sed nō dicitur ō aliquo inferiori. ꝛ iste color est in corpore vt in subiecto ꝛ non dicitur de subiecto. omnis enim color in corpore ē

Circa hunc textum notandum est primo ꝙ determinato de tertio antepredicamento nunc autor noster determinat de quarto quod valet ad cognoscendum distinctionem eorum que ponūtur in genere ab his que non ponuntur. Ponit ergo talem diuisionem. Eorum que dicuntur quedam dicuntur cum complexione vt homo currit quedam sine complexione vt homo. Ratio ē qꝛ omne quod significatur per vocem aut significatur per vocem vnam mediante vno conceptu et sic dicitur sine complexione. vel significatur per plures voces mediante conceptu complexo et sic dicitur cum complexione. Et capitur ibi dicuntur vt idem est qd̄ exprimuntur vel significantur per vocem significatiuam. Unde dici multipliciter accipitur. Uno modo vt idem est ꝙ deriuari vt cum dicitur dyaletica dicitur a dya. i. deriuatur. Secundo modo idem est quod predicari vt cum dicitur predicatum dicitur de subiecto. Tertio modo vt idem ē qd̄ proferri. et istis modis non capitur hic. Quarto modo capitur vt idem est qd̄ per vocem significari ꝛ sic capitur hic. Ulterius est aduertendum ꝙ duplex est complexum scz distans ꝛ indistans. Complexum distans est cuius extrema coniunguntur per copulam verbalem vt cum dicitur homo est albꝰ. et dicitur distans eo ꝙ extrema distant adinuicem. vel eo ꝙ multum distat tale complexum ab incomplexione. Complexum indistans est illud cuius extrema sine aliquo verbo vniuntur sibi inuicem. sed mediante alia coniunctione. Uel cuius vnum extremum habet rationem determinationis ꝛ aliud determinabilis. vt cuz dicitur homo albus. Et capitur ibi complexio ꝓ aggregatione plurium vocum significatiuarum quarum quelibet per se significat. Et ideo licet ista vox homo componatur ex litteris et syllabis: tamen proprie non dicitur complexa. Similiter quāuis homo sit compositus ex pluribus partibus: tamen non dicitur significari cum complexione ꝓ hanc vocem homo. Unde hec diuisio ponitur hic advidendum que sunt reponibilia in predicamento et que non. Unde illa que dicuntur cum complexione scōm ꝙ huiusmodi non reponuntur in predicamento. quia nō habent per se vnū conceptum nec per se vnā quidditatē. Duplicia tamen sunt complexa. quedam sunt complexa scōm vocem tm̄ que circumloquuntur nobis aliquod incomplexum innominatum. vt hoc complexum corpus animatum. et talia scōm significatum circumlocutum bene reponuntur in predicamento quia significant vnum per se conceptū et vnam per se entitatem. Alia sunt complexa scōm rem et vocem simul et talia sunt duplicia. quia quedam sunt ex quibus non fit vnum nisi per accidens vt homo albus. Alia sunt ex quibus fit vnum per se vt diffinitio ꝛ diffinitum.

Tunc dicitur ꝙ nulla complexa siue per se siue per accidens reponuntur in predicamento nisi scōm suas partes si sue partes in predicamento reponentur. sicut animal rationale scōm qd̄ ē diffinitio non ponitur in predicamento nisi per animal quod ponitur tanꝙ genus et rationale tanꝙ differentia. Similiter homo albus non est

in predicamento sed homo est in predicamento substantie et albedo in predicamento qualitatis Dicibilium autem incomplexorum quedam ponuntur in predicamento ꝛ quedam non ponunt vt in sequentibus videbitur.

Sciendus est secundo q̄ consequenter autor ponit secundam diuisionem que dicitur quintum antepredicamentum. Sed quia ipsa non potest cognosci nisi prius cognoscantur modi essendi in. et ideo autor noster primo ponit illos modos anteq̄ determinet de illa diuisione. Sunt igitur octo modi essendi in. vt patet in textu. Quorum sufficientia cōmuniter assignatur sic. q̄ omne q̄d est in alio aut est in eo realiter idem. aut ab eo realiter differt. Si sit idem realiter hoc est dupliciter. aut est in eo per modum partis. aut per modum totius. Si per modum partis hoc est dupliciter. vel per modum partis integralis ꝛ sic est primus modus. Aut per modū partis subiectiue ꝛ sic est tertius modus. Si per modum totius hoc est dupliciter. vel per modū totius integralis et sic ē secundus modus. Aut per modum totius vniuersalis ꝛ sic est quartus Si realiter ab eo differt hoc est dupliciter. q̄ aut hoc est in eo actualiter aut virtualiter solum. Si actualiter hoc est dupliciter. q̄ vel dat esse illi in quo est et sic est quintus modus. vel non ꝛ sic ē octauus modus. Si vero est in eo virtualiter hoc est dupliciter. vel est in eo sicut in causa producente ꝛ sic ē sextus modus. vel sicut in cā nō producente ꝛ sic est septimus modus. Non est autē hec diuisio vnum antepredicamentum. q̄ ipsa non imediate ordinatur ad cognitionem predicamentorum. sed ad cognitionem vnius diuisionis antepredicamentalis. et ex consequenti ad cognitionem predicamentorū. Circa quā diuisionem est aduertendum q̄ differenter totum integrale ē in suis partibus. ꝛ partes in toto. Totum enim integrale dicitur esse in suis partibus quia integratur ex ipsis. sed partes integrales sunt in toto q̄ materialiter componunt ipsum. Similiter etiam differenter genus est in specie et species in genere. Quia genus est in specie quidditatiue ꝛ in actu. species autem in genere potestatiue solum et non actu. Res vero dicitur esse in suo efficiente q̄ ipsum efficiens habet virtutē producendi ipsam. Res autem dicitur esse in suo fine. q̄ vnaquęq; res in suo fine bonitatem vel maliciam accipit. Insuper est aduertendum q̄ quintus modus essendi in subdiuiditur in duos modos scōm q̄ duplex est forma scilicet substantialis ꝛ accidentalis. Et ita est vnus modus scōm quē forma substantialis est in materia sicut anima in corpore. Et alius est modus scōm quē forma accidentalis est in subiecto sicut albedo in pariete. Q̄ autē forma substantialis sit in materia patet. quia illud quod dat esse alicui simpliciter est in eo cui dat esse. sed forma substantialis dat esse formale materie. ergo forma substantialis est in materia. Similiter forma accidentalis dat esse accidentale suo subiecto. ideo habet esse in subiecto. Et q̄uis tam forma accidētalis q̄ substantialis dant esse hoc tamen est diuersimode. quia forma substātialis dat esse substantiale ꝛ simpliciter. sed forma accidētalis dat esse accidentale ꝛ scōm quid.

Sciendum est tertio q̄ consequenter autor ponit secundam diuisionem antepredicamentalem que dicitur quintum antepredicamentum dicens q̄ eorum que sunt quedam dicuntur de subiecto. in subiecto vero nullo sunt. Alia sunt que nec sunt in subiecto nec dē subiecto dicuntur. Alia sunt in subiecto ꝛ dē subiecto dicuntur. Et alia sunt in subiecto ꝛ de nullo subiecto dicuntur. Exemplum primi vt secunde substantie scilicet homo animal ꝛ sic de alijs Exemplum secundi vt prime substantie puta sortes plato ꝛ sic de alijs. Exemplum tertij vt vniuersalia accidentium puta albedo nigredo color ꝛ sic de alijs. Exemplum quarti vt accidētia particularia puta hec albedo hec nigredo et sic de alijs. Circa quod est aduertendum q̄ accipitur subiectum equiuoce cuz additur huic quod est dici de. et cum additur huic quod est esse in. Unde dici de est aliquid enunciari quidditatiue de suo inferiori tāq̄ de subiecto suo. Sed esse in est accidens esse in subiecto ꝛ predicari accidentaliter de subiecto. Unde substantie vniuersales vt homo animal et sic de alijs dicuntur de subiecto ꝛ nō sunt in subiecto. Ratio primi est quia habent inferiora sub se de quibus essentialiter predicantur. ergo dicuntur de subiecto. consequentia patet per diffinitionem huius quod est dici de. Secundum patet per primam proprietatem substantie que ē ista. Cōmune est omni substantie in subiecto non esse. ergo secunde substātie non sunt in subiecto. Substantie vero particulares nec sunt in subiecto nec dicūtur de subiecto. non enim sunt in subiecto eo q̄ sunt substātie particulares. nullum autem particulare habet inferiora sub se de quibus essentialiter predicet. Sed accidentia vniuersalia sunt in subiecto ꝛ de subiecto dicuntur. sunt enim in subiecto quia sunt accidentia. omne autem accidens habet ee in subiecto. Dicuntur etiam de subiecto cuz sint vniuersalia. et omne vniuersale habet inferiora sub se de quibus essentialiter predicatur. Accidentia vero particularia sunt in subiecto eo q̄ sunt accidentia. et nō dicuntur de subiecto eo q̄ sunt particularia. Ex hac diuisiōe pōt inferri q̄ vlia ō ꝓdicamēto subē sūt entia extra alias. sic

q̄ non sunt accidentia vt conceptus vel voces. patet.quia si vniuersalia de predicamento substantie essent accidentia sequeret̄ q̄ essent in subiecto.cum omne accidens sit in subiecto.hoc autem est manifeste contra diuisionem igitur ꝛc.

Secundo potest inferri q̄ non solum termini sunt dicibiles.sed etiam res extra animam. Patet quia illa que dicuntur non sunt in subiecto. sed omnis terminus est in subiecto suo. ergo aliqua dicuntur que non sunt termini.

Sed contra predicta arguitur Primo sic.Omne ens est incōplexum. similiter ꝛ omnis vox cum omne ens sit vnum.et omnis vox sit vna.ergo omne quod dicitur sine complexione ō; et sic diffinitio mala. Secūdo arguitur sic.canis dicitur ꝛ tamē non dicitur cum complexione eo q̄ nō includit plures.nec sine complexione q; includit plura significata.ergo diffinitio mala. Tertio arguitur sic. forma ꝛ materia opponuntur sicut actus ꝛ potentia.sed vnum oppositorum non est in alio. ergo forma nō est in materia. Quarto arguitur sic.omne subiectum est prius eo cuius est subiectum.sed inferius non est prius superiori.ergo inferius non est subiectum superioris. Quinto arguitur sic.singularia puta prime substātie vt sortes et plato dicuntur de subiecto vt patet dicendo sortes est sortes. plato est plato.ꝛ tamē non habent inferiora sub se. ergo diuisio mala.

Ad rationes. Ad primā dicitur q̄ negatur maior ꝛ distinguitur minor vt vnitate simplici ꝛ sic negatur.vel vnitate aggregationis ꝛ sic conceditur. Ad secundam dicitur q̄ canis proprie non est vox complexa cuz nō habeat plures voces significatiuas. et q̄uis significet plura tamen illa nō se habent per modum determinantis et determinabilis.ideo non est vox complexa nec est vox proprie incomplexa quia non significat mediante vno conceptu sua significata complexe vel incomplexe. Ad tertiam dicitur distinguēdo maiorem vel quoad suas rationes formales ꝛ large capiendo oppositionem ꝛ sic conceditur.vel quoad esse essentie ꝛ sic negatur. Ad quartam dicit̄ distinguēdo maiorem vel subiectum accidentis ꝛ sic conceditur.vel subiectum superioris ꝛ sic negatur.

Ad quintam distinguitur maior vel subiectū propositionis ꝛ sic conceditur q̄ singularia puta prime substantie dicuntur de subiecto.vel capiendo subiectū pro inferiori alicuius superior̄ et sic negatur.

Quando alterum de altero predicatur vt de subiecto quecunq; ō eo quod predicatur dicuntur:omnia de subiecto dicūtur vt sortes est homo homo ē animal. ergo sortes est animal

Diuersorum generum ꝛ non subalternatim positorum diuerse sunt species ꝛ differentie. vt animalis ꝛ scientie que sunt diuersa genera. differentie enim animalis sunt rationale irrationale. diuiditur enim per has differentias vt animalium aliud rationale aliud irrationale differentie autem scientie sunt naturale morale ꝛ sermocionale. diuiditur enim scientia per has differētias. vt scientiarum alia naturalis alia moral' alia sermocionalis.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ ad cognoscendum ordinem eorum que ponuntur in predicamento ponit autor talem regulam primā antepredicamentalem que dicitur esse sextus antepredicamentum sc; Quando alterum de altero predicatur vt de subiecto quecunq; de eo quod predicatur dicuntur omnia etiam de subiecto dicuntur. Que regula sic intelligitur quando sunt duo quorum vnum predicatur de alio vt de per se inferiori quidd̄ essentialiter predicatur de predicato predicatur etiam de subiecto.Nō enim ad hoc q̄ arguatur per hanc regulam sufficit q̄ in prima predicatione sit ordinatio scōm ordinē quinq; predicabilium:et in secunda sit predicatio essentialis ꝛ directa sicut cōmuniter dicitur: sed requiritur q̄ in vtraq; ꝓpōne sit predicatio essentialis. ꝛ q̄ sit directa quia nulla predicatio indirecta proprie est essentialis.Qz autem nō sufficit in prima predicatione predicatio ordinata patet quia solum illa que essentialiter predicantur dicuntur de subiecto.vt hic accipitur dici de subiecto.Quāuis autez accidens predicatur de subiecto.non tamen essentialiter et sic non dicit̄ de subiecto vt ibi capitur dici de subiecto.Secūdo patet quia hec regula datur ad cognoscēduz essentialem ordinem eorum que ponuntur in genere sc; ad cognoscendum q̄ si aliquid sit supe-

rius superiori essentialiter sit etiam superius inferiori. vt si corpus est superius ad animal z animal ad hominem ergo corpus est superius ad hominez. Si ergo sufficeret ad arguendū per hanc regulaz q in priore propositione esset predicatō ordinata et in secunda essentialis tunc argueret per hanc regulam. homo est albus album est coloratum. ergo homo est coloratus. z sic sicut coloratum est superius essentialiter ad album sic esset superius essentialiter ad hominem qđ nullꝰ concedit. Ex quibus sequitur primo q hec cō sequentia nō est bona homo est animal. animal est asinus. ergo homo est asinus. sed cōmittitur fallacia accidentis. Sequitur secundo q consequentia per dictam regulam illata est soluz cō sequentia materialis eo q non tenet in omnibꝰ terminis simili forma arguendi retenta. Tamen per similem regulam posset fieri consequētia formalis tenens in omnibus propositionibꝰ tam affirmatiuis q negatiuis quorumcūqz terminorum obseruato q prima propositio sit affirmatiua z secūda vniuersalis formaliter vel equialenter ipsa tamen non mutata scōm veritatez z falsitatem. sequitur enim formaliter homo est animal. omne animal est album ergo homo ē albus. Similiter sequitur sortes est homo et nullꝰ homo est asinus. ergo sortes non est asinus. Qz autem hee ꝯsequentie sint formales patet quia omnes tales reducuntur ad primam figuraz faciendo de secunda propositione primam z econuerso. Vel sic arguendo. omne animal est albuz homo est animal ergo homo est albus. Et scōm hunc modum arguendi huius regule dicunt alii quartam figuram silogisticaz esse in qua medium in prima propositione predicatur et in secunda subicitur.

Sciendū est secundo q

hic consequenter autor ponit secundam regulaz antepredicamentalem que dicitur vltimum ante predicamentum. z est talis. Diuersorum generuz z non subalternatim positorum diuerse sunt species z differentie. Cuiꝰ rō est quia differētie exeūt a potestate generis. ergo ad diuersitatem generum sequitur diuersitas differentiarum z specierum. Et debet intelligi de differentijs constitutiuis z non diuisiuis. Genera enim subalternatim posita aliquando habent eandem differentiam vt corpus z animal habent corpoream. sed non habent easdem differentias diuisiuas sic q ille differentie sint diuisiue generum subalternatim positorum. Unde aliqua dicuntur subalternatim posita dupliciter. Uno modo quia vnum continetur sub alio sicut animal sub corpore. Alio modo quia ambo continentur sub eodem tertio vt planta z animal sub corpore. Dec enim regula intelligitur de generibus nō subalternatim positis vtroqz modo ita q nec ambo contineantur sub tertio nec vnum sub altero. Genera enim subalternatim posita secundo modo bene habent easdem differentias sicut corporeum et animatum conueniunt animali z plante. Ex hoc infertur q hec regula valet ad cognoscēduz differentias que ponuntur in diuersis predicamentis scz ad sciendum q sub diuersis generibꝰ debent ordinari diuerse species et differentie.

Unde scōm aliquos debet sic intelligi hec regula. impossibile est q diuersorum generum generalissimorum sint eedem species et differntie vniuoce z diuisim siue scōm eandem rationem. Quis dicant q diuersorum generum generalissimorum sint eedem species vniuoce z coniunctim accepte. Et dant exempluz sicut cenare scōm eundem conceptum simul habet reponi in diuersis predicamentis quia significat tm sicut de sero comedere. ergo ratione vnius partis sui conceptus habet reponi in predicamento actionis. z ratione alterius partis habet reponi i predicamēto quando. z sic scōm eundem conceptum vniuoce z coniunctim diuersorum generuz essent eedē species. Sed hoc est falsum. qz sola incomplexa reponuntur in predicamento ideo solum primo z per se habet reponi in predicamento actionis et inquantum cōnotat illam actionez fieri in aliquo tempore habet reponi in predicamento quādo. Et sic non valet eorum dictum scz q diuersorum generum generalissimorum scōm eundem conceptum vniuoce et coniunctim acceptorum possunt esse eedem species z differentie. quod patet per simile quia album ponitur in predicamēto qualitatis per se. et tamen significat subiectū sed propter hoc non valet arguere q habeat reponi in predicamento substantie. quia dicibilia sunt in genere ordinanda scōm sua significata z non consignificata.

Sciendum est tercio q

circa predicta incidunt alique difficultates.

Prima est vtrum iste conditiones sint sufficiētes que cōmuniter assignenter ad hoc q aliquid reponatur in predicamento. scz q sit vniuersale vel particulare z q sit incomplexum z ens extra animam. Et arguitur q non. quia enti conueniunt iste tres conditiones. et tamen nō reponitur in predicamento. ergo ille non sunt sufficienter assignate. Secundo sic arguitur probādo q sint pauciores. qz diffinitio reponitur in predicamento z tamen est quid complexum. ergo ad hoc q aliquid reponitur in predicamento non requiritꝰ q sit incomplexum. Maior probatur quia diffinitio z diffinitus idem sunt. sed diffinitum reponitur in predicamento. ergo z diffinitio. Pro solutione est aduertendum q solum vniuersale finitum et limitatum habet reponi in predicamē

to.quia ens reale finitum diuiditur in decez predicamenta.Et etiam ꝙ uis diffinitio ꝛ diffinituz significent vnam ꝛ eandē rem essentialiter tamē hoc ē diuersimode.quia diffinitio significat explicite illud quod diffinitum significat implicite

Dis visis dicitur ad dubium ꝙ ille tres cōditiones sunt sufficienter assignate capiendo vniuersale vt dictum est. ꝛ particulare vt se extēdit ad singulare.Et ad primam rationem dicitur negando maiorem.qz ens nō est vniuersale finituz sed est indifferens ad finitū ꝛ infinitum ideo nō reponitur in predicamento.Ad aliam dicitur negando maiorem. ꝛ ad probationem conceditur ꝙ diffinitum reponitur in predicamento et non diffinitio.Et ꝙ uis diffinitio significet idem cum diffinito essentialiter non tamen sub eodem mō significandi quare non reponitur in predicamēto nisi ratione suarum partiuz. Secunda difficultas est vtrum aliquid idem possit esse in diuersis generibus.Et videtur ꝙ sic. quia scientia est in genere qualitatis et in genere relationis. quia scōm Aristotelem quinto methaphisice et septimo phisicoruz.scientia est ad aliquid. ergo idem potest esse in diuersis generibus.Preterea figura est in genere quantitatis quia geometria per se considerat quantitatem ꝛ considerat de figura.et etiam est in genere qualitatis vt postea videbitur.ergo aliquid idem est in diuersis generibus.In opposituz est autor ꝛ omnes reales philosophi. Pro solutione ponuntur alique distinctiones. Prima distinctio est ꝙ idem dicit multipliciter.scz idem genere.idem specie.ꝛ idez numero.Et idem numero dicitur tripliciter.scilz idem accidente.idem proprio.ꝛ idem diffinitione. Secunda distinctio siue suppositio ꝙ tot modis dicitur idem scōm se quot modis dicitur vnum scōm se scz vnum numero.Unum specie. Unum genere.Unum proportione. Dis visis respondetur ponēdo duas propositiones. Prima est ꝙ idem proportione idem accidente ꝛ idez proprio possunt esse in diuersis predicamentis. Probatur quia animal ꝛ color sunt idem proportione quia huiusmodi ydemtitas est in simili se habere.sicut enim color se habet ad albedinem ita animal ad hominem.ꝛ tamen animal ꝛ color sunt in diuersis generibus nō subalternatim positis.Similiter sortes ꝛ albedo sunt idem accidēte.et sortes ꝛ risibile sunt idem proprio.et tamen manifestum est ea esse in diuersis generibus igitur. Secunda propositio idem specie idez diffinitione ꝛ similiter idez genere nullo modo sūt in diuersis generibus generalissimis.Probatur quia ad essentiale speciei pertinet genus.ergo si idem specie vel genere esset in diuersis generibꝰ generalissimis ista ambo genera essent de eius essentia.gꝰ illud ñ esset idez essentialiter qz cū diuersis generibꝰ ñ subalternis nihil ē idē essētialr igitur.Quantuz vero ad idez diffinitione est per se notum.ergo propositio vera. Ad rationes in contrarium.Ad primam dicit ꝙ scientia equiuoce habet reponi in predicamento qualitatis ꝛ relationis.quia scōm ꝙ significat habitum mētis.i.habitum contentum sub ente causatuz ab obiecto ꝛ potentia ex frequenti consideratione habet repom in predicamento qualitatis.ꝛ scōz ꝙ significat ymaginem ipsius scibilis siue similitudinem habet reponi in predicamento relationis.ideo idem vniuoce tentum non reponitur in diuersis predicamentis. Ad secundam distinguitur maior quia figura potest capi dupliciter.Uno modo vt significat superficiem numeratam lineis.ꝛ tunc est in predicamento quantitatis.Alio mō capitur vt significat terminationem superficierum ꝛ linearum ꝛ sic est in predicamento qualitatis. Et sic patet ꝙ non vniuoce habet reponi in diuersis generibus.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic.nō sequitur animal est corpus corpus est quantitas.ergo animal est quantitas et tamen arguitur per primam regulam conditionibus obseruatis.quia vtrobiqz est predicatō essentialis.ergo prima regula est falsa. Secūdo arguitur sic.si illa regula esset bona sequeretur ꝙ quarta figura esset ponenda quia scōm illam regulam arguitur per dispositionem quarte figure.sed nō est ponēda quarta figura.ergo etiam talis regula non est ponenda. Tertio arguitur sic. corpus est in genere substantie et tamen est in genere quantitatis vt inferius videbitur.ergo idem est in diuersis predicamētis siue in diuersis generibus non subalternatiz positis.et per consequens secunda regula est falsa

Quarto arguitur sic.rationale est differentia animalis quia animal diuiditur per rationale et irrationale.et etiam est differentia scientie.quia scientia diuiditur in scientiam realem ꝛ rationalem.et tamen animal ꝛ scientia sunt diuersa genera non subalternatim posita.ergo secunda regula est falsa.

Ad rationes.Ad primā

dicitur ꝛ negatur ꝙ arguatur per illam regulaz. sed cōmittitur fallacia equiuocationis.quia diuersimode accipitur corpus in prima propositione et in secunda. Ad secundam dicitur distinguendo consequentiam quia dupliciter potest intelligi quartaz figuram non esse ponendā Uno mō ꝙ non sit modus arguendi distinctus a prima figura capiendo primaz figuram stricte scz pro illa dispositione in qua medium subicit in prima ꝛ predicatur in alia. et isto mō negatur ꝙ quarta figura non sit ponenda. Alio mō intelligitur ꝙ quarta figura non sit modus argu-

endi distinctus a prima figura capiendo primaz figuram largo modo scz pro illa dispositione in qua medium subicitur in vna premissarum quecunqz illa sit z predicatur in alia quecūqz illa sit z sic conceditur q̄ quarta figura non sit ponenda distincta a prima.quia isto modo prima figura habet diuidi in duos modos. Primus est qñ medium subicitur in maiore z predicatur in minore. secundus quando medium predicatur in maiore z subicitur in minore. et talis habetur p̄ hanc regulam. Et sic conceditur q̄ quarta figura non est ponenda distincta a prima largo modo capiendo primam figuram. Ad tertiaz dicitur q̄ corpus habet reponi in predicamento substantie et quantitatis sed non vniuoce quomodo intelligitur regula. Ad quartam distinguitur maior quia rationale dupliciter accipitur. Uno modo vt significat animam rationalem.z tunc ē differentia animalis. Alio modo capitur vt significat habitum denominatiue dictū ab ente rationis.et tunc est differentia scientie. Sed hoc non est sub eadem ratione qua est differentia animalis.sed sub alia z alia ratione.

Dorum que ꝺm nullaz complexionem dicuntur ſingulum aut ſignificat ſubſtantiam.aut qualitatem.aut quantitatez.aut ad aliquid. aut agere. aut pati.aut vbi.aut quando.aut ſitum eſſe. aut habere. Eſt enim ſubſtantia vt exemplariter dicatur vt hō et equus. quantitas vt bicubitum tricubitum. ad aliquid vt duplum triplum. qualitas vt albedo nigredo. vbi vt in loco ē. quando vt heri fuiſſe: cras fore ſitus vt iacere ſedere. habere vt armatum eſſe: calciatum eſſe. agere vt ſecare vrere. pati vt ſecari vri. His habitis dicendum eſt de vnoquoq predicamentorum z primo de ſubſtantia cum ſit prior alijs predicamentis.

Circa hunc textum notandum eſt primo q̄ poſt q̄ autor determinauit de antepredicamentis: hic conſequenter in iſta parte incipit determinare ō ipſis predicamētis. Et diuiditur hec pars in duas partes. in prima parte determinat de ipſis p̄dicamentis in generali. in ſecunda vero de ipſis in ſpeciali. ſecunda ibi. Subſtantia. Prima iterū diuiditur in duas. quia primo ponit vnam diuiſionem. ſecundo ponit eorum exempla. Et rō ordinis eſt q̄ antepredicamenta valent ad cognitionem predicamentorum immediate z a priori z ſine ipſis non poteſt haberi completa z perfecta noticia predicamentorum. igitur autor immediate determinat de ipſis predicamētis in generali ponendo numerum ipſorum quia in hoc reddit auditores attentos ad audiendum.

Unde circa hanc diuiſionem cōuenienter aſſignatur ſufficientia ipſorum predicamentorum z cōmuniter a logicis ſic aſſignatur. Quia omne dicibile incomplexum ordinabile in genere vel ē ens per ſe. vel ens in alio. Si ens in ſe ſic eſt ſubſtantia. Si ens in alio hoc eſt dupliciter. quia vl̄ eſt ens abſolutum vel reſpectiuum. Si abſolutū hoc eſt dupliciter. vel conſequitur ſubſtantiam ratione materie z ſic ē quantitas. vel ratione forme z ſic eſt qualitas. Si ſit ens reſpectiuum hoc eſt dupliciter. quia vel dicit reſpectum ſubſtantie ad aliqd̄ extrinſecum. vel reſpectum alicuius extrinſeci ad ſubſtantiam. Si primum hoc eſt dupliciter. quia vel dicit reſpectum partis et ſic eſt ſitus. ſitus enim dicit reſpectum partiz ſubſtātie ad totum z ad locum. vel dicit reſpectuz totiꝰ et hoc tripliciter. quia vl̄ cauſatur a forma. z ſic eſt actio. vel a materia z ſic eſt paſſio. vel a toto compoſito et ſic eſt relatio. Si dicat reſpectum alicuius extrinſeci ad ſubſtantiam hoc eſt dupliciter. quia vel illud extrinſecum eſt adiacens tm̄. vel adiacens z applicatum ſimul. Si primuz hoc eſt dupliciter. quia vel adiacet in motu z ſic eſt quando. vel in quiete z ſic eſt vbi. ſi ſit adiacens z applicatum ſimul z ſic eſt habitus. Et q̄ patet q̄ ſunt decem predicamenta neqz plura neqz pauciora.

Sciendū eſt ſecundo q̄ dicibile incomplexum dupliciter accipitur. Uno modo generaliter pro omni illo quod per vocez incomplexam ſignificatur eo modo ſcilz quo capitur in prima diuiſione antepredicamentali. et hoc modo non diuiditur dicibile incomplexum in predicta diuiſione. eo q̄ chimera z multa alia ſunt dicibilia incomplexa que in nullo predicamento reponuntur. Alio modo capitur ſpecialiter pro dicibili incomplexo ordinabili in genere.

et hoc modo diuiditur in decem predicamenta.

Similiter predicamentum accipitur dupliciter. Uno modo pro tota coordinatione generuz specierum z differentiaruz. Alio modo pro principio illius coordinationis scz pro genere generalissimo. et vtroqz modo sumendo predicamentum tantuz sunt decez predicamenta que enumerantur in textu. Unde illud est in predicamento substantie quod conuenienter respõdetur ad questionem factam per quid de prima substãtia vt si queratur quid est sortes cõuenienter respõdetur est animal homo z corpus. Unde predicamentuz sic diffinitur. Est genus generalissimũ alicuius coordinationis. vel est ipsa tota coordinatio. Unde omnia predicamenta et dicibilia in ipsis reponibilia sunt incomplexa quod patet duabus rationibus. Prima est. illa sunt incomplexa ex quorum complexione fit affirmatio z negatio. sed ex complexione eorum fit affirmatio z negatio. igitur ista sunt incomplexa. Secũda rõ est omnis affirmatio est vera vel falsa z similiter negatio. sed nullum istorum est affirmatio vl negatio. et per consequens quodlibet eorum est incomplexum.

Sciendum est tercio ꝙ

circa predicta incidũt alique difficultates. Prima est vtrum diuisio predicta scz illa. eorum que scõm nullam complexionez dicuntur sit bene posita. Et videtur ꝙ non. Tum primo quia multa sunt que scõm nullam complexionem dicuntur vt materia z forma z tamen non significant substantiam. Tum etiam quia ista diuisio videtur dari de vocibus z non de rebus. cuz sole voces significent substantiam qualitatem aut quantitatem. Pro solutione huius ponuntur aliqua dicta. Primum est ꝙ aliqua sunt que per se et directe reponuntur in genere sicut genera species z indiuidua. Alia vero reductiue. z hoc multipliciter. quia quedam reducuntur vt principia illius predicamẽti sicut forma z materia z punctus siue vnitas in predicamento quantitatis. Quedam vero reducuntur vt partes integrales Quedam vero vt priuationes quia priuatio habet cognosci per habitum scõm qõ dictum est. Unde nota ꝙ hec diuisio sic debet intelligi. eorz conceptuum siue obiectorum que obiecta scõm nullam complexionem dicuntur id est scõm nullam complexionem significantur. quedam significant substantiam. i. sunt substantia vt homo ẽ substantia animal est substãtia. Unde autor noster z Aristoteles accipiunt ibi actum signatum pro actu exercito. z actiuum pro passiuo. z signũ pro signato. Aliud dictum est ꝙ in predicta diuisione non capitur conceptus vel dicibile in sua tota cõmunitate. sed tantuz capitur dicibile pro dicibili vniuoco incomplexo et ente reali finito z limitato. Dis suppositis dicitur ꝙ predicta diuisio est bene posita sic intelligendo ꝙ omne quod ponitur per se z directe in predicamento significat substantiam quantitatem aut qualitatem z sic de alijs. i. est substãtia qualitas aut quantitas z sic de alijs. Sed de illo qõ ponitur reductiue non oportet ꝙ significet substantiam qualitatem aut quantitatem ꝛc. sed sufficit ꝙ significet partem vel principium illorum. Et per hoc patet solutio ad primam rationem. Ad secundam dicitur ꝙ hec diuisio datur de rebus Et ad probationem cum dicitur ꝙ soli voci conuenit significare conceditur ꝙ soli voci vel conceptui conuenit. sed ibi capitur actus signatus pro actu exercito et actiuum pro passiuo. Secunda difficultas est vtrum deus sit in predicamento. Ad hoc respondetur ꝙ nõ est in predicamento. et probatur primo sic. qz non est ens reale finitum z limitatum ergo ꝛc. Tum etiaz quia si esset in predicamento maxime esset in predicamento substantie. sed hoc non quia scõm Augustinum septimo de trinitate capitulo quinto. deus non nisi abusiue substantia dici potest. ergo non est in predicamẽto substantie. Tum etiaz qz vel esset prima substantia vel secunda. non prima quia tunc primo substaret accidentibus. nec secunda quia tunc secundario substaret sed in deo nullum est accidens ergo ꝛc. Tum etiaz qz maxime proprium est substantie scõm sui mutationem esse susceptibilem contrariorum ergo cõuenit omni substantie. sed illud deo non conuenit ergo non est in predicamento substantie. Itez si esset in predicamento vel hoc esset vt genus vl vt species vl vt indiuiduuz. Non primuz qz non predicatur de pluribus differentibus specie. Nõ secundum quia tunc componeretur ex genere et differentia. sed nullum compositum ex genere et differentia est sũme simplex et deus est summe simplex. ergo non componitur ex genere z differentia. z per consequens non reponitur in predicamento vt species. Nec vt indiuiduum quia ad hoc esset magis compositum cum indiuiduum addit supra speciem differentiam indiuidualem

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. ens vnum bonum et reliqua transcendẽtia sunt dicibilia incomplexa et tamẽ non sunt in aliquo istorum predicamentorum ergo diuisio est insufficiens. Secundo arguitur sic. deus est dicibile incomplexum particulare. ergo est in predicamento. Tertio arguit sic. materia non est in predicamento et tamẽ sibi conuenient omnes predicte conditiones assignate. ergo ille non sufficiunt. Quarto arguitur sic. genus et species sunt dicibilia complexa et tamen non sunt in aliquo istorum predicamẽtorum. ergo diuisio est male assignata.

Ad rationes. Ad primã dicitur q̃ non sunt in predicamento quia vt prius dictum est. omne qđ reponitur in predicamento est finitum ꝛ limitatum. sed transcendentia non sunt finita nec limitata sed abstrahunt a finito ꝛ limitato. ideo ꝛc. Et per idem respondetur ad secundam negando consequentiam propter eandem causam. Ad tertiam dicitur distinguendo maiorem vel per se primo ꝛ sic concedit vel reductiue et sic negatur. Ad quartam dicitur q̃ genus ꝛ species possũt capi dupliciter Uno mõ fundamentaliter ꝛ pro per se denominatis. et sic per se reponuntur in predicamento. Alio modo formaliter et pro per se significatis ꝛ tunc non reponuntur in predicamento nisi forte reductiue vt postea videbitur.

Substantia autem diuiditur per primam ꝛ secundam. Prima substantia est que proprie principaliter ꝛ maxime substare dicitur. vel prima substantia est que neq̃ in subiecto est neq̃ de subiecto dicitur. vt aliquis hõ aliquis equus. Secunde substantie sunt species in quibus sunt prime substantie. ꝛ harum specierum genera vt homo et animal. Est enim aliquis homo in homine qui est species. ꝛ homo in animali quod est genus.

Jndiuidua substantie dicuntur prime substantie quia primo substant alijs. genera vero ꝛ species eorum dicuntur secunde substantie. quia secũdo substant alijs. vt aliquis homo dicitur grãmaticus et currens et animal ꝛ substãtia. ergo homo dicitur grammaticus. currens animal ꝛ substantia. Jtem ea que dicũtur de subiecto omnia predicantur nomine ꝛ ratione vt homo predicatur de forte et ỏ platone. eorum vero que sunt in subiecto in pluribꝰ quidem neq̃ nomen neq̃ ratio predicatur ỏ subiecto. vt hec albedo vel hoc album. Jn aliquibꝰ autem nomen nihil prohibet p̃dicari de subiecto. rationem vero predicari de subiecto est impossibile. vt album predicatur de subiecto. ratio vero albi nũquam de subiecto predicatur.

Jtem secundarum substantiarum species est magis substantia q̃ genus. quia species ẽ propinquior prime substantie q̃ genus. et etiam quia pluribꝰ substat. quibuscunq̃ enim substat genus et eisdem substat species. ꝛ cum hoc species substat ipsi generi. Sed species specialissime equaliter substant. ꝛ eq̃liter sunt substantie vt homo equus ꝛ similia.

Circa hunc textum notandum est primo q̃ determinato de predicamẽt in generali. consequẽter autor determinat de ipsis in speciali. Et primo de substantia eo q̃ substantia tripliciter precedit accidens. s. natura. diffinitione ꝛ tempore. Et primo determinat de ipsa diuisiue ponendo talem diuisionem. Substantiarum alia prima alia secunda. Cuius ratio est quia omnis substãtia aut est vniuersalis aut particularis. Si particularis sic est prima substantia. si vniuersalis sic est secunda substantia. Ex quo infertur q̃ nõ sũt ponende tertie ꝛ quarte substantie. quia omnis

substantia secunda dicitur secūda propter hoc q̄ secundario substat accidentibus. Est autē hec diuisio vt cōmuniter dicitur diuisio analogi in sua analogata. ex eo q̄ nomen substantie per prius dicitur de prima substantia q̄ de secunda prout substantia dicitur a per se substando. quā uis talis analogia non tollat vniuocationem. quia ratio substantie cōuenit vtriq3. Sed tamē vt dicitur a per se essendo equaliter conuenit omnibus substantijs eo q̄ omnes substantie habent esse per se. Unde substantia potest capi dupliciter. Uno modo fundamentaliter. ꝛ tunc ē quidditas cōmunis vniuoce ꝛ in quid dicta de omnibus substantijs. Alio modo capitur formaliter ꝛ tunc significat relationem rationis fundatam in tali quidditate cōmuni comparata ad accidētia quib⁹ habet substare. et in predicta diuisione accipitur hoc modo. Unde prima substantia diffinitur sic. Est que proprie principaliter ꝛ maxime substare dicitur. Et ibi ponitur que q̄ dat nobis intelligere genus diffiniti. s. substantiam formaliter sumptam. Et dicitur proprie propter accidentia que videntur substare. vt superficies videtur substare albedini. non tamē proprie substat tanq̄ subiectū q̄ licet tanq̄ subiectum quo Et dicitur principaliter ad differentiam secundarum substantiarum que non principaliter substant. Et dicitur maxime ad differentiam secūdarum substantiarum que sunt species specialissime. que licet videantur principalius substare q̄ genera non tamē maxime substant. imo sola prima substātia maxime substare dicitur. Et omnes hee particule circūloquūtur nobis propriam differentiam ipsius diffiniti. Unde prima substātia potest capi dupliciter. Uno modo pro per se denominato ꝛ tūc natura incōmunicabilis que substat accidentibus dicitur prima substantia. Alio modo potest capi pro per se significato et formaliter. ꝛ tunc significat relationem rationis causatam per actuz intellectus comparantis aliquaz primam substantiam ad accidentia penes hoc q̄ illa prima substantia primo substat accidentibus ꝛ hoc modo hic diffinitur. Et sic debet intelligi predicta diffinitio. prima substantia est que proprie ꝛ principaliter ꝛ maxime substare dicitur. i. est relatio fundata in aliqua natura cui proprie principaliter ꝛ maxime conuenit accidentibus substare. Ex quo potest concludi q̄ hec diffinitio est quidditativa cum detur per fūdamentum ꝛ terminum. Unde fundamentuz illius relationis est substantia prima fundamentaliter accepta. ꝛ terminus est ipsum accidens cui comparatur. Secūdo sic diffinitur prima substantia. Est que nec est in subiecto nec de subiecto dicitur. i. est relatio fundata in aliqua natura cui repugnat esse in subiecto vt accidens. et etiam dici de subiecto vt superius de suo per se inferiori. Et in hac diffinitione subintelligit̄ substantia loco generis. Et dicitur nec est in subiecto ad differentiam accidentium. Etiam dicitur nec de subiecto dicitur ad differentiam secundarum substantiarum. Quia enim prima substātia est substantia. ideo non habet esse in subiecto. Et quia est prima ideo nō dicitur de subiecto. quia non habet aliq̄d inferius sub se de quo possit essentialiter predicari. Et omnes predicte diffinitiones habent declarari in fundamētis. vt sortes vel aliquis homo aut aliquis bos est cui primo ꝛ principaliter conuenit substare.

Sciendu3 est secundo q̄

hic consequenter autor diffinit secundam substantiam dicens. Secunde substantie sunt genera ꝛ species in quibus sūt prime substantie. i. secunde formaliter accepte fundantur in natur| vel obiectis quibus potest attribui intentio generis vel speciei comparatis ad accidentia quibus secundario substare dicūtur. Ideo secunde substantie pro per se significato sunt relationes rationis que habent pro fundamento obiecta ō predicamento substantie quibus potest attribui intentio generis vel speciei ꝛ pro termino habēt accidentia quibus nō primario sed secundario substant sicut homo est secunda substātia ꝛ animal est secunda substātia. ꝛ tales predicationes sunt denominatiue. Consequenter hic autor ponit quandam differentiaz inter ea que sunt in subiecto ꝛ ea q̄ dicuntur ō subiecto dicēs q̄ illa que dicuntur de subiecto predicantur nomine ꝛ ratione. sed illa que sunt in subiecto nūq̄ predicantur ratione licet aliquando nomine predicentur. Unde ea que sunt in subiecto possunt dupliciter capi. Uno modo cōcretiue. Alio modo abstractiue. Si abstractiue teneātur tunc nec nomine nec ratione predicantur de subiecto ꝛ hoc vere ꝛ affirmatiue. Si concretiue bene predicant̄ nomine sed non ratione ꝛ quidditatiue ꝛ essentialiter de subiecto. quia illud quod predicatur ratione explicat naturam eius de quo predicatur.

Consequenter autor comparat secundas substantias inter se ponendo talem conclusionem. Inter secundas substantias species est magis substantia q̄ genus. Et hoc intelligitur de substantijs fundamētaliter acceptis. Probatur sic. illud q̄d est propinquius prime substantie ē magis substantia q̄ illud q̄d est remotius. sed species est propinquior prime substantie q̄ genus. g⁹ species est magis substantia q̄ genus. ꝓña patz quia inter analogata illud participat perfectiō rationem analogi q̄d propinquius est primo. et minor patet quia illud ē propinquius prime substantie per q̄d conuenientius respondetur ad interrogationem factaz p quid de ipsa prima substantia siue quod mag| indicat quidditatē prime

substantie. sed sic est de specie. nam si queratur quid est socrates conuenienti⁹ respondetur q̄ est homo & q̄ est animal. Et si queratur quid est arbor conuenientius respōdetur q̄ est arbor & q̄ plāta. Secundo probatur sic. illud ē magis substātia qđ pluribus substat. sed species plurib⁹ substat & genus. ergo species est magis substantia & genus. minor patet q; quibuscūq; substat genus eisdem substat ꝛ species ꝛ cum hoc ipsi generi. qđ sic intelligitur scđm aliquos. quibuscūq; substat genus ꝛ species. i. quibuscunq; predicatis subicitur genus essentialiter siue etiam denominatiue eisdem subicitur species ꝛ cum hoc ipsi generi duꝫ tamen sit predicatio directa ꝛ tale predicatum non pertineat ad differentiam. et hoc per illam regulam quicquid est prius priore est prius posteriore. et quicquid est superius superiore est superius inferiore.

Sciendum est tercio q̄ hic consequenter autor comparat species adinuicem ponendo tales conclusiones. Omnes species specialissime de genere substantie dicuntur de genere substantie. Probatur quia illa q̄ equaliter sunt propinqua prime substantie equaliter sunt substantie. sed species specialissime equaliter sunt propinque prime substantie nec vna substat per aliam sicut homo non substat accidentibus per asinum aut equum. non enꝫ ponitur ordo inter aliquas substantias respectu huius qđ est substare nisi vna substet per aliam g⁹ conclusio vera. Et propter eandem causaꝫ inter primas substantias vna nō est magis substantia & alia vnde ad hoc q̄ aliquid dicatur magis substantia non sufficit q̄ pluribus substet. quia tunc genus esset magis substantia & species. sed requiritur q̄ immediatius ꝛ pluribus substet. ꝛ ideo & cuius genus pluribus substet & species eo q̄ pluria accidentia insunt generi & speciei. tamen q; species immediatius substat & genus ipsa ē magis substantia & genus. Q; autem species immediatius substet & genus patet. q; accidentia non insunt generi nisi mediante specie et sic genus substat accidentibus sicut ꝛ species eis substat ꝛ cum hoc generi. genus autem non substat sibi ipsi. Unde substantia capitur dupliciter Uno modo vt dicitur a per se essendo et sic non suscipit magis nec minus ꝛ est vnum predicamētum ab alijs distinctum. Alio modo dicitur substantia a substando siue ab actu substandi et sic tantuꝫ suscipit magis ꝛ minus nec est vnuꝫ predicamentum ab alijs distinctum. sed predicatur denominatiue de substantia primo modo capta vt cum dicitur q̄ vna substantia est magis substantia & alia. debꝫ intelligi q̄ plures actus substandi insunt vni substantie & alteri ꝛ manifestū est q̄ talis predicatio est denominatiua.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. genera generalissima dicūtur de subiecto ꝛ tamen non predicantur nomine et ratione cum non habent rationem. ergo differētia quā ponit autor inter ea que sunt in subiecto ꝛ dicuntur de subiecto non est bene posita. Secundo arguitur sic. loco diffiniti licꝫ ponere suā diffinitionem. ergo si nomen de aliquo predicet etiam ratio eius de eodem predicabitur. ꝛ p consequens si illa que sunt in subiecto predicentur nomine de subiecto etiam ratione predicabūtur

Tertio arguitur sic. secunde substantie non sunt substantie. ergo male dicitur q̄ inter secundas substantias vna est magis substātia & alia añs patet quia omnis substantia est ens per se. sed secunde substantie non sunt entia per se. tuꝫ primo quia sunt in alio scꝫ in primis. tum secundo quia secunde substantie sunt genera ꝛ species. sed genera ꝛ species sunt respectus rationis ꝛ sic non sunt substantie. Quarto arguitur sic. genus pluribus substat & species. g⁹ genus est magis substantia & species. Quinto arguitur sic. omnis propria passio conuenit plus vniuersali & particulari. sed substare est passio substantie. ergo prius cōuenit substantie vniuersali & particulari siue prime substantie.

Ad rationes. Ad primaꝫ conceditur maior ꝛ distinguitur minor vel q̄ predicetur ratione. i. diffinitione ꝛ sic conceditur. vel ratione. i. conceptu quidditatiuo et sic negatur. quia ad hoc q̄ aliquid predicetur ratōne sufficit q̄ includatur essentialiter in alio de quo predicatur. Ad secundam conceditur añs ꝛ prima ꝓña. sed negatur vltima. quia non oportet si diffinitio albi predicetur de homine q̄ propter hoc explicet naturam hominis. vnde sicut dictuꝫ est predicari ratōne est predicari essentialiter. modo diffinitio accidentis non predicatur de subiecto essentialiter. quare nec ratione. Ad tertiaꝫ dicitur distinguendo añs vel si capiatur formaliter ꝛ sic conceditur. vel fundamentaliter ꝛ p̄o p se denominatis ꝛ sic negatur. Et ad confirmationem dicitur q̄ non sunt in alio sicut accidens in subiecto sed sicut superius in suo inferiori.

Ad quartam conceditur añs ꝛ negatur consequentia. quia licet pluribus substet non tamē imediatius nec plurib⁹ modis. q̄re nō magis substat. Ad quintaꝫ dicitur q̄ substare aptitudinaliter est passio substantie communis ad primam ꝛ secundaꝫ. substare vero actualiter primo conuenit substantie particulari.

His visis dicendū est de cōmunitatibus ꝛ proprietatibus

substantie. Commune est omni substãtie in subiecto nõ esse. quia esse in subiecto competit solum accidenti. Hoc patet in primis substantijs per diffiniti onem prime substantie. In secundis autem patet inductione ꝛ silogismo. Inductione sic homo non est in subiecto.equꝰ nõ est in subiecto.neq; animal. et sic de singulis.ergo nulla secunda substantia est i subiecto Silogismo sic nihil eorum que sunt in subiecto predicãtur nomine ꝛ ratione de subiecto. sed omnis secunda substantia predicatur nomine ꝛ ratione ō subiecto. ergo nulla secunda substantia est in subiecto. Hoc autem non est proprium substãtie sed etiam differentie competit.ꝛ hoc intelligitur de differẽtijs substantie. Nec est instantia de partibus substantie que sũt in suo toto.ꝛ ideo videntur esse in subiecto. quia alius est modus essendi in vt accidens ẽ in subiecto.et alius sicut pars est in suo toto vt prius patuit.

Item omnibus secũdis substantijs ꝛ differentijs earum cõuenit vniuoce predicari de primis.hec enim omnia predicantur de primis substantijs nomine ꝛ ratione quare vniuoce predicantur Item omnis prima substantia significat hoc aliquid.i. individuum ꝛ vnum numero.sed secunda substantia videtur significare hoc aliquid sub appellationis figura eo q̃ est in prima substantia. vel etiã de essentia eius. non tamen significat hoc aliquid. sed potius quale quid. siue quid cõmune non enim illud quod significatur per secundam substantiam est vnuꝫ numero.sicut illud quod significatur per primam substantiam. Item substantie nihil est contrariuꝫ. sed hoc non est proprium substantie. q̃ non conuenit soli substantie sꝫ etiam quantitati ꝛ quibusdam alijs.

Circa hunc textum notandum est primo q̃ determinato de substantia scdm se et quantum ad eius esse substantiale: consequenter determinat de ipsa scdm esse accidentale. Et ratio ordinis est quia substantia vniuscuiusq; precedit accidens.sed iste proprietates se habent vt accidentia ipsius substantie.quare determinato de ipsa quantum ad esse essentiale conuenienter determinatur de proprietatibus eius que sunt sex.quarum Prima est commune est omni substantie in subiecto non esse. quaꝫ partem probat autor de primis substantijs per diffinitionem earuꝫ.de secundis vero probat inductione et silogistice vt clare patet intuenti. Dec autem proprietas sic ẽ intelligenda. Cõmune est omni substãtie esse per se ꝛ non esse in alio sicut accidens in suo subiecto. Per hoc q̃ dicitur esse excluduntur nõ entia que quãuis non sint in subiecto: tamen eis non conuenit hec proprietas. Per hoc vero q̃ dicit non esse in alio sicut accidens in subiecto excluduntur accidentia. Et quis hec proprietas videatur esse negatiua tamen per ipsaꝫ intelligitur

vna affirmatiua que est. Commune est omni substantie esse per se. nam esse per se est proprius modus ipsius substantie sicut esse in alio est proprius modus accidentis. Ex quo patet q̄ nulla substantia predicatur denominatiue denominatione proprie dicta. Probatur quia quicquid predicatur denominatiue est i subiecto. sed nulla substantia est in subiecto. ergo nulla substantia predicatur denominatiue. Circa tamen hanc proprietatem aduertendum est q̄ substantia accipitur dupliciter. Uno modo generaliter pro omni illo quod est reponibile in predicamento substantie siue directe siue indirecte siue per modum principij et differentie substantialis. et hoc modo materia ꝛ forma sunt substantie. Alio modo capitur specialiter pro omni illo quod est reponibile in recta linea predicamentali solum et tunc differentie substantiales non sunt substantie. Hoc notato dicatur si capiatur primo modo tunc hec proprietas est propria substantie quarto modo. patet quia conuenit omni substantie soli et semper ergo est propria quarto modo consequentia patet per locum a diffinitione. Dicitur secundo q̄ si capiatur substantia specialiter tunc hec proprietas est propria secundo modo eo q̄ conuenit omni substantie et non soli cū etiam conueniat differentijs substantialibus ergo ꝛc. Sed contra hoc instatur quia partes integrales substantie sunt substantia. ꝛ tamē sunt in subiecto ergo male dictum ē. Cōmune est omni substantie in subiecto non esse. Ad hoc dicatur q̄ partes integrales licet sint in alio non tamen scōm illuz modum essendi in quo aliquid est in subiecto sicut accidēs. sed bene sunt in subiecto scōm primum modum essendi in. Quāuis autem hec proprietas sit propria substantie scōz se accepte: tamen non est communis omni substantie. i. substantie multiplicate p̄ sua inferiora.

Sciendū est secundo q̄

consequenter autor ponit secudam proprietatez substantie dicens. Commune est omnibus secundis substantijs et earum differentijs vniuoce p̄dicari de primis. Cuius ratio est quia secunde substantie et differentie earum predicantur vno nomine et vna ratione de primis ergo predicantur vniuoce. tenet consequentia per diffinitionē vniuocorum. antecedens patet quia omnes secunde substantie et differentie earum sunt de ratione essentiali et quidditatiua primarum. sed p̄ dicari ratione est predicari scōm esse essentiale et quidditatiuum. ergo secunde substantie et differentie earum predicantur ratione de primis.

Unde predicari vniuoce accipitur dupliciter Uno modo generaliter vt est predicari vno nomine et vna ratione siue predicatum sit explicatiuum subiecti siue non. et sic accidentia bene p̄dicantur vniuoce de prima substantia. Secundo modo accipitur vt est predicari vno nomine et ratione explicatiua nature eius de quo predicatur. et sic nihil predicatur de primis substantijs vniuoce sine ratione nisi secunde substantie et differentie earum. Est autez hec proprietas substantijs vniuersalibus propria quarto modo et propria primo modo substantie in cōmuni. q̄ conuenit soli ꝛ non omni cum nō conueniat substantijs singularibus. sed est propria secūdo mō secunde substantie vniuersali accepte specialiter p̄ substantia vniuersali reponibili in recta linea predicamentali. Consequenter autor ponit tertiam proprietatem dicens omnis prima substātia significat hoc aliquid. i. omnis prima substantia est vna numero siue individuum de genere substantie. Et ibi accipitur actus signat⁹ pro actu exercito q̄ nulla prima substātia significat hoc aliquid cuz nullus sit signuz ad placitum institutuz sed significatur p̄ signa ad placitum instituta. Consequenter addit autor q̄ secunda substantia videt hoc aliquid significare sub appellatōis figura. tñ nō significāt hoc aliquid sed quale quid. i. nō ē individuū ꝛ singulare sz ē q̄le quid. i. p̄dicatū quidditatiuū ꝛ essētiale dicibile de primis. Et rō q̄re videt hoc aliquid significare ē ista. q̄ appellam⁹ noīe substātie pticulare sicut appellam⁹ socratē hoīez ꝛ ideo videt secunda subā hoc aliquid significare. nō tñ videt significare illā rē qua appellam⁹ eā. Et rō ē q̄ significare hoc aliquid ē significare subāz incōicabilē. significare vo quale quid ē significare subāz cōicabilē q̄re sequit q̄ secūda subā significat q̄le quid et non hoc aliquid. Et semp in predictis debet capi actus signatus pro actu exercito.

Sciendum est tercio q̄

consequenter in hac parte autor ponit quartam proprietatem substantie dicens q̄ substantie nihil est contrarium. id est vna substantia non est alteri contraria. Probatur quia contraria possunt verificari de eodem successiue. sed non sunt alique substantie que successiue possint verificari de eodem ita q̄ modo verificentur et postmodum non verificentur. ergo vna substantia non est alteri contraria. Pro declaratione hui⁹ est aduertendum q̄ substantia accipitur tripliciter. vno modo prout se extendit ad omne illud quod per se vel reductiue reponitur in predicamento substantie. Alio modo put se extendit ad omne illud qđ per se reponitur in predicamento substantie siue sit directe siue indirecte. Tertio accipitur magis proprie pro illo quod reponitur per se in recta linea predicamentali. Secundo est aduertendum q̄ contrarietas rerū de qua est hic ad propositum accipitur tripliciter. Uno modo generaliter prout se extendit ad repugnantiam habitus et priuationis. et isto modo accipitur contrarietas cum dicitur q̄ princi-

pia rerum naturalium sunt contraria. Secundo modo vt se extendit ad repugnantiam duarum differentiarum ex opposito diuidentium idez genus et sic accipitur contrarietas cum dicitur q in vno quoqz genere est vna prima contrarietas id est est vna repugnantia duarum differentiarum ex opposito diuidentium idem genus. Tertio modo capitur contrarietas pro repugnantia duarum formarum oppositaruz mutuo se expellentium ab eodem subiecto. et hoc modo capitur hic. Dis notatis dicitur primo q si substantia et contrarietas accipiantur primo modo substantia bene habet contrarium. Probatur q forma substantialis et priuatio illo modo contrariantur. Secundo dicitur q si substantia et contrarietas accipiantur secundo modo substãtia bene habet contrarium. patet quia due differentie diuidentes idem genus isto modo sunt contrarie. Tertio dicitur q si substantia et contrarietas accipiantur tertio modo tunc in substantia non est contrarietas. patet quia in substantia non sunt forme actiue et passiue mutuo se expellentes ab eodem subiecto. igitur.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. proprium est substantie in subiecto non esse. ergo male dicitur q est cõmune.

Secundo arguitur sic differentie substantiales non habent rationem cum earum non sit differentia. ergo male dicitur q predicantur nomine et ratione. Tertio arguitur sic. secunda substantia significat quicquid significat prima sed prima significat hoc aliquid. ergo secunda significat hoc aliquid. Quarto arguitur sic. ignis et aqua sunt substantie. z tamen ignis contrariatur aque. ergo substantie est aliquid contrarium.

Ad rationes. Ad primã

distinguitur antecedens vel substantie scõm se et scõm suam suppositionem simplicem. z sic cõceditur. vel scõm suppositionem personalem et sic negatur. Ad secundam dicitur q ad hoc q aliquid predicetur vniuoce sine ratione nõ requiritur q habeat rationem siue diffinitionem. sed sufficit q sit essentiale illi de quo predicatur.

Ad tertiam dicitur distinguendo maiorem. vel de primario eius significato et sic negatur imo significat naturam cõmunicabilem multis vel de secundario significato et ex consequenti. et sic conceditur. Ad quartam conceditur maior et distinguitur minor. vel scõm suas formas essentiales z sic negatur. vel scõm suas formas accidentales z sic conceditur. et ideo nihil est contrarium substantie per se proprie capiendo contrarietatem.

Item substantia non suscipit magis et minus. non enim dico q vna substantia non magis substat q alia. sed dico q vnaquaeq substantia vm esse suum non intenditur neq remittitur. vt album quandoq est magis album quandoq minus album. sortes vero non est magis homo vno tempore q alio tempore. nec magis homo q plato

Item proprie proprium est substantie cum sit vna z eadem numero vm sui mutationez esse susceptibilem contrariorum. vt idem homo aliquando est albꝰ aliquando niger. aliquando calidus. aliquando frigidus. aliquando prauus. aliquãdo studiosus. Neq ẽ instantia de oratione quando licet hec eadem oratio sortes sedet: aliquando est vera aliquando falsa. tamẽ hoc non est vm sui mutationez vm mutationem rei vt quia sortes sedet vel currit. Et ideo nota q verum z falsum sunt in rebus vt in subiecto z sunt in oratione vt in signo. Unde equiuocatur modus essendi in cum dicitur verum et falsum esse in rebus et in oratione. Similiter equiuocatur susceptibile cũ dicitur res est susceptibilis veri z

falsi. et oratio est susceptibilis veri et falsi. sicut equiuocatur susceptibile cum dicitur vrina est susceptibilis sanitatis. ⁊ animal est susceptibile sanitatis. Hec enim suscipit sanitatem quia significat eam. Illud vero quia est subiectum eius. Et ita hoc proprium non conuenit orationi sed soli substantie.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ determinato de quatuor primis proprietatibus cōsequēter in hac parte autor determinat de quinta dicens q̄ substantia non suscipit magis nec minus. que sic exponitur de rebus. proprium est substantie. i. rei de predicamento substantie non suscipere magis ⁊ minus. i. non intendi ⁊ remitti seu in proprio suo esse perfici vel imperfici. Quicquid enim suscipit magis et minus oportet q̄ sit diuisibile et q̄ possit successiue acquiri. cuius ergo omnis substantia scōm essentiam sit indiuisibilis ⁊ acquiratur in instanti sequitur q̄ nulla substantia suscipit magis neq; minus. Et si arguatur aliqua substantia est essentialiter perfectior alia et habet aliquos gradus perfectionales quos non habet alia. ergo suscipit magis et minus. Ad hoc respondetur concedendo q̄ aliqua substantia est essentialiter perfectior alia. et negatur consequentia quia nulla talis substantia in suo proprio esse est intensa aut remissa. sed illam perfectionem quaz habet habuit dum primo incepit esse. ideo post suum esse non aduenerunt illius gradus perfectionales et sic non suscipit magis neq; minus. Unde suscipere magis ē aliquid in suo proprio esse perfici. Sed suscipere minus est aliquid in suo proprio esse imperfici. Et causa suscipiendi magis et minus est latitudo graduum in forma. qui quidem gradꝰ distinguitur ex natura rei ab ipsa forma. nec sūt de essentia forme scōm se sed componunt ipsam formam. Potest autem hec proprietas logicaliter exponi sic. Proprium est substantie id est dicibilibus de predicamento substantie non suscipere magis neq; minus. Et debz hic accipi substantia vt dicitur a per se essendo. quia vt dicitur a per se substando bene suscipit magis ⁊ minus vt prius visum est.

Sciendum est secundo q̄ consequenter Petrus hispanus ponit sextam proprietatem substantie dicens. maxime proprium est substantie cum sit vna et eadem numero scōm sui mutationem esse susceptibilez contrariorum. In hac autem proprietate quatuor tanguntur. Primum est q̄ substantia est susceptibilis contrariorum. Et debet sic intelligi. Substantia est apta nata esse subiectum contrariorum et hoc successiue. sicut homo ē aptus natus esse subiectum albedinis et nigredinis virtutis et vicij que sunt forme contrarie. Secundum quod tangitur in hac proprietate est q̄ substantia suscipiendo contraria manet vna et eadem numero. sicut idem homo successiue potest esse bonus et malus albus et niger. Et ratio huius est quia omnia contraria sunt accidentia. ergo possunt adesse et abesse subiecto preter subiecti corruptionem. et per consequens idem subiectus numero est aptum natum suscipere contraria.

Tertium quod tangitur in illa proprietate ē q̄ substantia suscipiendo contraria mutatur. Et probatur sic. illud mutatur quod se habet aliter nunc q̄ prius. sed quando substātia suscipit aliquod accidens contrarium illi qđ prius habuit aliter se habz q̄ prius. sicut socrates aliter se habet quando est albus et quando est niger. ergo substantia suscipit contraria scōm sui mutationem. Quartum quod tangitur in illa proprietate est q̄ esse susceptibile contrariorum est maxime proprium substantie. quod potest exponi dupliciter. Uno modo scōm q̄ illa dictio maxime potest teneri aduerbialiter. ⁊ tūc est sensus maxime proprium est substantie id est proprie proprium. Alio modo potest exponi scōm q̄ illa dictio maxime potest teneri nominaliter. et tunc est sensus proprium est maxime substantiē id est prime substantie. Unde hec proprietas conuenit tam primis substantijs q̄ secundis. sed differenter eo q̄ suscipere contraria primo ⁊ per se cōuenit substantijs primis saltem actualiter. et ex consequenti secundis sicut homo non est albus nisi quia socrates vel plato est albus.

Sciendum est tercio q̄ circa predicta incidunt alique difficultates.

Prima est vtrum orationi conueniat suscipere contraria. Et videtur q̄ sic. quia verum ⁊ falsum sunt contraria. sed eadem oratio successiue dicitur vera et falsa. ergo oratio suscipit contraria. Pro solutione huius est notandum q̄ non est intentio autoris negare mutationem ab oratione que nunc est vera et postea falsa. quia impossibile est q̄ sit transitus a cōtradictorio in contradictorium sine mutatione. nec etiam a

contrario in contrarium. si ergo oratio sit nunc vera et postea falsa oportet eā mutari. Sed vult q̄ ista mutatio non est primo in ipa oratione sed in re. ita q̄ mutatio orationis presupponit mutationem rei. Et per hoc distinguitur a substantia. quia scōm sui mutationem ꝛ nulla alia mutatione presuppositā ipsa substantia est susceptibilis contrariorum. Secundo aduertendum est q̄ verum et falsum sunt in oratione vt in signo. ꝛ dicunt formaliter relationem conformitatis et difformitatis ad rem. ita q̄ si oratio sit cōformis rei tunc est vera. si vero difformis tunc est falsa. ideo non est intentio autoris q̄ oratio non suscipiat contraria quia verum et falsum sunt cōtraria. et sunt in oratione sicut respectus contrarij in subiecto. sed vult vt prius dictum est q̄ oratō non suscipiat illa nisi aliquod aliud prius mutetur. His notatis dicitur ad dubium q̄ oratio suscipit contraria sed non primo sed ad mutationem rei. cuius ipsa res primo suscipiat contraria Et per hoc patet solutio ad obiectionem. Secunda difficultas est vtrum eadem oratio possit sine sui mutatione esse quandoq; vera et quandoq; falsa. Et videtur q̄ non. quia transitus de contrario in contrarium non potest intelligi sine mutatione. ꝛ autor noster videtur hic negare orationem esse mutabilem sed dicit solam rē mutari quando fit transitus de veritate in falsitatem. sed transitus de veritate ad falsitatem est transitus de contrario in contrarium. ergo videtur q̄ oratio non suscipiat contraria sine sui mutatione. Secundo sic veritas et falsitas scōm se videntur esse contraria. ideo non videtur possibile q̄ eadem oratio transeat de veritate ad falsitatem sine sui mutatione. Ad ista simul dicitur q̄ non est possibile orationem transire ō veritate in falsitatez vel econuerso nisi fiat in ea mutatio respectiua scilicet conformitatis et difformitatis et per consequens veritatis et falsitatis que consistunt in hac conformitate et difformitate. tamen nō est ibi aliqua contrarietas absoluta propue. et istam solam intendit hic autor vitare.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. animal est animancius planta scōm Boecium. ergo quedaz substantia suscipit magis ꝛ minus ergo contra istam proprietatem

Secundo arguitur sic. angeli sunt substantie et tamen non suscipiunt contraria. ergo hec proprietas non conuenit omni substantie. Tertio arguitur sic. eadem superficies numero aliquando est nigra aliquando alba et tamen superficies nō est substantia. ergo hec proprietas non conuenit soli substantie. Quarto arguitur sic. corpus celeste non est susceptibile contrariorum et tamen est vera substantia. ergo nō conuenit omni substantie suscipere contrarium.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ aliquid dicitur dupliciter animancius altero. vno modo quia dupliciter intensius est animatum et tunc animal non est animantius planta. Alio modo quia in suis operationibus vtitur pluribus potentijs anime ꝛ sic animal bene est animantius planta. non tamen propterea sequitur q̄ suscipiat magis et minus quia non intenditur neq; remittitur. Ad secundam dicitur q̄ quāuis angeli non suscipiant contraria tamen susceptibiles sunt contrariorum quia sunt mutabiles de bono in malum. Ad tertiam dicitur q̄ superficies non suscipit albedinē tanq̄ subiectum quod sed tanq̄ subiectum quo. debet enim intelligi q̄ esse susceptibile contrariorum tanq̄ subiectum qō sit proprium substantie

Ad quartam dicitur q̄ corpora celestia sunt susceptiua differentiarum contrariarum vbiq; sunt scōm diuersas differentias situs. et etiam susceptibilia sunt densitatis ꝛ raritatis.

Quantitatis aliud cōtinuum aliud discretum. Quantitas continua est cuius partes copulantur ad eundem terminum communem vt partes linee copulātur ad punctum. Est autem discreta quantitas vt numerus et oratio. vnde due sunt species eius. non enim est in numero aliquis terminus communis ad quem partes eius copulantur. vt in decem quinq; et quinq;: aut tria et septem ad nullum terminum copulantur sed semper discreta sunt. Est autem numerus multitudo ex vnitatib9 aggregata. similiter in oratione sillabe non copulantur ad aliquem terminum cōmunem sed

vnaquęq; ſeparata eſt ab alia.

Circa hunc textum notãdũ eſt primo q̃ determinato de ſubſtantia conſequenter autor determinat de quantitate. Cuius ratõ eſt quia quantitas immediacius ineſt ſubſtantie q̃ alia accidentia. quia alia accidentia mediante quantitate inherent ſubſtantie, ideo immediate poſt determinationem ſubſtantie autor determinat de quantitate ponendo talem diuiſionem. Quantitatis aliud cõtinuũ aliud diſcretum. Et debet hec diuiſio intelligi ſic. Generis quantitatis aliud ẽ genus continuum aliud diſcretum. Et ponitur aliud in neutro genere propter duas cauſas Prima eſt ad oſtendendum q̃ hec diuiſio non ẽ in ſpecies ſpecialiſſimas. Secunda eſt ad oſtendendum q̃ membra huius diuiſionis differunt eſſentialiter. aliud enim quod eſt neutri generis dicit diuerſitatem eſſentialem. Et huius diuiſionis ſic habetur ſufficiẽtia. quia omnis quãtitas denominat ſubſtantiam et eſt menſura ei⁹. vel ergo denominat eam quantam et ſic ẽ quantitas continua. vel quotam et ſic eſt quantitas diſcreta. Unde quantitas in generali nõ diffinitur in textu eo q̃ non habet vnum denominatiuum ſed duo ſcilicet quantum et quotum. Accidentia autem non diffiniuntur niſi ſcõm q̃ denominant ſubſtantiam. Poſſet tamen ſic diffiniri quantitas eſt ſcõm quaꝫ quanti vel quoti dicuntur. Uel ſic quantitas eſt ens menſuratiuuꝫ ſubſtantie. Et quantum diffinitur quinto methaphiſice ſic. Quantuꝫ eſt quod eſt diuiſibile in ea que ſibi inſunt quorumꝫ quodlibet natum eſt eſſe hoc aliquid. Conſequenter autor noſter diffinit quantitatem diſcretam dicens quantitas diſcreta eſt cuius partes nõ copulantur ad aliquẽs terminum cõmunem ſed partes eius ſemper manent diſcrete et ſeparate abinuicem. ſicut quantitas binarij que ſunt due vnitates non coniunguntur adinuicem per aliquem terminum communem qui dicitur eſſe principium vnius et finis alterius. Deinde autor ponit diuiſionem quantitatis diſcrete et diuidit eam in numerum et orationẽ. Cuius diuiſionis ratio eſt. quia omnis quantitas diſcreta eſt menſura alicuius rei. aut ergo illa res eſt permanens et ſic eſt numerus. aut ſucceſſiua et ſic eſt oratio. Unde numerus accipit vnitatem et ſpeciem ab vltima vnitate non tamen ſcõm ſe conſiderate ſed in ordine ad alias vnitates. Q̃ autem numerus ſit quantitas patet quia ſcõm eum dicũtur quoti et etiã conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quotum. nam ſi queratur quoti ſunt homines intus conuenienter reſpondetur decẽ vel viginti. numerus enim denarius menſuratur decem homines et decem lapides et ſic de alijs.

Sciendum eſt ſecundo q̃ numerus poteſt capi tripliciter. Uno modo pro numero numerato. Allio modo pro numero numerante. Tertio modo pro numero formali. Unde numerus numeratus ſunt ipſe res que numerantur. et talis numerus non eſt in predicamẽto quantitatis nec forte in alio predicamento q̃ poteſt dici ꝺ oĩb⁹ ꝑdicamẽt⁹. et ille numer⁹ vocat⁹ tranſcendens. Sed numerus numerans eſt ipſa anima que numerat effectiue ipſas res. Sed numerus formaliter ſumptus eſt id quo formaliter nnmeramus aliquas res ſicut vnus duo tres.

Ex hiſ inferuntur duo correlaria. Primuꝫ eſt numerus numeratus non eſt quantitas. probatur quia nullum tranſcendens eſt ſpecies quantitatis. ſed numerus numeratus eſt tranſcẽdẽs igitur ꝛc. minor patet quia illud eſt tranſcẽdens quod conuenit enti anteq̃ deſcendat in decẽ predicamenta. ſed numerus numeratus eſt huiuſmodi ergo eſt tranſcendens. minor patet q̃ ipſi enti conueniunt ſex paſſiones anteq̃ deſcendat in decem predicamenta. et ille ſunt numerus numeratus igitur correlarium verum. Secundo infertur q̃ numerus numerans non eſt in predicamento quantitatis. probatur quia anima eſt numerus numerans ſed anima non eſt quantitas. ergo numer⁹ numerans nõ eſt in predicamẽto quantitatis. Tertio infertur q̃ numerus formaliter acceptus ſcilicet pro illo quo formaliter numeramus ſubſtantiam materialem eſt in predicamento quantitatis. probatur quia omne illud eſt in predicamento quantitatis quod denominat ſubſtantiam quotam. et per qõ conuenienter reſpondetur ad interrogationem factaꝫ per quotuꝫ. ſed numerus formalis eſt huiuſmodi. ergo numerus formaliter acceptus eſt ſpecies quantitatis. minor patet quia per numerum formaliter acceptum nos dicimur quoti. et ſimiliter cum queritur quoti ſunt homines intus reſpondetur decem.

Sciendum eſt tercio q̃ oratio capitur multipliciter. Uno modo pro ſecunda intentione fundata ſuper aliquo ſigno complexo et ſic oratio non eſt in predicamento quia non eſt ens reale. Allio modo pro oratione que eſt ſignum mentale vel ſcriptum et ſic eſt in predicamento qualitatis. nam ſi ſit conceptus ẽ in prima ſpecie. ſi ſit vox eſt in ſecunda et hoc ſi accipiatur pro voce ſolum vel ſcriptura ſolum. quia ſi acciperetur pro aggregato ex voce et ſignificatione ſimul ſic eſſet ens per accidens et nõ haberet reponi in aliquo predicamento. Ex hoc infertur q̃ termini non ſunt in aliquo predicamẽto vt ſunt ſigna. probatur quia termini vt accipiuntur pro vocibus vel conceptibus vel q̃

scripturis diuisim et sic omnes termini mundi erunt in predicamento qualitatis. vel capitur p voce et conceptu seu ratione significandi et sic sunt entia per accidens quia illo modo est quid aggregatum ex voce que est ens reale et ratione significandi que data est ab intellectu. sed ens p accidens non habet reponi in aliquo predicamēto. ergo sequitur q̄ termini non habent reponi in predicamento. sed solum ipse res sunt in predicamento et non termini. Secundo accipitur oratio pro mensura sillabarum vocis. et illo modo oratio ē species qualitatis. patet q̄ ē mēsura sillabe longe vl̄ breuis g̃ est quātitas. Nā si q̄ratur quāta ē hec sillaba ꝓueniēter rn̄detur breuis vel longa. Q̄ sit discreta patet q̄ partes eius ad nullum terminum cōmunem copulātur sed manent separate et distincte abinuicem. capiunt tamen vnitatem et formam per aggregationem ipsaruꝫ inter se. conueniunt enim numerus et oratio in hoc q̄ vtrūqꝫ incipit ab indiuisibili. scilicet numerus ab vnitate. et oratio a littera. Unde oratio non est ipse littere sed est mensura intrinseca ipsarum litterarum. Unde non intendit autor noster dicere q̄ lre sillabe sint partes orationis que est quantitas. sed ex hoc q̄ sillabe non copulantur ad aliquem terminum cōmunez quia partes orationis que est quantitas habent esse subiectiue in substantijs. ꝛ ideo si sillabe nō copulantur ad terminum partes orationis que est quantitas non copulantur ad terminum cōmunem. Sed circa predicta mouentur aliqua dubia. Primum est que est ratio scōm quaꝫ quantitas dicitur de omnibus speciebus. ꝛ vtr̄ vniuoce dicatur de continua et discreta. Et videtur q̄ non quia per prius dicitur de vno mēbro q̄ de alio. ergo sequitur q̄ non vniuoce. Et hoc confirmatur. quia omne vniuocum est prius diffiniendum q̄ diuidendum. et per oppositum equiuocum est prius diuidendum q̄ diffiniendum. Sz prius autor noster notificat quantitatem per diuisionem q̄ per diffinitionem. ergo videtur q̄ nō sit vniuocum nec per consequens genus.

Pro solutione huius notandum est q̄ quantitas continua et discreta possunt comparari ad suum genus cōmune qō est quantitas. ꝛ sic neutra earum est prior quantitate continua. nam ratio mensurandi non attribuitur quantitati continue nisi ratione quantitatis discrete. sicut vlna non mensurat pannum nisi ex hoc q̄ tociens replicatur supra pannum ideo vlne non competit ratio mensure nisi ratione quantitatis discrete.

Dis dictis inferuntur duo correlaria. Primum est q̄ quantitas vniuoce dicitur de quantitate continua ꝛ discreta. patet quia est genus respectu ipsaruꝫ ergo vniuoce predicatur de ipsis Secundum correlarium est q̄ ratio mensure nō est ratio quantitatis vt est genus. patet quia illa ratio per prius conuenit quātitati discrete q̄ cōtinue et per discretam continue. sed ratio generis non conuenit per prius vni suarum specieruꝫ q̄ alteri. nec vni per alteram. ergo sequitur q̄ ratio mensure non est ratio quantitatis scōm quaꝫ attribuitur ratio generis. Ad primam partē ergo dubij dicitur q̄ ratio diuisibilitatis que est rationis eiusdem in partes est propria ratio quātitatis sibi conuenies inquantuꝫ et attribuitur ratio generis. et vniuoce conuenientes omnibus suis speciebus. qō patet ex quinto methaphisice vbi diffinitur eo modo quo genera diffiniuntur et hoc quantum est qō est diffinibile in ea que insunt quorum singulum natū est esse hoc aliquid id est potest diuidi in partes eiusdem rationis.

Ex quibus dictis potest haberi q̄ prima ratio quantitatis est de se habere partes integrales.

Alio modo patet quia quantitas continua et discreta non diffiniuntur per mensuram sed partes scōm q̄ copulantur ad inuicem et non copulantur ergo per se conuenit eis esse partibile seu diuisibile. Item quinto methaphisice penes rationes diuisibilitatis sumuntur species quantitatis quia diuisibile in non continua est oratio. et in continua sunt alie species quantitatis. ergo ratio diuisibilitatis est propria ratio quantitat[is]

Secunda difficultas est vtrum oratio sit species quantitatis discrete. Ad istaꝫ difficultatem respondetur diuersimode. Quidam enim dicunt q̄ oratio non est species quantitatis distincta distinctione formali a numero. sicut similitas a curuitate. ita q̄ numerus dicit multitudinem discretorum. et oratio dicit talem multitudinem in determinata materia scilicet in voce prolata. sicut similitas dicit curuitatez in determinata materia scilicet in naso. Et ad Aristotelem dicunt q̄ ipse loquebatur scōm opinionem tunc famosam et non scōm suam propriam opinionem quia vt dicit cōmentator Aristoteles in logicalibus non reprehendit opinionez falsam antiquorum propter eius iuuentutez. sed in philosophia et methaphisica dum deuentus est in experientiam reprehendit falsas opiniones. Et hoc confirmant per Aristotelem quinto methaphisice diuidentem quantitatem in multitudinem et magnitudinem. et subdiuidit magnitudinem et non multitudinem. quare ibi videtur q̄ multitudinis non sit nisi vna species. Aliquibus etiā rationibus probant. quia omnis quantitas discreta denominat substantiam quotam. sed oratio non denominat orationem quotam. ergo oratio non est quantitas discreta distincta a numero. et probatur minor quia oratio est mensura sillabe breuis vel longe. sed sillaba non est substantia. ergo sequitur q̄ oratio nō est mēsura substantie Preterea omne accidens predicatur denominatiue de prima substantia dum tamen in concreto

significetur.sed hoc modo non potest predicari de prima substantia ergo oratio non est quantitas discreta. Et iste modus dicendi est valde probalis. Alius modus dicendi ē q̄ oratio ē species quantitatis distincta a numero z tempore vt dicit autor z etiā Aristoteles.Et q̄ distigua tur a tempore patet quia tempus est mensura cōtinua oratio vero discreta.Item tempus mensurat motum.oratio vero non sed mensurat vocez proferētis. Sed q̄ distinguatur a numero patet distinguendo quia duplex est multitudo sonorū distinctorum in oratione prolata.nam quoddaz est quorundam distinctorum acceptorum in se et per modum permanentium.alia est distinctorū sonorum cum successione vnius ad alterum et talis vocatur oratio.Et licet successio sit differētia materialis circumloquitur tamen differentiam formalez. Et ad argumenta alterius opinionis respondetur negando minorem quia licz oratio que est quantitas non habeat concretum vsitatum propter penuriam terminorum. tamen non prohibz quin posset predicari si haberet cōcretum vsitatum. Immo argumenta eorum deducunt ad oppositum. et hoc sic omnis quantitas discreta denominat substantiam quotaz vel predicatur denominatiue de prima substantia. sed oratio est quantitas discreta quia scōm eos non distinguitur a numero.ergo oratio denoiat substantiam quotam vel predicatur denominatiue de prima substantia qō ipsi negant. z sic argumenta ipsorum concludunt contra ipsos. Et ad Aristotelem dicitur q̄ verum est q̄ non subdiuidit multitudinez.sed locus ab autoritate nō tenet negatiue. et ibi expresse probat orationem esse speciem quantitatis distinctam a numero et sic patent rationes ab vtraq; parte.

Sed contra predicta arguitur Primo sic.omne predicamentum habet vnum modum predicandi de prima substantia. sed quantitas non habet vnum moduz predicādi de ipsa.ergo non est vnum predicamentum.

Secundo arguitur sic. numerus non est ens absolutum ergo non est species quantitatis. antecedens probatur quia numerus est multitudo sed multitudo est relatio cum multum sit respectiuum.ergo numerus non est ens absolutum.

Tertio arguitur sic. omne accidens habet vnum subiectum.sed numerus non habet vnuz subiectum.ergo numerus non est accidens.

Quarto arguitur sic.oratio vt hic accipitur ē solum mensura vocis prolate.sed vox prolata non est substantia.ergo oratio vt hic sumitur nō est mensura substantie z per consequens est quātas.

Ad rationes.Ad primaz dicitur concedendo maiorem et negando minorem quia habet vnum modum predicandi scōm rem scilicet predicari in quantum. et ille modus diuiditur in duos modos predicandi speciales scilicet in quotum et in alium modum predicandi cui non est nomen impositum ideo loco illius accipimus modum predicandi generalem scilicz modum predicandi in quantum. Ad secundam dicitur negando antecedens. et ad probationem dicitur q̄ multum accipitur dupliciter. Uno modo fundamentaliter scilicet pro illo qō est multum et sic multum non est relatiuuz. alio modo accipitur pro respectu ad aliud z formaliter et sic multum est relatiuum et multitudo est relatio. Ad tertiam dicitur q̄ non oportet omne accidens habere vnum subiectuz numero sed sufficit q̄ habeat vnum subiectum aggregatione ideo non est inconueniens q̄ maior sit vnitas in accidente q̄ in subiecto. Ad quartaz dicitur concedendo maiorem et minorem sed distinguitur.vel primo et per se et sic conceditur. vel ex consequenti et sic negatur. et etiam quia illud quod est mensura accidentis est mensura illius in quo est tale accidens.et etiaz non est de ratione quātitatis q̄ sit mensura substantie sed q̄ sit diuisibilis in partes quaruz quelibet apta nata est esse hoc aliquid.

Quantitatis continue. alia linea.alia superficies. alia corpus.alia tempus.alia locus. vnde quinq; sunt species eius. q̄ autem linea sit quantitas cōtinua patet. quia partes eius copulantur ad aliquem terminum cōmunem puta ad punctum.et partes superficiei ad lineaz.partes corporis ad superficiem.partes autem temporis ad nunc vt preteritum z futurū ad presens. partes autem loci ad eundem terminum copulantur ad quem corporis particule.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ determinato de quantitate discreta: consequenter autor determinat de quantitate continua ipsam

sic diffiniens. Quantitas continua est illa cuius partes copulantur ad aliquem terminum communem qui est principium vnius ⁊ finis alteri⁹. Et diuiditur in has species scz in lineam superficiem corpus tempus et locum. Cuius diuisionis sic habetur sufficientia. quia omnis quantitas est mensura substantie. vel ergo est mensura intrinseca vel extrinseca. si intrinseca hoc est dupliciter. quia vel mensurat scōm vnam dimensionem vel scōm plures. Si primum sic est linea. Si secundum hoc est dupliciter. quia vel mensurat scōm duas dimensiones et sic est superficies. vl scōm tres et sic est corpus. Si sit mensura extrinseca hoc est dupliciter. quia vel est mensura durationis et sic est tempus. vel magnitudinis et sic est locus. Unde linea diffinitur sic. est longitudo sine latitudine et profunditate cuius extremitates sunt duo puncta. linea enim ymaginarie causatur ex fluxu puncti in longum ideo linea a fluxu puncti habet lōgitudinem. Et quia fluxus puncti a puncto incipit ⁊ in punctum terminatur ideo extremitates linee sunt duo puncta. Quāuis autem linea non sit sine latitudine et profunditate tamen non includit latitudinem et profunditatem in sua diffinitione ideo bene dictum est sine latitudine et profunditate. Quod autem linea sit quantitas patet quia mensurat substantiaz. Et q̄ sit continua patet quia partes ei⁹ terminantur ad aliquem terminum communem scilicet ad punctum. in linea enim sunt duplicia puncta. quedam sunt in actu et sunt illa que terminant lineam. alia sunt in potentia et sunt illa que continuant eam. Unde linea potest capi dupliciter. Uno modo pro illa re que vna dimensione mensuratur. et sic linea, non est quantitas quia de ipsa predicatur denominatiue vt dicendo linea est quanta. Alio modo capitur p illa dimensione vnica que mensurat illam rem ⁊ sic linea est quantitas. Et si queratur quare ponuntur puncta in linea cum extremis non componatur. Respondetur q̄ necessario ponuntur ad continuandam vel terminandam ipsaz lineam. quia illa puncta non sunt linea sed solum se habent per modum principij continuant[pa]rtes linee vel terminantis ipsam lineam.

Sciendum est secundo q̄

superficies est longitudo cum latitudine et sine profunditate cuius extremitates sunt due linee. Ratio hui⁹ ē quia superficies causatur ex fluxu ymaginario linee in latum ergo superficies est longitudo cum latitudine. et quia ille fluxus incipit a linea et finitur in linea ideo extremitates eius sunt due linee. Copulantur autem partes superficiei ad lineaz in potentia. Et sicut in linea sunt duplicia puncta scilz in actu et in potentia sic etiam in superficie sunt duplices linee scilicz in actu et in potentia. Consequenter autor ponit diffinitionem corporis que est. Corpus est longitudo cum latitudine et profunditate cuius extrema sunt due superfices. Corpus enim ymaginarie causatur ex fluxu superficiei in profundum. ideo a superficie habet latitudinem et longitudinem. et a fluxu superficiei in profundum habet profunditatem. Et quia ille fluxus incipit a superficie ⁊ terminatur in superficiem ideo extremitates sunt due superficies in actu. Copulantur autem partes eius ad superficiem in potentia. Et q̄ superficies et corpus sint quantitates patet quia sunt mensure substantie. Quod autē sint continue patet quia partes eius copulātur ad aliquem terminum communem. Unde corpus capitur dupliciter. Uno modo pro substantia que apta nata est pluribus dimensionibus mensurari et sic corpus est de genere substātie et non est quantitas. Alio modo capitur pro illa trina dimensione qua mensuratur ipsa substantia et sic est quantitas. Unde eo modo quo hec species diffinite sunt nō sunt proprie notificate per tales diffinitiones cum ipse sint negatiue. tamen potest dici q̄ tales negationes fundātur in affirmatione et etiam hoc modo habent diffiniri a methaphisico cum proprie debent diffiniri sicut diffinit philosophus ipsas in quinto methaphisice. linea est quātitas diuisibilis scōz vnuz. superficies est quantitas diuisibilis scōm duo. et corpus scōm tria. Vel sic linea est quantitas mensurans scōm longum tantum. superficies scōm longitudinem et latitudinez. ⁊ corpus scōm longitudinem latitudinem et profunditatem.

Sciendum est tercio q̄

cōsequēter autor determinat de quantitate que dicitur mensura extrinseca eo q̄ talis mensura non erit subiectiue in suis mensuratis. Et sunt due species scilicet tempus et locus. tempus enī non est in rebus temporalibus quas mensurat sed est in primo mobili. et locus est in locante et non locato quod mensurat. Et diffinitur sic tempus est mensura motus scōm prius ⁊ posterius. i. tempus est mensura prioris ⁊ posterioris in motu. Quod autem tempus sit quantitas patet. quia est mensuratiuum substantie. durationes enim substantiarum mensurantur tempore. Et q̄ sit continua probatur quia partes eius copulantur ad aliquem terminum cōmunem scilicet nunc indiuisibile. preteritum enim ⁊ futurum copulantur ad ipsum indiuisibile siue ad nunc quod est finis preteriti et presens futuri. Unde tempus non habet esse nisi in successione et est de genere successiuo quorum partes non possunt remanere simul in esse. ergo esse vnius repugnat esse alteri⁹. Consequēter autor deter

minat de loco ponendo q̄ sit quantitas quia est mensura locati. Et q̄ sit quantitas continua patet quia partes eius copulantur ad aliquem terminum cōmunem scilicet ad eundem terminum ad quem particule corporis copulātur. Sed contra hoc instatur locus dicitur relatiue ad locatum. ergo locus non est quantitas. Secundo particule corporis ꝛ loci non terminantur ad aliquem terminum communem ergo textus est falsus. antecedens probatur quia particule corporis terminantur ad superficiem et particule loci non quia locus est superficies ꝛ partes superficiei non terminantur ad superficiem. Pro solutione est aduertendum q̄ locus habet aliqd̄ materiale et illud est vltima superficies corporis continentis. habet etiam aliquod formale et illud est immobilitas vt dicitur quarto phisicorum

His dictis ponuntur aliqua dicta. Primum est q̄ locus formaliter capt⁹ non est species quātitatis continue. Probatur per Aristotelez quinto methaphisice qui non enumerat locum inter species quantitatis. vbi cōmentator ponit rationem quare Aristoteles obmisit locum dicens q̄ locus non est quantitas scōm opinionez Aristotelis sed tantum scōm opinionem famosam quaz insequitur in predicamentis. Secundum dictum est q̄ partes loci non possunt copulari ad eundem terminum cōmunem ad quem partes corporis terminantur. ꝛ hoc probat secunda ratio imperfecta. Tertium dictum est q̄ locus materialiter acceptus non est species quantitatis continue distincta a superficie. probatur quia locus est superficies vltima corporis continentis vt dicitur quarto phisicorum. Sed quid dicendum est ad autorem ꝛ Aristotelez qui probant locum esse speciem quantitatis cōtinue Ad hoc respondetur q̄ non loquuntur scōz opinionem propriam sed scōm opinionem ponentium locum esse spacium equale locato. ꝛ scōm illam opinionem hec omnia essent vera. sed hec opinio reprobatur quarto phisicorum

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. perfectum ꝛ imperfectum non variant speciem. sed linea superficies et corpus non differunt nisi per perfectum ꝛ imperfectum. ergo non differunt specie. Secundo arguitur sic. Linea superficies ꝛ corpus non sunt accidentia ergo non sunt quantitates. antecedens patet quia omne accidens habet ſsubiectuz sibi adequatum. sed ista non sunt huiusmodi quod patet quia non dabile est subiectum quod non habeat longitudinem latitudinem et profunditatem. Tertio arguitur sic. Tempus est quantitas per accidens scōm philosophū quinto methaphisice. sed nullum genus predicatur de sua specie per accidens ergo tempus non est species quātitatis. Quarto arguitur sic. tempus est quātum per motuz. ergo si tempus esset quantitas a fortiori motus et per consequens essent sex species quantitatis continue. antecedens patet quia tempus est mensura motus.

Ad rationes. Ad primaz

dicitur q̄ perfectum et imperfectum in eadē specie non variant speciem. sed tantum perfectum et imperfectum. sed bene in diuersis speciebus.

Ad secundam negetur antecedens. et ad probationem negatur maior. quia non oportet q̄ omne accidens habeat subiectum adequatum sic q̄ in eodem subiecto non sint alia accidentia

Ad tertiam dicitur q̄ tempus non est quantitas sic q̄ per accidens predicetur de tempore. imo per se ꝛ in primo modo dicendi predicatur de ipso. sed sic dicitur per accidēs q̄ tempus habet esse ab alio scilicet a motu et mobili ꝛ dependet ab illis in genere cause materialis ꝛ efficientis. Ad quartaz dicitur distinguendo antecedens vel q̄ tempus sit quantum per motuz in genere cause formalis. et sic negatur. vel in genere cause efficientis et sic conceditur. quāuis tamen videtur de mente Aristotelis quinto methaphisice q̄ motus sit species quantitatis vt videbitur.

His visis dicendum est de communitatibus quantitatis.

Prima cōmunitas est. quantitati nihil est contrariuz. vt bicubito tricubito. vel superficiei nihil est contrarium. quia contrarietas primo inest qualitatibus non omnibus sed quibusdam quantitas autem non est qualitas. quare sequitur q̄ contrarietas non est in quantitate

Item quantitas non suscipit magis neq̄ minus. Nō enim vna linea ē magis linea q̄ alia nec numerus ternarius est magis numerus q̄ binarius ꝛ sic d̄ aliis. Item proprium ē quātitati ſm eaz equale vel inequa

le dici. vt vnus numer9 ẽ equa lis vel inequalis alteri numero ꝛ vnum corpus est equale vel inequale alteri. et vna linea est equalis vel inequalis alteri li⸗nee.

Circa hunc textum notandum est primo ꝙ de terminato de quantitate scõm se ꝛ absolute: hic consequenter autor determinat de ea quantum ad eius proprietates que sunt tres. Quarum prima est quantitati nihil est contrarium qz con traria sunt forme actiue ꝛ passiue adinuicez sed quãtitates non sunt forme actiue ꝛ passiue. ergo quantitates non sunt contrarie. Potest tamẽ du pliciter intelligi ꝙ quantitati nihil est contrariũ Uno modo ꝙ nihil sit ei contrarius per accidẽs ꝛ sic in quantitate reperitur contrarietas qz sup ficies alba per accidens contrariatur superficiei nigre. Alio modo potest intelligi ꝙ nihil contra riatur ei per se accipiendo contrarietatez pro re pugnantia duarum differentiarum idem genus diuidentium. vel pro repugnantia priuationis ꝛ habitus. vel etiam pro repugnantia perfecti et imperfecti ꝛ sic in quantitate reperitur contrari etas. Si vero capiatur contrarietas proprie pro repugnantia formarum actiuarum ꝛ passiuaruz sic in quantitate non est contrarietas. ꝛ hoc mõ accipitur contrarietas in predicta proprietate.

Consequenter autor ponit secundam proprie tatem que talis est. Quantitas non suscipit ma⸗gis neqz minus. Patet. quia vna linea non ẽ ma gis linea ꝙ alia. nec vna superficies ẽ magis su perficies ꝙ alia. neqz magis quantitas ꝙ linea quãuis vna sit maior ꝛ alia minor. Unde magis ꝛ minus ꝛ maius ꝛ minus differunt. quia susci⸗pere maius et minus est suscipere maiorem ex⸗tensionem vel minorem partium quantitatis ita ꝙ illud est maius quod est plus extensum. Sus⸗cipere autem magis et minus est in suo proprio esse ꝛ substantiali perfici et imperfici. Et quãuis quantitas suscipit maius ꝛ minus vt dictuz est: tamen nõ suscipit magis ꝛ minus. Sunt autẽ iste due proprietates proprie quantitati secundo modo eo ꝙ conueniunt omni quantitati qz nõ soli

Sciendus est secundo ꝙ tertia proprietas quantitatis est. Proprium est quantitati scõm eam equale et inequale dici vt patet ex cõmuni vsu loquendi. cum enim aliqua duo eiusdem sunt quantitatis dicimus ꝙ sunt equalia. cum vero sunt diuersarum quantitatuz dicimus ea esse inequalia. Equalitas enim et in⸗equalitas sunt relationes fundate in quantitate

Unde in predicta proprietate hec prepositio scõm potest dicere duplicem habitudinem. vno modo potest dicere habitudinez cause formalis ita ꝙ sit sensus. proprium est quantitati scõm eã formaliter equale ꝛ inequale. sed hoc est falsum quia scõm quantitatez non dicimur equales for maliter cum equalitas sit relatio qua formaliter dicimur equales. Alio modo potest dicere habi tudinem cause efficientis ꝛ sic est verum ꝙ dici⸗mur scõm quantitatem equales vel inequales ef fective. Unde aduertendum est ꝙ equalitas vel inequalitas non est passio quantitatis. quia omnis propria passio est idem realiter cum suo subiecto. sed equalitas vel inequalitas non est idem realiter cum suo subiecto scz cuz quantita te ergo sequitur ꝙ non est propria passio quanti tatis. minor patet quia quecũqz per se ponũtur in diuersis predicamentis distinguntur realiter sed equalitas et inequalitas reponuntur in pre⸗dicamento relationis ꝛ non quantitatis ergo di stinguntur realiter a quantitate. Sed quid di cendum ad autorem et Aristotelem dicentes ꝙ equalitas et inequalitas est passio quantitatis. Dicatur ꝙ voluerunt solũmodo per equalitatez ꝛ inequalitatem circumloqui propriam passionẽ quantitatis. et posuerunt actum pro aptitudine ideo cõuenit quantitati quia scõm eam aptitu⸗dinaliter dicatur equale vel inequale. ꝛ talis re⸗latio aptitudinalis non distinguit realiter a suo fundamento quia implicat contradictionem ꝙ sit quantitas et ꝙ non sit talis aptitudo ad dici equale vel inequale.

Sciendum est tercio ꝙ preter has diuisiones habitas de quantitate est vna alia talis. Quantitatum alie sunt quantita⸗tes per se. et alie per accidẽs. Unde quantitates per se sunt ille de quibus iaz determinatum est ꝛ habent directe poni in predicamento quantitat| Sed quantitas per accidens est illa que non ha bet per se reponi in predicamento quantitatis. sicut album est quantitas per accidens. qz quan ta fuerit superficies tantum album fore dices. ergo si superficies est longa ꝛ lata vel mensurat scõm longitudinem ꝛ latitudinem sic etiaz albũ erit longum vel latum. Sed hoc qõ est esse longũ et latum non est de ratione albi ꝗuis repugnat sibi esse sine quantitate. et ideo album est quan titas per accidens quia est mensura substantie per superficiem. quia non dicimus album esse lõ gum vel latum nisi quia superficies est longa vl lata. et similiter non dicimus actionem esse lon gam nisi quia tempus in quo fit talis actio est longum. Et si arguatur ꝙ albedo ydemti⸗ficatur realiter quantitati. quia illa non distin⸗guntur realiter que non possunt separari et se⸗paratim conseruari. sed albedo ꝛ quãtitas sunt

huiusmodi ergo non distinguntur realiter.

Ad hoc dicitur q propter distinctionem realē tantuz aliquorum non valet inferri possibilitas separationis quia adhuc illo stante ipa habent necessariam dependentiam adinuicem. et probatur q distinguantur realiter quia que sunt in diuersis predicamentis distinguntur realiter. sed albedo z superficies sunt in diuersis predicamētis. ergo distinguntur realiter. maior est nota ex primo posteriorum. et minor per se est manifesta ergo conclusio vera.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. locus sursum z locus deorsuz contrariantur cum sub eodem genere maxime distant. ergo in quantitate est contrarietas.

Secundo arguitur sic. inequale suscipit magis et minus et tamen inequale est quantitas. ergo quantitas suscipit magis z minus. Tertō arguitur sic. equalis dicitur scōm virtutem z inequalis. ergo hec proprietas conuenit alijs a quātitate. antecedens patet quia homines potentes portare idem pondus dicuntur equalis virtutis

Quarto arguitur sic. in quantitate est motus ergo in quantitate est contrarietas. consequentia patet quia omnis motus fit de contrario in contrarium.

Ad rationes. Ad primā negetur antecedens. z ad probatōnem distinguitur consequens. vel q maxime distant distantia formali et sic negetur. vel locali et sic cōceditur. modo illa distantia non sufficit ad contrarietatem. Ad secundam dicitur q equale vel inequale accipiūtur dupliciter. Uno modo p fundamento et sic equalitas suscipit magis z minꝰ. Alio modo accipitur formaliter pro ipsa equalitate et hoc modo non suscipit magis et minus

Ad tertiam negetur antecedens. et ad probationem distinguitur consequens. quia duplex est equalitas. Quedam est equalitas molis siue magnitudinis. Alia est equalitas virtutis. et a prima res dicuntur equales scōm talem equalitatem molis vel magnitudinis. ab equalitate vero virtutis bene dicūtur aliqui equales equalitate. hic autem accipitur equalitas pro equalitate molis et non pro equalitate virtutis.

Ad quartam conceditur antecedens z distinguitur consequens vel capiendo contrarietatez proprie et sic negatur. vel generaliter et sic conceditur. vt visum est in primo notabili.

D aliquid vero talia dicuntur quecūq hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur vel quomodolibet aliter ad aliud vt duplum dimidij duplum. et dimidium dupli dimidium. pater filij pater. filius patris filius. z maius minore maius. et minus maiore minus. vel sub habitudine alterius casus vt similis simili similis. vicinus vicino vicinus. Relatiuorum tres sunt species. quedaz dicuntur scōm equiparantiam vt quecunqz eodem nomine dicuntur vt similis simili similis. et equalis eq̄li equalis. et vicinus vicino vicinus. Alia scōm suprapositionem dicuntur vt duplum triplum quia ista supraponuntur alijs sicut dominus seruo supraponitur. Alia vo scōm suppositionem vt seruus domino supponitur et filius patri et dimidium duplo: duplo dimidium.

Circa hunc textum notandum est primo q determinato de quantitate consequenter autor determinat de relatione. Et quāuis ordine perfectionis qualitas precedit ad aliquid eo q qualitas est ens absolutum ad aliquid vero respectiuum. et etiam multe relationes fundant in qualitate. tamen autor noster doctrinaz Aristotelis insequens prius determinat de ad aliquid q de qualitate. Cuius ratio est quia vt cōmuniter dicitur plures relationes fundantur super quantitatem z qualitatem q super quibuscz alijs predicamentis. relationes autem habent cognosci per fundamenta et terminos ideo ordine doctrine ad aliquid sequitur quantitatem et precedit qualitatem. Unde hoc predicamentum cōuenientius nominatur hoc nomine ad aliquid q hoc nomine relatio vel hoc nomine relatiuuz

Et ratio est quia natura eorū que sunt in hoc predicamento est esse dependens ad aliud tanq̄ ad terminum. sed talis dependentia magis explicite significatur per ad aliquid q̄ per relationem vel relatiuum eo q̄ hec prepositio ad significat dependentiam. z hoc nomen aliquid nominatiui casus significat terminum illius dependentie. Et quāuis in re veritate ad aliquid non sit predicamentum cū sit quoddam complexum vel ens per accidens: tamen circumloquimur nobis aliquod predicamentum gracia cuius diffinitur in textu sic. Ad aliquid vero talia dicuntur que cunq̄ hoc ipsum q̄ sunt aliorum dicuntur. i. referuntur. vel quomodolibet aliter ad aliud. Que diffinitio habet sic exponi. talia id est illa dicuntur ad aliquid id ē referuntur ad aliud quecūq̄ id est que hoc ipsum q̄ sunt aliorum dicuntur id est referuntur ad aliud sub habitudine obliqui casus vt genetiui datiui accusatiui vel ablatiui. Conuenit autem relatiuis hec diffinitio tam scōm esse q̄ scōm dici. Unde relatiuum scōm dici est q̄ de suo principali significato nō importat relationem. Relatiuum vero scōm esse est quod de suo principali significato z totali importat relationem. Et est duplex. nam quoddam est relatiuum scōm esse reale quod scilicet potest esse circumscripto omni opere intellectus. Aliud est rationis quod scilz de principali significato importat relationem que dependet ab intellectu scōm esse z conseruari sicut sunt secunde intentiones. Relatiuum autem reale est duplex. quoddam est aptitudinale siue fundamentale et tale semper requirit terminum in aptitudine z predicatur de suo fundamento necessario z per se nō differt realiter ab eo. Aliud est relatiuum actuale quod scilicet importat relationem que requirit actu fundamentum z terminum et tale predicatur contingenter de suo termino. Et illud adhuc est duplex quia quoddam est extrinsec⁹ aduenies. Aliud est intrinsecus aduenies. Unde relatio intrinsecus aduenies est que necessario ponitur positis fundamento z termino in quacunq̄ distantia ponatur. vt positis duobus albis in quacūq̄ distantia immediate consurgit ratio que est similitudo. Et dicitur intrinsecus aduenies quia insequitur naturam fundamenti et termini. Relatio vero extrinsecus aduenies est que non necessario ponitur positis fundamēto z termino sed aliquid aliud requiritur vt posita potentia actiua ignis et in potentia passiua stuppe nō immediate ponitur actio sed adhuc requiritur approximatio adinuicem.

Sciendū est secundo q̄ ad hoc q̄ aliquod relatiuum sit in hoc predicamento reponibile requiritur primo q̄ sit relatiuum scōm esse. Secundo q̄ importet relationem realem. Tertio q̄ illa relatio sit actualis. Quarto q̄ sit intrinsecus aduenies. Quinto q̄ a suo fundamento realiter distinguantur. Per primum autem excluduntur omnia relatiua scōm dici. Per secundum vero omnes secunde intentiones Per tertium omnes relationes fundamentales siue aptitudinales et tales sunt eiusdem predicamenti cum suis fundamentis. Per quartum autem excluduntur sex vltima predicamenta que important relationes extrinsecus aduenientes.

Relatiua autem in textu diuiduntur sic. Relatiuorum alia sunt equiparantie. alia suppositionis. alia suprapositionis. Cuius diuisionis ratio est quia omnia relatiua important respectum vel ergo important respectum equalitatis et sic sunt relatiua equiparantie. alia inequalitatis et hoc est dupliciter. quia aut dicunt respectum superioritatis et sic sunt relatiua suprapositionis vel respectum inferioritatis et sic sunt relatiua suppositionis. Unde relatiua equiparantie sunt que eodem nomine nominantur vt similis z simile. Relatiua vero suppositionis sunt illa que important superioritatem ad sua correlatiua sicut pater dominus et sic de aliis. Relatiua vero suppositionis sunt que important inferioritatem respectu suorum correlatiuorum sicut filius z seruus. Omnia autē relatiua que nō important superioritatem vel inferioritatem ad sua correlatiua dicuntur relatiua equiparantie.

His dictis infertur q̄ relatio intrinsecus aduenies est genus generalissimum. Probatur q̄ sit genus quia predicatur de pluribus differentibus specie ergo est genus. Et q̄ sit generalissimum patet quia illud est genus generalissimum supra quod non est aliud genus superueniens. sed relatio intrinsecus aduenies est huiusmodi ergo est genus generalissimum. minor patet. quia nihil predicatur de relatione quidditatiue nisi ens. sed ens non est genus ergo non est aliquod genus superueniens. Secundo infertur q̄ nulla relatio extrinsecus aduenies nec etiam rationis nec relatio realis transcendens est in predicamēto relationis quia relatio intrinsecus aduenies nec est genus generalissimum nec predicatur essentialiter de istis relationibus igitur non sunt in predicamento relationis. Exemplum de relatione transcendenti sicut ydemtitas z diuersitas que non sunt alicuius determinati generis quia idem et diuersum diuidūt ens et quodlibet genus entis.

Sciendum est tercio q̄ iuxta predicta incidunt alique difficultates.

Prima est vtrum relatio sit ens extra animaz Et videtur q̄ non quia relatio non est nisi comparatio vnius ad alterum. sed talis comparatio non est nisi in intellectu et ab intellectu compa-

rante.ergo non est ens reale sed ens in anima. In oppositum est phūs quinto methaphisice qui diuidit ens scōm se in decem genera quoz vnus est relatio. Pro isto dubio est notandum q̄ de hoc inueniuntur duo modi dicendi. Primus modus est q̄ omnis relatio est ab anima fabricāte.Et probatur sic quia non est ponenda pluralitas sine necessitate.sed omnia entia possunt eq̄ bene saluari non ponendo tales respectus preter animam sicut ponendo. ergo tales non sunt ponendi preter animam ꝛ sic dicunt q̄ omnis relatio est ab anima causante. Sed istud dictum non potest stare in veritate. probatur quia sicut ens diuiditur in ens in anima et extra animam ita relationes diuiduntur in relationes reales et rationis.sed prima diuisio non potest stare si ponerētur omnia entia omnino esse ab anima fabricante. ergo nec secunda. Item illud q̄ cognoscitur per sensuz ē reale. sed relatio est huiusmodi.nam distantia solis a terra est relatio. constat autem q̄ potest cognosci per sensuz ergo ꝛc. Item productio rei videtur esse realis alioquin intellect⁹ omnia produceret.sed productio termini est relatio ergo relatio est ens reale ꝛ nō rationis. Item quandocunqz aliquod diuisum est extra animam diuidentia sunt extra animam sed ens q̄ scōm se est reale diuiditur in decez genera ergo ꝛc. Ex istis rationibus ponitur alius modus dicendi scz q̄ relatio est ens extra animam quia decem predicamenta sunt decem rerum prima principia quorum relatio est vnum ergo ꝛc. Et ad argumentum in contrariuz dicitur q̄ duplex est comparatio. vna ē actualis quā facit intellectus comparando vnum alteri et illa dependet ab intellectu comparante. alia ē comparatio formalis que consurgit ex formalibus rationibus extremoruz et illa est in re preter comparationem intellectus. Secunda difficultas est quid intelligit autor per hoc q̄ in diffinitione relatiuorum ponitur vel quomodolibz aliter ad aliud. Ad hoc respondetur q̄ intelligit relatiuum referri ad aliud sub habitudine genetiui casus vel cuiuscunqz alterius. Unde quando aliquid predicatur de aliquo in recto illud non est nota relationis vt cum dicitur hoc est hoc.sed nota relatiōis semper habz fieri per obliquum vt pater filij pater.filius patris filij.

Sed forte videtur q̄ illa diffinitio conueniat relationibus rationis cum totum esse earum sit ad aliud se habere sub habitudine obliqui casus. Ad hoc respondetur q̄ predicta diffinitio non conuenit ipsis quia tales proprie non dicūtur ad aliud cum aliud sit differentia entis et dicat diuersitatem essentialem.sed tales relationes non sunt entia cum habeant solum esse per operationem intellectus ergo sequitur q̄ proprie nō dicuntur ad aliud quia ens non est aliud a non ente quare predicta diffinitio non ipsis conuenit. Tertia difficultas est vtrum relatio realis sit eadem cum suo fundamento. Ad hoc respondetur q̄ relatio realis actualis non est eadem omnino cuz suo fundamento.sed distinguitur realiter ab eo. Probatur nulla vniuoca res limitata potest ptinere opposita formaliter scōz predictam ydemtitatem.sed in eodem fundamēto succesiue fundantur oppositе relationes formaliter ergo qua ratione contineret vnam istaz eadem ratione contineret aliam per ydemtitatez realem et sic idem contineret opposita formaliter. Item fundamentum potest remanere sine relatione ergo relatio distinguiter realiter a fundamento.antecedens patet quia posito q̄ nō sit nisi vna qualitas in mundo tunc non est similitudo. et cras generetur alia qualitas eiusdem speciei tunc erit similitudo. ergo fundmentum potest esse sine relatione ꝛ per consequens distinguntur realiter abinuicez. Sed contra hoc instatur quia si hoc sit verum q̄ relatio sit alia res a fundamento tunc erit processus in infinitum in relationib⁹.quia si similitudo sit res alia a fundamento ipsa cū alia similitudine erit eiusdem sicut due albedines sunt eiusde speciei ꝛ sūt simles et ita due similitudines erunt similes.et iterum quereretur de tertia et quarta et quinta similitudine.Secundo sic omnem rem realiter ab alia distinctā potest deus facere sine alia.cuz ergo relatio sit res distincta realiter a fundamento videtur q̄ deus poterit eam a fundamento separare et sic per seipsam facere. Ad primā dicitur q̄ in talibus ponendus est status in secūdo processu licet enim duo alba sint similia non tamen due similitudines sunt similes.et si sint similes seipsis sunt similes.et quia causa formalis non proprie denominat seipsam et ideo ē status in secundo.Ad aliud dicitur q̄ omnem rem distinctam ab alia et ipsa priorez deus potest separare.sed posteriorem non.relatio autem posterior est essentialiter suo fundamento.ideo nō potest relationem separare a fundamento quātus fundamentum possit esse sine relatione.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic.partes substantie sunt substātie et tamen dicuntur ad aliquid.ergo diffinitio conuenit alijs a diffinito. Secundo arguitur sic. Paternitas est ad aliquid.et tamen non refertur sub habitudine alicuius obliqui casus non enim dicimus paternitas filiationis paternitas.ergo diffinitio non est bona. Tertio arguitur sic.nullum equiuocum est genus.relatio est quoddam equiuocuz ergo non est genus minor patet quia dicitur de relatione reali et rationis non vniuoce sed equiuoce. Quarto arguitur sic. illa que ponuntur supra seinuicem

predicantur de se inuicem. sed vnum relatiuum non predicatur de correlatiuo. ergo nō ponitur supra aliud et per consequens nulla sunt relatiua suprapositionis.

Ad rationes. Ad primā dicitur q licet partes substantie non sint relatiua scōm esse sunt tamen relatiua scōm dici.

Ad secundam dicitur q licet paternitas bene refertur in concreto quāuis non in abstracto etiam paternitas non est relatiuum sed est relatio z ratio referendi. Ad tertiam conceditur maior et distinguitur minor. quia relatio potest dupliciter considerari. vno modo in generali vt dicitur tam de relatione reali q rationis tā extrinsecus aduenīente q intrinsecus. z sic relatio non est vniuocum neq genus. alio modo capitur pro relatione reali intrinsecus aduenīente et tunc est predicamentū et genus. Ad quartam dicit q dupliciter possunt poni aliqua scōm sub z supra. vno modo scōm rationem subicibilis et predicabilis et hoc modo relatiua non ponuntur sub z supra. Alio modo scōm rationem cause et effectus z hoc modo relatiua ponuntur sub et supra.

Post hec sequuntur communitates relationis. Prima est q contrarietas est relatōni. vt virtus est contraria vicio cuz vtrū q eorum sit ad aliquid. hoc autem non conuenit omni relationi. duplo enim nihil est contrarium neq triplo. Item relatiua suscipiunt magis et minꝰ vt simile dicitur magis et minꝰ simile et similiter inequale. Sz hoc non conuenit omnibus relatiuis duplum enim non dicitur magis et minus duplum. neq triplum neq pater. Item relatiua dicuntur ad cōuertentiam vt pater filij pater. filius patris filius. Item relatiua sunt simul natura. simul enim sunt duplum et dimidium pater et filius. Item relatiua posita se ponunt et perempta se perimunt. vt si duplum est dimidium est et econtra. et si duplum non est dimidium non est et econtra.

Circa hunc textum notandum est primo q hic consequenter autor noster determinat de relatiuis ponendo cōmunitates et proprietates eorum Et ponit primo duas cōmunitates quarum prima est. Conuenit relatiuis habere contrarium. patet quia virtus et vicium sunt contraria z sūt relatiua ergo habere contrarium conuenit relatiuis. Quia etiaā conuenit qualitatibꝰ et nō conuenit omnibus relatiuis ideo habere contrariū non est proprium ipsis quarto modo. dicit enim q nullis relatiuis scōm esse conuenit habere contrarium. et patet quia illud cuius totum esse est ad aliud quodammodo se habere et est respectiuum et dependens non habet contrarium quia contraria sunt forme actiue z passiue adinuicem sed totum esse relatiuorum est respectiuum et dependens. ideo nullum relatiuum scōm esse habz contrarium. Relatiua autem scōm dici possunt dupliciter considerari. vno modo quoad esse absolutum quod est alterius generis et sic aliquid potest eis esse contrariuz. Alio modo quoad respectus quos includūt seu cōnotant et sic nihil est eis contrarium. Potest tamen aliter dici q habere contrarium per accidens conuenit relatiuis et non per se quia vbicunq potest esse motus ibi est contrarietas. ergo cum in relatiuis non sit per se motus sed solum per accidens sequitur q ad aliquid non habet per se contrariū sed solum per accidens. Secunda communitas relatiuorum est talis. Conuenit relatiuis suscipere magis et minꝰ patet quia relatiua per se intenduntur z remittuntur in suo proprio esse vt patet de inequali simili et dissimili. ergo suscipere magis et minus conueniunt relatiuis. hoc tamen non est eis aliquo modo proprium. non enim conuenit eis solis sed etiā qualitatibꝰ. nec etiam omnibus sed solum illis quorum fundamenta suscipiunt magis et minus. sicut enim respectus causatur a fundamento sic ad intensionem fundamenti sequitur intensio relatiuorum

Et quo patet q sicut ad ad aliquid non est per se et primo motus sic ad aliquid non suscipit primo et per se magis et minus. tamen bene in ad aliquid potest esse per se motus cū aliqua relatio per se intendatur et remittatur. Et hoc

non vult philosophus negare quinto phisicoꝝ sed vult negare solum q ibi nō est motus primo et per se. Et q ibi sit motus per se patet quia ibi est alia forma a forma absoluta extensiue acquisita et procedens de esse imperfecto ad esse perfectum. ergo sequitur q ibi est per se motus.

Sciendus est secundo q ꝑ sequēter autor ponit duas alias proprietates quarum prima est. Relatiua dicuntur ad conuertentiam. Et potest dupliciter exponi. vno modo sic ad esse vnius relatiui sequitur esse alterius vt patet in exemplo textus. si pater est filius est. ꝛ si filius est pater est. et si sic exponitur est proprius relatiuis secundo modo. quia conuenit omni ꝛ non soli. nam homo et risibile hoc modo dicuntur ad conuertentiam quia ad esse vnius sequitur esse alterius. Alio⁹ potest sic exponi. relatiua dicuntur ad conuertentiaꝫ id ē referuntur ad se inuicem scōm mutuam dependentiam scilicet q sicut vnum predicatur de seipso cuꝫ obliquo sui correlatiui ita etiam econtra. vt sicut dicitur pater est filij pater sic etiaꝫ dicitur filius est patris filius. et sic exponendo est proprium quarto modo. conuenit enim omnibus relatiuis et solis.

Differunt enim conuersio conuertibilitas et conuertentia. quia conuersio est passio propositionum in quibus de subiecto vnius fit predicatum alterius et econtra. Sed conuertibilitas est passio eorum que de se inuicem vere et vniuersaliter predicantur vt homo et risibile. Sed conuertentia est referibilitas scōm mutuam dependentiam et hoc solum conuenit relatiuis. Secunda proprietas est. Relatiua sunt simul natura id est conuertuntur scōm essendi consequentiam vt sicut bene sequitur pater est ergo filius ē et econtra. Probatur q sunt simul natura quia illa que posita se ponunt ꝛ perempta se perimūt sunt simul natura et hoc si vnum non sit causa alterius. sed relatiua posita se ponunt et perempta se perimunt et vnum non est causa alterius ergo sunt simul natura. Relatiua tamen possunt dupliciter accipi. Uno modo pro denominatis vt pater et filius pro substantia que genuit vel que genita est ꝛ sic non oportet relatiua esse simul natura imo vnuꝫ potest esse prius alio natura ꝛ tempore. Alio modo possunt accipi formaliter siue pro per se significatis scilicet pro ipsis respectibus et sic omnia relatiua sunt simul natura ideo hec proprietas conuenit omnibus relatiuis quāuis forte non conueniat solis ideo est eis propria secundo modo.

Sciendum est tercio q circa predicta mouentur aliqua dubia. Primum est vtruꝫ relatiuum habeat diffiniri per suum correlatiuuꝫ. Et videtur q sic. quia scōm porphirium necesse est in vtrorūqꝫ rationibus vtriusqꝫ vti ergo diffiniuntur per se inuicem. Item cōmuniter dicimus pater est res habens filium et filius est res habens patrem. et in talib⁹ vnuꝫ relatiuum diffinituꝫ per reliquum ergo ꝛc.

Ad hoc respondetur dimissa opinione nominalium q vnum relatiuum non debet diffiniri p reliquum. sed vnum relatiuum debet diffiniri p suum fundamentum in recto et per fundamentuꝫ sui correlatiui in obliquo. vnde si aliquis velit diffinire patrem debet sic diffinire. pater ē animal quod genuit aliud animal ex substātia sua vel ex suo semine. ꝛ filius est animal genitum ab alio animali existente ex semine eius existentis. Et q relatiuum debeat diffiniri per fundamētuꝫ et terminum et non per suum correlatiuum. probatur quia diffinitio debet esse essentialiter noti or diffinito. sed vnum relatiuum non est notius altero cum ipsa sint simul natura ergo vnuꝫ nō diffinitur per reliquum. Item si ita esset sequeretur q idem diffiniretur per seipsum consequens est falsum quia vel est notius seipso. et consequētia probatur. quia aliquando idem refertur ad seipsum. Ad rationes ante oppositum. ꝛ primo ad autoritatem porphirij dicitur q illa est distinguenda. vel in propria forma et sic non oportet diffiniri per reliquum. vel in suis fundamentis et sic conuenit. Ad aliam dicitur q tales declarationes non sunt diffinitiones sed sunt quedam notificationes imperfecte. Secunduꝫ dubium est vtrum species ad aliquid et species qualitatis sint distincte. Et videtur q non quia scientia virtus doctrina et disciplina sunt in predicamento ad aliquid et etiam in predicamento qualitatis ergo ꝛc. Et confirmatur. nam Aristoteles dicit in predicamentis q nihil prohibet genus esse ad aliquid et species esse de alio predicamento vt scientia et disciplina que sunt genera sunt in predicamento ad aliquid. et grāmatica et musica sunt in predicamento qualitatis.

In oppositum arguitur quia diuersorum generum et non subalternatim positorum diuerse sunt species et differentie. g⁹ species ad aliquid et qualitatis non sunt eedem. Ad argumētum respondetur negando q sint in predicamento ad aliquid imo sunt in predicamento qualitatis quia de suo significato formali significant qualitatem. Et negetur genus esse de vno predicamento et speciem eius de alio. vnde licet doctrina et disciplina sint in predicamento ad aliquid non tamen scientia et virtus et vicium. Et dicitur vltra q doctrina et disciplina non sunt genus ad scientiam. Et ad aristotelem dicitur q non dicebat scōm opinionem propriam sed dubitatiue.

Sed contra predicta ar guitur Primo sic. nulla forma simplex indiuisibilis habet contrarium ad suscipere magis et

minus sed relatiua sunt forme simplices cū sint respectus indiuisibiles. ergo non suscipiunt magis et minus. Secundo arguitur sic. equale non suscipit magis ⁊ minus. ergo nec simile ⁊ per consequens male dictum est simile suscipit magis et minus. Tertio arguitur sic. homo et risibile dicuntur ad conuertentiam et tamen non sunt relatiua. ergo dici ad conuertentiaz nō est proprium relatiuis. Quarto arguitur sic illa que opponuntur non ponunt se inuicez. sed relatiua non opponuntur. ergo nō ponunt se inuicem.

Ad rationes. Ad primā

dicitur ꝙ non est inconueniens ꝙ aliqua forma manens eadem scōm speciez possit suscipere magis et minus et etiam habere contrarium. nam sicut fundamenta relationuz possunt intendi ita etiam relationes fundate super ipsis. Ad secundam negetur consequentia quia non est simile de qualitate et similitudine. quia equalitas fundatur in quantitate que non suscipit magis et minus. sed similitudo fundatur in qualitate que suscipit magis et minus ideo similitudo potest intendi et remitti et non equalitas. Ad tertiam negetur antecedens quia conuertentia ē passio relatiuorum quātus bene dicantur conuertibilia quia conuertentia est referibilitas scōm mutuam dependentiam, et hoc solum conuenit relatiuis. Ad quartam dicitur ꝙ licet opposita non ponunt se inuicem in eodem subiecto tamen bñ in diuersis. sic autem ē in relatiuis non enim posita se ponunt in eodem subiecto sz in diuersis.

Item alia diffinitio relatiuorum talis est. Ad aliquid sunt quibus hoc ipsuz esse est ad aliud quodammodo se habere. et hec diffinitio est propria relatiuorum. Item proprium est relatiuorum ꝙ si quis diffinite nouerit vnum relatiuorum diffinite noscet et reliquum vt si diffinite nouerit quid sit duplum diffinite noscet id cuius est duplum. necesse est enim in vtroqz rationibus vtriqz vti.

Circa hunc textum notandum est primo ꝙ consequenter Petrus hispanus ponit diffinitionem ad aliquid conuenientem solum relatiuis scōm esse et est hec. Ad aliquid vero talia sunt quibꝰ hoc ipsum esse est ad aliud quodammodo se habere. Que diffinitio sic exponitur. illa sunt ad aliquid quorum proprium esse se habet ad aliud quodammodo. i. scōm habitudinem alicuius obliqui casus. Et ponitur ibi quibus hoc ipsuz esse est ad aliud ad differentiam relatiuorum scōm dici. Sub hac enim diffinitione solum comprehēduntur relatiua scōm esse que ad se inuicem referuntur relatione reali. ad quam tres conditiones requiruntur sicut prius dictuz est superius scilz ꝙ ambo extrema sint realia. et propter hoc inter non entia solum reperitur relatio rationis Secunduz est ꝙ sint realiter distincta et propter hoc relatio ydemtitatis non est realis. Tertium est ꝙ extrema sint eiusdem rationis et ordinis et ꝙ consurgat ex natura extremorum. et ideo relatio creature ad creatorem non est realis. nō enim distinguitur realiter a fundamento. Et hoc debz intelligi de relatione reali proprijssime sumpta.

Consequenter ex hac diffinitione infert autor vnam proprietatem illorum relatiuorum dicens Proprium est relatiuis ꝙ si quis nouerit diffinite vnum relatiuorum diffinite noscet ⁊ reliquum Cuius ratio est. quia totuz esse relatiui est ad aliud se habere scilicet ad correlatiuum ergo non potest cognosci illud relatiuum nisi cognito illo ad quod refertur. ergo si quis diffinite nouerit vnum relatiuorum diffinite noscet et reliquum. Non est tamen intelligendum vt prius dictum ē ꝙ correlatiuum sit de diffinitione relatiui qz diffinitio prior est essentialiter diffinito. sed vnuz relatiuum non est notus altero neqz prius quia ipsa sunt simul natura ergo sequitur ꝙ vnum relatiuum non diffinitur per suum correlatiuum. tamen cognito vno faciliter potest cognosci reliquum. Et ratio ē quia vnūquodqz relatiuum habet diffiniri per suum fundamentum ⁊ terminū. cum ergo fundamentum relatiui sit terminus correlatiui et econtra sequitur ꝙ si quis diffinite nouerit vnum relatiuorum noscet partes diffinitionis alterius. et sic alterum potest faciliter cognosci.

Sciendū est secundo ꝙ

accidens absolutum et respectiuum differūt ad inuicem eo ꝙ accidens absolutum tantuz habet vnam dependentiam scilicet ad subiectum. accidens vero respectiuum habet duplicem dependentiam vnam scilicet ad subiectum inquantuz est accidens. omne enim accidens dependet a suo subiecto. Aliam autem dependentiam habet ad terminum inquantuz ē respectiuum. omnis enim respectus est ad aliquem terminum. Et ideo omne relatiuum habet diffiniri per subiectum sicut

fundamentum positum in sua diffinitione loco generis sicut alia accidentia concreta. vt si diceretur pater est res habens paternitatem. Habet etiam diffiniri per terminum siue fundamentum sui correlatiui positum loco differentie. et hoc in quantum relatiuum. Et quanuis relatio semper sit inter duo extrema tamen nō est in vtroq; tanq; in subiecto. sed in vno tanq; in subiecto et in alio tanq; in termino.

Sciendum est tercio q; iuxta predictam diffinitionem mouetur tale dubium. Utr; ipsa conueniat solum relatiuis scōz esse an etiam relatiuis scōm dici. Et arguitur cōtra presuppositum quia aut illa diuisio relatiuorum datur per oppositа aut non. si non. non valet diuisio. si sic ergo relatiua scōm dici non sūt relatiua scōm esse ergo nō sunt relatiua. et sic relatiua male diuiduntur in illa. Si dicatur q; mēbra debent intelli cum precisione tunc sequitur q; relatiua scōm dici tantū sunt relatiua scōm dici et non in rei veritate. et ita non essent magis relatiua q; nigrum z album. Preterea alteruz mēbruz diuisionis scilicet scōm esse conuertitur cū diuiso. ergo reliquum superfluit. antecedens patet. quia idem est homo absolute et homo scōm esse. similiter idem erit relatiuum absolute z relatiuum scōm esse. Ideo aliter dicitur q; relatiua nullo modo diuiduntur in relatiua scōm esse et in relatiua scōm dici. quia sumēdo membra precise relatiua scōm dici non sunt magis relatiua q; homo mortuus sit homo. tamen aliqua entia sunt relatiua scōm esse vt patet. et quedam sunt relatiua scōm dici vt sunt illa que denominatiue dicuntur z sunt in alijs generibus et scōm aliam habitudinez dicuntur ad alia. tamen simpliciter loquendo non sunt relatiua. Ideo sic respōdetur ad dubium q; predicta diffinitio est conueniens relatiuis. hoc probatur quia illa notificatio de relatiuis est conueniens que indicat rationem eorum inquantum sunt relatiua. sed notificatio illa est huiusmodi ergo ꝛc.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. caput non est vere ad aliquid et tamē esse eius est quodammodo se habere ad aliud scilicet ad capitatuz. ergo diffinitio illa nō soluz conuenit vere relatiuis. Secundo arguitur sic. totum esse cuiuslibet accidentis est ad aliud scilicet ad subiectum. ergo si hec diffinitio sit bona omne accidens erit ad aliquid. Tertio arguitur sic. vnaqueq; species debet diffiniri per proprium genus et propriam differentiam ergo vnaqueq; species relatiuorum potest diffiri sine fundamento et termino. Quarto arguitur sic. diuersa entia realiter distincta nō habent simul cognosci. sed relatiuū et correlatiuuz sunt entia realiter distincta. ergo non habent simul cognosci ergo male dictum est q; si quis diffinite nouerit vnum relatiuorum diffinite noscet et reliquum.

Ad rationes. Ad primā dicitur q; cōceditur maior et distinguitur minor vel scōm suum proprium esse et sic negetur. vel scōm suum esse connotatum et sic conceditur. si negetur consequentia quia proprium esse eius ē absolutum. Ad secundam dicitur q; nihil proprie dicitur esse ad aliquid nisi esse ei⁹ sit ad aliud tanq; ad terminum. Et ideo quāuis esse cuiuslibet accidentis sit ad aliquid non tamen est ad aliud. Vel dicitur proprie loquendo esse accidentis absolutū non est ad aliquid sed est in alio vt in subiecto. Ad tertiam dicitur q; vnaqueq; species relatiuorum ex natura rei habet proprium genus et propriam differentiam. z per consequens posset diffiniri diffinitione quidditatiua per eius essentialia non tamen a nobis p̄ isto statu. possunt tamen diffiniri diffinitione data per additamentum que solum datur per fundamentum et terminum. et illa non est simpliciter quidditatiua sed est quidditatiua eo modo quo diffinire possumus respectus quidditatiue.

Ad quartam dicitur q; simpliciter loquendo vnum relatiuorum potest cognosci sine reliquo. tamen cognito vno faciliter cognoscatur reliquum.

Qualitas est ꝑm quaz quales esse dicimur. vt ꝑm albedinem dicimur albi. et ꝑm colorem colorati. et ꝑm iusticiam iusti.

Qualitatis quatuor sunt species. Prima est habitus et dispositio. differt autem habitus a dispositione quia habit⁹ permanentior est et diuturnior vt sunt virtutes et sciencie. Scientia enim difficillime est mobilis nisi forte grandis permutatio fiat vel ab egritudine vl̄ ab aliquo huiusmodi circa scientem. similiter de virtute. iusticia

enim vel castitas non cito de facili permutantur. dispositiones vero dicuntur que de facili permutantur vt calor frigiditas egritudo sanitas. vnde habitus possūt dici dispositiones et non econuerso. illi enim qui habitum habent quodammodo sunt dispositi vel melius vel peius ad ea que habent. dispositiones autem non sunt habitus. vnde habitus potest sic diffiniri. habitus est qualitas difficillime mobilis.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ cō sequenter autor determinat de qualitate que in ordine predicamentorum quartum locum optinet ipsam primo sic diffiniens. Qualitas ē scōm quaz quales esse dicimur. in qua diffinitione subintelligitur forma accidentalis loco superioris. Et hec prepositio scōm debet dicere circūstantiam cause formalis. non enim debet hic accipi quale pro quali generis quod est materiale neqz pro quali speciei. neqz pro quali transcendente scilicet pro quali quod sequitur esse rei qz sic omne accidens predicaretur in quale. nec isto modo distingueretur contra predicari in quantum vel in quotum vel scōm alios modos predicandi. Sed accipitur hic quale proprissime scilicet pro quali accidentali dicto denominatiue a qualitate. quod solum debet dici quale simpliciter. Et predicari in quali hoc modo distinguitur contra predicari in quantum z sic alios modos predicandi. Debet etiam in hac diffinitione supplet nos substātie dicimur id est denominamur Sic ergo declaratur hec diffinitio. Qualitas est forma accidentalis scōm quaz formam nos substantie denominamur quales simpliciter. quanuis hoc sit posterius et minus notum scōm naturam q̄ ipsa qualitas. tamen est prius et notiꝰ quoad nos. non enim potest qualitas diffiniri p priora et notiora scōm naturam cum sit genus generalissimum ideo conuenienter describitur p quale qđ est eius effectus quia effectus qualitatis est nobis notior ipsa qualitate. Unde ipsius qualitatis quatuor sunt species scilicet habitus et dispositio naturalis potentia vel impotentia. passio et passibilis qualitas. forma et circa hoc aliquid constans figura. Quarum sufficientia sic habetur. omnis qualitas qualificat substantiam ergo qualificat eam ratione materie et sic est forma. et circa hoc aliquid constās figura. talis enim qualitas qualificat substantiam quantum ad materiam licet effective proueniat a forma substantiali. vel qualificat substantiam ratione forme. et hoc est dupliciter. quia vl qualificat mediātibus naturalibus potentijs z sic est habitus et dispositio. vel qualificat eam immediate et hoc dupliciter. quia vel est principium determinatū operandi z sic est passio z passibilis qualitas. vel indeterminatum et sic est naturalis potentia vel impotentia. potentia enim est indeterminata quantum ad actum operandi

Dicitur autem consequenter q̄ hec diuisio est generis in suas species immediatas. et quāuis diuisio generis in suas species immediatas nō possit esse nisi in duo: tamen diuisio generis in species mediatas potest esse in plures cuiusmodi sunt hec species predicte. ideo vt dicitur sunt alique species immediate nobis innominate in quas diuiditur hoc genus qualitas.

Sciendum est secundo q̄ potest dici et melius q̄ hec diuisio non est proprie in species accipiendo proprie speciez. sed in quosdam modos ita q̄ illi quatuor modi qui assignantur in textu sunt quatuor modi accidentales ipsius qualitatis sumpti ex diuersis habitudinibus ad subiectum. Qz autem non sint species patet quia impossibile est duas species eiusdem generis abstractiue predicari de eodez. sed de eadem qualitate in numero predicantur habitus et dispositio et naturalis potentia vel impotentia scilicet ō colore sumpto scōm diuersas habitudines. ergo sequitur q̄ iste quatuor non sunt distincte species. maior patz quia omnis diuisio generis in species fit per differentias formales formaliter oppositas. ergo impossibile ē duas species eiusdem generis de eodem in numero abstractiue predicari. de hoc autem alias magis videbitur. Est ergo primus modus qualitatis habitus et dispositō qui differunt ab inuicem. quia habitus ē qualitas de difficili mobilis a subiecto. dispositio vero est qualitas de facili mobilis a subiecto. conueniunt autem eo q̄ tam habitus q̄ dispositio disponunt subiecta ad operationem. sed habitus perfecte disponit. dispositio vero imperfecte.

Sciendum est tercio q̄ dispositio capitur dupliciter. Uno modo generaliter pro omni qualitate disponente subiectuꝫ siue illa qualitas sit faciliter mobilis a subiecto siue difficulter et sic dispositio differt ab habitu sicut superius ab inferiori z continet habitum z

dispositionem proprie dictam. Secundo modo accipitur specialiter pro qualitate de facili mobili a subiecto que disponit subiectum imperfecte ad operationem et sic distinguitur contra habitum. Et vt cõmuniter dicitur quãuis dispositio et habitus sint duo nomina non tamen sunt due species sed vna tantuz. quia res significata per habitum et dispositionem est eadem scõm essentiam. et differt solum scõm esse perfectum et imperfectum. et ideo habitus et dispositio conuenienter ponuntur vna species. perfectum enim et imperfectum non variant speciem.

Potest tamen melius dici q habitus et dispositio non sunt vna species sed sunt vnus modus vt superius dictum est. Unde sub hoc modo reponuntur generaliter omnes qualitates disponentes subiectum ad operandum mediantibus naturalibus potentijs quarum quedam sunt corporales vt sanitas robur egritudo z sic de multis alijs. alie sunt intelligibiles quarum quedam sunt acquisite vt sapientia intellectus prudentia scientia ars. alie sunt infuse vt fides spes caritas. et alie sunt concreate vt species rerum in mentibus angelorum. In hac etiam specie similiter reponuntur omnes scientie et omnes artes et omnes virtutes morales. et similiter vicia eis opposita.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. habitus est vnum predicamẽtum ab alijs distinctum. ergo non est species neq modus qualitatis. Secundo arguitur sic. risibilitas est habitus de difficili mobilis a subiecto et tamen non est qualitas. ergo habit9 non est qualitas de difficili mobilis a subiecto.

Tertio arguitur sic. nullum ens in anima ẽ in predicamento. sed scientia est in anima ergo non est in predicamento qualitatis. maior patet. quia ens extra animam diuiditur in decem predicamenta. Quarto arguitur sic. rationabilitas est qualitas z tamen scõm eam nõ dicimur quales. ergo male dicitur qualitas est scõm quã quales esse dicimur.

Ad rationes. Ad primã

dicitur q habitus capitur tripliciter. vno modo pro forma priuationi opposita sicut cuz dicitur q visus et cecitas opponuntur sicut priuatio et habitus. Secundo modo capitur habitus prout est corporum et eorum que circa corpus sunt adiacentia. et hoc modo ẽ predicamentum ab alijs distinctum. Tertio modo capitur pro qualitate disponente subiectum perfecte ad operationem et hoc modo capitur hic. Ad secundam dicitur q licet risibilitas sit qualitas ð difficili mobilis a subiecto non tamen disponit subiectum ad operationem mediantibus naturalibus potentijs. Melius tamen dicendum q risibilitas non est qualitas sed est subiectum. non enim est de difficili mobilis a subiecto cuz non possit nec apta nata sit difficulter vel faciliter a subiecto remoueri cuz predicetur de eo in secundo modo dicendi per se. Ad tertiam dicitur q ens accipitur dupliciter. vno modo pro ente quod habet esse in anima tanq in subiecto et tale bene reponitur in predicamento. Alio modo pro ente quod non habet aliquod esse nisi esse cognitum in anima et tale non est in anima sicut in subiecto sed sicut cognitum in cognoscente nec reponitur in predicamento. scientia autem est in anima primo modo z non secundo modo. Ad quartaz dicitur q rationabilitas est qualitas accipiendo quale pro quali generis aut speciei. non tamen accipiendo pro quali accidentale.

Secunda species qualitatis est naturalis potentia vl im potentia aliquid facile faciendi vel patiendi. vt sanitiuus dicitur qui habet naturalem potentiam vt nihil ab aliquibus accidentibus egritudinem inferentibus patiatur. Et egrotatiuus dicitur qui habet naturalem impotentiam aliquid patiendi. durum autem dicitur habere naturalem potentiam resistendi sectioni. et molle naturalem impotentiam quia cito secatur. curiores enim et pugillatores dicuntur simul de ista specie non quia exerceant actus suos sed quia habent naturalem potentiam hoc faciendi

Tertia species qualitatis est passio et passibilis qualitas vt ille qualitates que efficiunt in sensib9 passiones. vt in gustu

dulcedo amaritudo et similia. et etiam ille qualitates sunt in hac specie que ab aliquib9 passionibus generantur vel facile vl' difficile mobilibus ⁊ permanentibus. siue enim nigredo ab aliqua passione naturali generetur siue ab egritudine vel ab estu qualitas passibilis dicitur

Quarta species qualitatis est forma et circa hoc aliquid constans figura vt dispositio corporis vt triangulatio quadriangulatio rotunditas curuitas rectitudo.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ secunda species qualitatis est naturalis potentia vel impotentia. Naturalis enim potentia est qualitas inherens rei a natura qua ipsa est potens ad operandum faciliter suas operationes. ⁊ ad resistendum suis contrarijs. Naturalis vero impotentia est qualitas merentens rei a sua natura qua ipsa est impotens ad exercendum suas operationes naturales et ad resistendum suis contrarijs nocuis. vt sanitas est naturalis potentia. Et vt cōmuniter dicitur naturalis potentia causatur a victoria forme supra materiam. Naturalis vero impotentia causatur ex victoria materie supra materiam et formam. forma autem dicitur habere victoriam supra materiam quādo in materia non sunt alique dispositiones cōtrarie impedientes operatōes proprias ipsius forme scilicet q̄ materia scōm exigentiam ipsius forme totaliter est disposita. sed materia dicitur habere victoriam supra formam quando in materia sunt dispositiones contrarie impedientes p̄prias operationes ipsius forme. Et scōm hanc operationem in hac specie reponuntur omnes aptitudines naturales quibus res disponitur ad faciliter operandum. Reponuntur etiam potentie anime vegetatiue que sunt nutritiuum generatiuum et augmentatiuum. Et etiam quinq; sensus exteriores et quinq; interiores. Et etiam omnes inclinationes naturales nominate nominibus habituum vt sunt liberalitas iusticia cursor et pugillator scōm q̄ nominant naturales inclinationes ad actus. Hec autem duo nomina scilicet naturalis potentia vel impotentia circūloquuntur vnum modum generalem innominatum conuenientes ad omnes modos qualitatis quibus sumus potentes vel impotentes ad agēdum naturaliter.

Sciendum est secundo q̄ tertia species qualitatis est passio vel passibilis qualitas. vnde passio et passibilis qualitas conueniunt in hoc q̄ important eandem formam essencialem et specificam. Sed differunt dupliciter. primo quia passio importat qualitatem sub esse imperfecto et non permanente in subiecto sicut rubedo proueniens ex verecundia. et diffinitur sic. Passio est qualitas cito transiens inferēs passionem vel illata a passione sicut rubedo ex verecundia infertur ex aliqua passione. Sed passibilis qualitas nominat formam sub esse perfecto ⁊ permanēti. Et diffinitur sic passibilis qualitas. est qualitas inferens passionem vel illata a passione que scilicet qualitas permanens est in subiecto sicut albedo nigredo caliditas frigiditas. Secundo differunt quia passio non denominat suum subiectum simpliciter quale sed solum aliquid passum. sicut de homine pallido dicimus q̄ timuit. Passibilis vero qualitas denominat suum subiectum simpliciter quale.

Non dicuntur autem alique qualitates passiones aut passibiles qualitatis quia aliquid patiantur aut pati possunt. sed dicuntur passibiles qualitates quia sunt passiones anime que nate sunt causare passionem corporalem aut passionem spiritualem. Exemplum primi vt ira gaudium timor. Exemplum secundi vt caliditas et frigiditas. Alique enim sunt qualitates que dicuntur passibiles aut passiones eo q̄ inferuntur ab aliqua passione sicut pallor causatur ex timore et rubedo ex verecundia.

Sciendum est tercio q̄ quarta species qualitatis est forma et circa hoc aliquid constans figura. Forma autem accipitur tripliciter. Uno modo pro forma substātiali que reductiue est in predicamento substantie. Secundo modo accipitur vt diffinit eam autor sex principiorum et sic est quoddam transcendens verificabile de omnibus predicamentis accidentium. et istis duobus modis non accipitur hic. Tertio modo pro debita commensuratione partium alicuius totius scōm exigentiam siue forme ex qua cōmensuratione consurgit quidam decor siue quedā rei pulchritudo et hoc modo hic accipitur. Similiter figura accipitur dupliciter. Uno modo pro quantitate terminata que sic diffinitur. figura est que termino vl' terminis clauditur. et sic est quantitas. Alio modo accipitur pro terminatione quantitatis scōm quam

dicitur q triangulus t quadriangulus sint figure et sic generaliter omnia artificialia reponuntur in hac specie. similiter pulchritudo t decor t rotundum t sic de alijs. Unde iste quatuor predicte species dicuntur ab aliquibus species qualitatis t probant per Aristotelem in predicamentis qui vocat eas genera t species. et similiter per autorem qui dicit qualitatis enim quatuor sunt species ergo omnes predicte sunt species. Alij vero dicunt q non debent dici species neq3 genera sed modi generum aut specierum. quia omnibus speciebus debet esse nomen commune incomplexum et vnuocum. sed omnes tales predicte complexe significantur nec habent vnum per se significatum vel vnum per se modum significandi sed habent diuersa significata ergo tales nō sunt species sed sunt modi specierum qualitatis et circumloquuntur quasdaz species innominatas propter defectum impositionis nominum. Probatur etiaz autoritate Aristotelis in libro predicamentorum dicētis q alij sunt modi qualitatis ab istis sed illi qui positi sunt dicuntur magis vsitati quare videtur velle philosophus q non sunt species qualitatis sed modi eius.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. potentia est ad aliquid scilicet ad actum. ergo naturalis potentia non est qualitas. Secundo arguitur sic. risibilitas est naturalis potentia et tamen non est qualitas. ergo naturalis potentia non est qualitas. Tertio arguitur sic. 5ª qualitatem dicimur quales. sed 5ª passionem non dicimur quales. ergo passio non est qualitas. Quarto arguitur sic nullum principium substantie est qualitas. sed forma est principium substantie. ergo forma nō est qualitas.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q potentia pro per se significato et capta formaliter est ad aliquid. tamen pro per se denominato est ens absolutum. Et vltra dicitur q non est species huius predicamenti sed solum est quidam modus accidentalis ipsius qualitatis. Ad secundam dicitur q distinguitur maior quia naturalis potentia capitur dupliciter. vno modo pro principio alicuius rei et sic risibilitas est naturalis potentia. Alio modo pro quadaz facilitate ad operanduz et sic nō est naturalis potentia. Ad tertiam dr q quis scōm passiones non dicamur quales simpliciter sed qualitate sicut rubedo habens esse permanens in subiecto est apta nata denominare ipm subiectum simpliciter quale. sic etiam quecunq3 alia rubedo cum omnes rubedines sint eiusdez speciei: tamen scōm nostrum modum loquendi non dicimur quales sed passibiles. Ad quartam negetur consequentia quia committitur fallacia equiuocationis vt patet in tertio notabili.

Alia vero dicuntur que ꝺm hec denominatiue dicuntur vel quomodolibet aliter ab his vt a grāmatica grāmaticus a iusticia iustus. vel quecunq3 dicūtur ab aliqua qualitate nō denominatiue eo q nomen non ē impositum ipsi qualitati vt cursor t pugillator. Et nota q cursor t pugillator dicuntur dupliciter. Uno modo dicuntur cursor t pugillator ab arte currendi t pugillandi. t sic sunt in prima specie qualitatis quia iste artes sunt habitus. Alio modo dicitur cursor non q habeat artem currēdi sed quia habet naturalem potentia ad actuz currendi. et pugillator non q habeat artez pugillandi sed quia habet naturalem potentiaz ad actum pugnandi. et isto modo dicuntur qualia ab istis naturalibus potentijs. sed non denominatiue eo q nomina non

sunt imposita istis naturalibus potentijs a quibus dicuntur q̃lia. ⁊ sic cursor ⁊ pugillator sũt in secunda specie qualitatis. alia autem dicuntur qualia nõ denominatiue quando nomen est impositus qualitati ꝑm quã dicitur quale sed eam non participat ꝑm illud nomen. vt studiosus a virtute. et sic sunt tres modi sumendi quale a qualitate.

Circa hunc textum notandum est primo q̃ hic consequenter diffinit quale sic dicens. qualia vero dicuntur que ſ3ᵐ hec denominatiue dicuntur vel quomodolibet aliter ab his. Que notificatõ sic habet exponi. Qualia scilicet dicibilia que dicuntur denominatiue sunt illa que dicuntur ſ3ᵐ qualitates iam dictas vel quomodolibet aliter id est non denominatiue. Ex qua diffinitione patet q̃ duplicia sunt qualia. quedam sunt que dicuntur denominatiue. alia vero que non dicũtur denominatiue. Illa enim qualia que dicũtur ab aliquibus qualitatibus quibus est nomẽ impositum duꝫ tamen conueniant in principio dictionis ⁊ differant in fine dicuntur denominatiue vt a grãmatica grammaticus. a iustitia iustus. Qualia vero dicuntur non denominatiue dupliciter. Primo quia dicuntur ab aliqua qualitate cui non est nomen impositum vt cursor ⁊ pugillator. cursor enim est ille qui naturaliter est dispositus ad currendum. et pugillator qui naturaliter est dispositus ad pugillandum. et sic cursor dicitur a qualitate disponẽte naturaliter subiectum ad talem actum scilicet a naturali potentia cui non est nomen impositum. Secundo aliqua dicuntur qualia non denominatiue quia nõ cõueniunt in principio dictionis ⁊ differunt in fine vt studiosus dicitur a virtute non denominatiue. Ex his patet q̃ tres sunt modi sumendi quale a qualitate. et scõm primum modum sumitur quale denominatiue. sed scõm alios duos modos non sumitur denominatiue.

Sciendum est secundo q̃ cursor ⁊ pugillator accipiunt dupliciter. Uno modo vt dicuntur ab arte currendi ⁊ pugillandi et hoc modo dicuntur denominatiue eo q̃ qualitati est nomen impositus vt cursor dicitur ab arte cursoria et pugillator ab arte pugillatoria. et hoc modo sunt in prima specie qualitatis. Alio modo accipiuntur cursor et pugillator ſ3ᵐ q̃ dicuntur a quibusdam naturalibus potentijs ſc3 q̃ aliquis dicatur cursor non quia habeat artem currendi sed quia habet qualitatem per quam potest hoc faciliter facere. et hoc modo cursor ⁊ pugillator sunt qualia dicta a qualitate non denominatiue et sunt in secunda specie qualitatis.

Sciendum est tertio q̃ omnia qualia dicuntur denominatiue ab aliq̃ litate sed non a quacunq;. Hoc patet sic. quia omnia qualia significant formas accidentales que quidem forme accidentales dicuntur esse forme denominantes subiectum qđ consignificat concretum. ideo quãtis multa concreta siue qualia non dicantur denominatiue ab aliquib⁹ qualitatibus proprie sumendo denominationem. tamen bene dicuntur denominatiue ab alijs quãtis ipsis formis denominantibus non sit nomẽ impositum per quod conueniant cum ipsis denominatiuis in principio dictionis et differant in fine. quia hoc est impertinens ad denominationem generaliter captam q̃ forma denominans et denominatiuum conueniant in principio dictionis ⁊ differant in fine. sed sufficit q̃ denominatiuum et denominans significent vnam et eandem formam realiter distinctam a natura denominata et q̃ differant in modo significandi quia propter vocis conuenientiam nihil acquiritur aut deperditur in denominatiuo et denominante. Vel dicitur q̃ quãtis aliqua denominatiua puta studiosus ⁊ multa alia nõ dicantur denominatiue a virtute. et cursor non dicatur denominatiue a quadam naturali potentia tamen studiosus dicitur denominatiue a studiositate. ⁊ similiter cursor dicitur denominatiue non a naturali potentia sed ab vno nomine significante illam naturalem potentiam quod conuenit cum eo in principio dictionis et differt in fine. sed forte tale non est impositum et potest fingi ſ3ᵐ vocis conuenientiam vt si dicatur cursitas quod significat tantuꝫ sicut naturalis potentia ad currẽdum et cursor significat illam naturalem potentiam in concreto ideo dicitur denominatiue.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. a virtute dicitur aliquid virtuosum. ergo aliquid dicitur denominatiue a virtute. Secundo arguitur sic. in predicamento quātitatis non est determinatus de denominatiuo eius. ergo hic non est determinandus de denominatiuo qualitatis. Tertio arguitur sic qualitas prius diffinita est per quale. ergo ñ debet hic diffiniri quale per qualitatē. Quarto arguitur sic. curſor et pugillator ſunt in ſecūda ſpecie qualitatis. ergo non ſunt in prima. cōſequentia tenet quia ſi eſſent in prima aut eſſent vniuoce aut equiuoce. non vniuoce quia ille ſpecies non diſtinguntur eſſencialiter ergo equiuoce ⁊ per conſequens non reponuntur in predicamento.

Ad rationes. Ad primā dicitur concedendo antecedens et etiam conſequens quia non eſt dictum q̄ aliquid non dicatur denominatiue a virtute ſed dictum eſt q̄ a virtute non dicitur ſtudioſus. Ad ſecundam dicitur q̄ omnia denominatiua quantitatis dicuntur denominatiue a quātitate ⁊ ideo de illis non determinauit autor noſter ſed qualia non ſemper dicuntur denominatiue a qualitatibus ⁊ ideo ad oſtendendum multiplicitatem ipſius autor noſter determinauit. Ad tertiam concedit̄ q̄ qualitas prius diffinita eſt per quale tā q̄ per nobis notius quia concreta notiora ſunt abſtractis ſed hic diffinitur quale per qualitatē tanq̄ notius naturaliter quia abſtractum ē cauſa concreti et cauſa eſt notior ſuo effectu.

Ad quartam negetur conſequentia ⁊ cum infertur non habet reponi in predicamento diſtinguitur vel ſ3° omnia ſua ſignificata ſimul et ſic conceditur. vel ſ3° vnum in vna ſpecie ⁊ ſ3° aliud in alia ⁊ ſic negatur.

Eſt autem contrarietas in q̄litate vt albedo contrariatur nigredini. iuſticia iniuſticie. h° autem non eſt proprium qualitati quia non conuenit omni q̄litati. figura enim non habet aliquod contrarium neq; aliquis medius color vt rubedo blauedo. Et ſciendum q̄ ſi vnum contrariorum fuerit quale reliquum erit quale. vt iuſticia eſt qualitas ergo iniuſticia. iuſtum eſt quale ergo iniuſtum. Item qualitas ſuſcipit magis ⁊ minus. dicitur enim iuſtus magis ⁊ minus iuſtus et albus et grāmaticus ſed hoc non ē proprium qualitati. quia quadratum non ſuſcipit magis neq; minus neq; circulus neq; quadrāgulatio neq; circulatio. Item proprium eſt qualitati ꝺm eam ſimile vl' diſſimile dici vt albus albo ſimilis dicitur. ⁊ iuſtus iuſto. albus autem nigro diſſimilis dicitur.

Circa hunc textum notandum eſt primo q̄ determinato de qualitate diffinitiue et diuiſiue et etiam de quali quantum ad eſſentiam vtriuſq; conſequenter autor determinat de ipſa qualitate quantum ad eius accidentia et proprietates. Et primo ponit primam proprietatem que talis ē

Qualitati conuenit habere contrarium. vt iuſticia contrariatur iniuſticie. ⁊ albedo nigredini. Cuius ratio eſt quia alique qualitates ſunt forme poſitiue que nō poſſunt ſimul ſe compati in eodem ſubiecto ſed bene ſucceſſiue. ergo aliqua contrarietate contrariantur. Unde contrarietas in qualitatibus poteſt quadrupliciter accipi Uno modo pro repugnantia aliquarum qualitatum non ſe permittentium ſimul ⁊ ſemel in eodem ſubiecto ſiue ille qualitates ſe expellant ab eodem ſubiecto ſiue non ⁊ ſic reperitur talis cōtrarietas in qualitatibus prime ſpeciei. Secundo modo accipitur pro repugnantia qualitatus aliquo modo ſe expellentium ab eodem ſubiecto ſiue ille qualitates maxime diſtant ſiue non. ⁊ ſic medij colores contrariantur extremis vt rubedo albedini. Tertio modo accipitur contrarietas pro repugnantia qualitatum non ſe permittentium in eodem ſubiecto imo ſe expellentium ab eodem ſiue hoc ſit actione propria aut actione ſuarum cauſarum. ⁊ hoc modo albedo et nigredo contrariantur. Quarto modo accipitur proprijſſime pro repugnantia qualitatum ſe expellentium ab eodem ſubiecto actione propria ⁊ talis contrarietas ſolum reperitur inter quatuor qualitates primas ſcilicet caliditatem frigiditatem humiditatem et ſiccitatem. Habere

autem contrarium non est aliquo mō proprium q̄litati.nō enim conuenit soli neq; omni cum alique qualitates de secunda et quarta speciebus non habeant contrarium. Consequenter autor in textu ponit vnam proprietatem contrariorum dicens q̄ si vnum contrariorum fuerit quale reliquum erit quale.et si vnum contrariorum fuerit in genere qualitatis reliquum erit in genere qualitatis. et hoc habetur ex decimo methaphisice vbi dicitur q̄ contraria maxime distant sub eodem genere ergo sequitur q̄ sunt in eodem genere.

Sciendum est secundo

q̄ secunda proprietas qualitatis est hec. Conuenit qualitati suscipere magis z minus.Que quidem proprietas potest exponi dupliciter. Uno? realiter.alio modo logicaliter.Realiter sic.qualitates intenduntur et remittuntur in suo proprio esse sicut album dicitur magis et minus album. similiter calidum frigidum z alia multa. Et si dicatur Aristoteles dicit in predicamētis q̄ vna virtus non est magis virtus q̄ alia.z tamen aliquis dicitur magis z minus virtuosus ergo videtur q̄ qualitas non suscipit magis et minus. Ad hoc dicitur q̄ virtus z similiter quelibet alia qualitas potest dupliciter considerari.Uno mō scōm esse eius specificum et vt prescindit a supposito z sic virtus non suscipit magis z minus quia esse vnius cuiusq; neq; intensionem neq; remissionem suscipiens est. Alio modo potest considerari scōm q̄ habet esse in supositis suis siue inferioribus suis et sic virtus suscipit magis et min⁹ in suo proprio esse indiuiduali propter pluralitatem graduum indiuidualium que nō sunt de quidditate speciei sed suditiui. Logicaliter sic exponitur.qualitas suscipit magis et minus.i.predicatur cum istis aduerbijs magis et minus vt dicendo asinus ē magis albus q̄ equ⁹ quocunq; enim modo exponatur qualitas suscipit magis z minus. Quāuis etiam hec proprietas non conueniat omnibus qualitatibus eo q̄ non conuenit illis de quarta specie: nulli tamen alteri conuenit a qualitate nisi per qualitatem.

Sciendum est tercio q̄

tertia proprietas qualitatis talis est. Proprium est qualitati scōm eam simile vel dissimile dici.sicut scōm albedinem dicimur similes vel dissimiles.z similiter scōm nigredinē.Unde similitudo ē rex differentium eadē q̄litas.sed dissimilitudo est rerum differentiuz diuersa qualitas.Hoc autem potest tripliciter intelligi.Primo q̄ illa qualitas sit eadem in genere z sic non est intelligenduz.quia sic contraria essent similia eo q̄ habēt eandem qualitatem in genere.Secundo modo potest intelligi q̄ sit eadem qualitas in numero. z sic iterum non ē intelligendum.quia eadez qualitas in numero non potest esse in diuersis subiectis.Tertio modo potest intelligi q̄ sint eadez in specie specialissima et hoc modo intelligitur hic.illa enuz dicuntur similia que habent eandē qualitatem in specie. Non est tamen intelligendum q̄ similitudo z dissimilitudo sint proprietates qualitatis cum sint relationes nec scōm qualitatem aliquid dicatur simile vel dissimile formaliter cum similitudo que non est qualitas z dissimilitudo sint forme quibus aliquid dicitur simile vel dissimile.sed debet sic intelligi conuenit q̄litati q̄ scōm eam aliquid dicatur simile vel dissimili effectiue.i.q̄ sit solum fundamentum similitudinis vel dissimilitudinis quia similitudo in nullo alio fundatur q̄ in qualitate z ideo conuenit omni qualitati soli z semper.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic.contraria sunt sub eodem genere posita.sed qualitas nō ponitur sub alio genere cum sit genus generalissimuz.ergo qualitati nihil est contrarium. Secundo arguitur sic.que maxime distant non conueniunt in genere.sed contraria maxime distant. ergo non conueniunt in eodem genere.z per consequens male dictum est q̄ si vnum contrariorum fuerit quale reliquum erit quale. Tertio arguitur sic aliqua qualitas mouetur de perfecto ad imperfectum.sed motus fit de contrario in contrarium z cum idem non contrarietur sibi ipsi. sequitur q̄ isti gradus indiuiduales variant speciem. vel q̄ eadem qualitas non suscipit magis z minus.

Quarto arguitur sic. omnia indiuidua eiusdem speciei dicuntur similia per suam formam specificam.ergo non conuenit soli qualitati scōz eam simile vel dissimile dici.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ licet qualitas in cōmuni nō ponat sub aliquo genere nec habeat contrarium tamen aliqua qualitas sub illo genere contenta bene habet contrarium z ipsa cuz suo contrario ponitur sub eodem genere. Ad secundam dicitur q̄ qualitates distant scōm suas proprias rationes z specificas.tamen in ratione generis sui cōueniunt ideo non maxime distāt simpliciter sub eodem genere. Ad tertiam dicitur q̄ idem mouetur de imperfecta qualitate ad perfectam qualitatem z tamen perfecta z imperfecta qualitas sunt eiusdem speciei z habent eandem essentiam z ideo non est inconueniens q̄ idem moueatur ad aliquod magis perfectum in eadem specie. Ad quartam dicitur q̄ omnia indiuidua eiusdem speciei per suam formam specificaz sunt similia similitudine essentiali que vocatur ydemptitas specifica.non tamen sunt similia si-

militudine accidentali que proprie similitudo dicitur.

Actio est ꝺm quam id qꝺ subicitur agere dicimur vt secans aliquis dicitur agere in eo qꝺ secat. vnde sectio ē actio. ⁊ ꝺm sectionem agit secans in eo qꝺ secat. ⁊ percussio est actio. Proprius actionis est ex se inferre passionem. Recipiūt autem agere ⁊ pati contrarietatem. calefacere enim est contrarium ei quod est frigidum facere. ⁊ delectari est contrarium ei quod est tristari. Recipiūt agere ⁊ pati magis ⁊ minus. calefacere enim magis ⁊ minus dicitur. et calefieri dicitur magis ⁊ minus. et similiter delectari ⁊ tristari.

Circa hunc textum notanduꝫ est primo ꝙ post ꝙ Petrus hiſ. determinauit de quatuor primis predicamentis que sunt alijs perfectiora. consequenter determinat de sex alijs que causantur a quatuor primis saltem in genere cause efficientis ⁊ non formalis. quia ipsa sunt generalissima ⁊ sunt sex prima principia rerum ⁊ sic non habēt genus supra se. nec dependent ab aliquo in genere cause formalis. Et primo determinat de actione ipsam primo sic diffiniens. Actio ē scꝺm quā in id qꝺ subicitur agere dicimur. Et debet diffinitio sic exponi. Actio est forma accidentalis respectiua extrinsecus aduenies scꝺm quaꝫ formaliter dicimur agere in id qꝺ subicitur. i. in passum. sicut scꝺm calefactionem agens dicitur formaliter calefacere. Et hec prepositio scꝺm debet dicere circūstantiam cause formalis cum actio sit forma denominans ⁊ agens sit denominatiuum formaliter distinctum ab actione. Unde actio potest accipi dupliciter. Uno modo ꝑ forma introducta in passum vel pro qualitate q̄ est ratio formalis agendi et sic non est predicamentuꝫ actionis nec in predicamento. Alio mō accipitur pro relatione reali que consurgit ex debita applicatione et approximatione agentis et patientis qua formaliter agens dicitur agens ⁊ tunc actio dicitur predicamentum. Unde duplex est actio. quedam est vbi preter operationeꝫ non est aliqua res operata sicut equitatio ⁊ nauigatio ⁊ ambulatio. et tales operationes appellantur nomine actionis. Alia est actio que notat operationem transeuntem vbi scilicet preter operationem est aliqua res operata sicut est domificatio ⁊ talis actio proprie appellatur nomine factionis. Non autem accipitur hic actio proprie sed cōmuniter prout sub se continet actionē proprie dictam ⁊ factionem. Et ꝙ actio sit relatio extrinsecus aduenies patet quia non ponitur posito fundamento nec consurgit ex natura extremoꝝ vt posita potentia actiua ignis ⁊ posita potentia passiua aque que sunt naturales potentie non immediate ponitur actio sed requiritur aliud scꝫ approximatio.

Sciendum est secundo ꝙ consequenter autor noster ponit tres proprietates actionis quarum prima est. proprium est actioni ex se inferre passionem. calefacere enꝫ infert calefieri. Que proprietas probatur quia omnis causa quantum est de se infert suum effectū sed passio est effectus actionis. ergo actio de se infert passionem. Et hoc videtur intelligendum de actione. i. de forma fluente introducta in passum. Potest etiam hec proprietas logicaliter exponi hoc modo. Proprium est actioni ex se inferre passionem. i. a propositione in qua predicatur verum de genere actionis ad propositioneꝫ in qua predicatur verum de genere passionis est bona ꝯsequentia. vt bene sequitur ignis calefacit aquam. ergo aqua calefit ab igne. Est aūt hec proprietas propria actioni. ⁊ quāuis alique potētie naturales ⁊ alique passibiles qualitates inferant passionem hoc tamen non est ex se ⁊ immediate sed mediante actione.

Sciendum est tercio ꝙ secunda proprietas actionis est habere contrarium. probatur quia alique actiones significant qualitates que sunt contrarie vt frigefacere significat frigiditatem et contrariatur huic qꝺ ē calefacere. ergo in actione est contrarietas ⁊ frigefactio ⁊ calefactio contrariantur ergo ⁊c.

Tertia proprietas est ꝙ actio suscipit magis ⁊ minus vt calefacere suscipit magis et minus. et similiter frigefacere. ergo calefactio et frigefactio suscipiunt magis ⁊ minus. Alle autem actiones suscipiunt magis ⁊ minus ⁊ etiaꝫ habent contrarium que fundantur super qualitatibus suscipientibus magis ⁊ minus ⁊ habentibus cōtrarium. et ratio huius est quia ad intensionem fundamenti et remissionem sequitur intensio et remissio in relationibus fundatis in talibus sup

damentis. sed actio est relatio ergo ad intensionem ꝛ remissionem sui fundamenti sequitur intẽsio ꝛ remissio in ipsa. ꝛ sic suscipit magis ꝛ minꝰ Sed hoc non est de per se sed de per accidens. non enim sunt iste proprietates proprie aliquo modo actioni quia non conueniunt omni neqꝫ soli.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. nullum primum principium ẽ causa alicuius alterius primi principij. sed actõ est primum principium. ergo non est causa passionis que est aliud primum principium. Secundo arguitur sic. omne inferens prius est illato. sed actio non est prior passione. ergo non infert passionem. Tertio arguitur sic. cõtraria non possunt simul in eodeꝫ conuenire. sed calefacere ꝛ frigefacere sil' eidem conueniunt. ergo nõ contrariantur inter se. minor patet quia aqua tepida simul calefacit corpus frigidum et frigefacit corpus calidum. Quarto arguitur sic. actio ꝛ passio conueniunt in genere. ergo nõ sũt genera generalissima quia habent aliud genus supra se saltem illud in quo conueniunt. Quinto arguitur sic. actio ꝛ passio sunt contraria. sed contraria posita sunt sub eodem genere. et que posita sunt sub eodem genere. non sunt generalissima. ergo actio ꝛ passio non sunt genera generalissima.

Ad rationes. Ad primã dicitur ꝙ vnum primum principium non est causa alterius primi principij i genere cause formalis licet sit in genere cause efficientis. Ad secundaꝫ dr ꝙ licet omne inferens sit priꝰ illato naturaliter non tamen scõm tempus. modo licet actio scõm naturam precedat passionem non tamen scõm tempus. Ad tertiam dicitur ꝙ quãuis contraria non possint eidem conuenire tanꝯ subiecto quia idem non est subiectum contrariorum. possunt tamen conuenire eidem tanꝯ cause. potest enim idem simul esse causa contrariorum. Ad quartam conceditur ꝙ actio ꝛ passio conueniunt in genere naturali sez in materia sed non logicali. Ad quintam dicitur ꝙ non oportet semper contraria poni sub eodeꝫ genere. imo sunt aliquando ipsamet genera contraria vt patet per philosophum in postpredicamentis.

Passio est effectus illatio ꝙ actionis. vt calefieri infertur ex calefacere et efficitur. Proprium autem passionis est primo inferri ex actione

Item passio non est in agente sed in patiente. De reliquis vero que prius dicta sunt modo sufficiant. Que sequuntur de alijs quatuor predicamentis non sunt data a petro hispano.

Circa hunc textum notandus est primo ꝙ passio sex modis accipitur. Uno modo pro accidente proprio alicuius rei. vt cum dicitur ꝙ risibile est passio hominis. Secundo modo accipitur ꝓ conceptu anime vt cum dicitur in primo perymenias ꝙ voces sunt note passionum. i. conceptuum qui sunt in anima. Tertio modo accipitur pro motu appetitus sensitiui vt sunt passiones ire timoris amoris ꝛ gaudij. Quarto modo accipitur pro dolore vel pena inflicta alicui violenter vt est passio xpi. Quinto modo accipitur pro qualitate que habet esse imperfectum ꝛ cito trãsit ꝛ sic est species vel modus qualitatis. Sexto modo accipitur pro immediato effectu actionis et sic accipitur hic. et sic diffinitur. Passio est effectus illatioꝫ actionis. Et dicitur effectus ad denotandum aliquid se habens per modum cõmunioris seu generis diffiniti. Et dicitur illatio ad denotandum ꝙ ille effectus necessario sequit' actionem. Et dicitur actionis ad differentiam ipsius actionis quia quãuis ipsa sit effectus ꝛ illatio non tamen actionis sed qualitatuꝫ a quibus causatur. Unde actio ꝛ passio differũt respectu huius qđ est inferri ab alio. quia actio tantũ infertur a qualitate. et passio a qualitate et ipsa actione. Unde duplex est effectus scilꝫ permanens ꝛ transiens. Effectus permanẽs est qui habet esse in facto esse ꝛ nõ soluꝫ in fieri. Sed effectus transiens est qui solum habet esse in fieri ꝛ non in facto esse vt sunt nauigatio ꝛ equitatio Et pro vtroqꝫ istorum modoruꝫ accipitur hic effectus. Passio tamen accipitur dupliciter. vno modo pro forma acquisita in aliquo subiecto ꝛ tunc non est in predicamento. Alio modo ꝓ relatione extrinsecus adueniente que consurgit ex debita approximatione potentie actiue ꝛ passiue ꝛ tunc est predicamentum ab aliis distinctũ

Sciendum est secundo ꝙ due sunt passionis proprietates ab autore assignate. Prima est. conuenit passioni inferri ex actione. probatur quia omnis effectus infertur a sua causa. sed passio est effectus actionis. ergo proprium est actioni inferre passionem. Et hoc videtur intelligi de passione que est forma acquisi

ta et non de passione formaliter sūpta. Secunda proprietas est. passio non est in agente sed in paciēte. probatur sic quia quod infertur ab alio z causatur non est in illo. sed passio infertur ab agente ergo passio non est in agente sed in patiente. siue capiatur passio pro forma acquisita siue pro respectu patientis ad agens. Unde passo formaliter sumpta fundatur in potentia passiua patientis et terminatur ad potentiam actiuam agentis. si tamen accipiantur actio z passio materialiter sc̄z pro forma successiue acquisita in aliquo procedente de esse imperfecto ad esse perfectum sic sunt in patiente. et hoc patet per philosophum secundo de anima dicentē actus actiuorum sunt in patiente predispposito. z tertio phisicoz. actio z passio sunt vnius motus ergo ꝛc̄. Item agens intendit assimilare sibi passum cum producat in specie similem formam quaz habet. sequitur ergo ꝙ illa forma existens in agente est eadem essentialiter cum forma producta in patiente. ergo sequitur ꝙ actio realiter capta scilz pro forma producta est in patiente. licet actio formaliter accepta non possit esse in eo sed in agente quia per actionem formaliter captaz agens dicitur formaliter agere z est ratio formalis quare agens est agens ergo si ipa esset in patiēte patiēs formaliter diceretur agere quod est falsum.

Sciendum est tertio ꝙ

passio est essentialiter forma respectiua. probatur quia illud est forma respectiua quod est essentialiter ad aliud. sz passio ē huiusmodi eo ꝙ impossibile est concipere passionem sine aliquo termino. ergo ꝛc̄. Secunda ratio quia cuiuscūqz abstracti concretum est respectiuum ipsum abstractum est respectus. sed concretum passionis est respectiuum vt patet quinto methaphisice vbi dicitur ꝙ agens et patiens referuntur in secundo modo relationis ergo sequitur ꝙ passio est relatio seu respectus. Et ob hoc dicunt aliqui ꝙ in omni actōne z passione sunt tres entitates absolute et sex respectus. Prima entitas absoluta est entitas agentis. Secunda entitas patientis. Tertia entitas forme producte in patiens. Sed quia agens producit illam formam ideo ipsius agentis ad formam est vnus respectus scilicet producentis ad productuz et econtra forme producte ad agens. Est alius respectus qui est producti ad producens. et quia talis forma recipitur in patiente ideo ipsius patientis ad formam ē quidam respectus qui est recipientis ad receptum. et est alius sibi oppositus qui est recepti ad recipiens. Et cum agens producit formam in patiente est vnus respectus agentis ad patiens et est alius sibi oppositus qui est ipsius patientis ad agens.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. nullum genus generalissimuz est effectus alterius generalissimi. sed passio est genus generalissimum ergo non est effectꝰ actionis que est genus generalissimum. Secundo arguitur sic. actio non est causa passionis gꝫ passio non est effectus eius. antecedens patet qz omnis causa producit suum effectum mediante aliqua actione. ergo si actio sit causa passionis tunc actionis esset actio et per consequens procederetur in infinitum in actionibus. Tertio arguitur sic. accidens non migrat de subiecto in subiectum. ergo passio non procedit ab agente in patiens et per consequens non est in patiente subiective. Quarto arguitur sic. effectus z illatio idem sunt. ergo vnum superflue ponitur.

Ad rationes. Ad primā

dicitur ꝙ passio potest considerari dupliciter. vno modo scōm ꝙ est primum principium essentiale omnium illorum que sunt de sua coordinatione z sic non est effectus actōnis. Alio modo cōsideratur in particulari. z sic non est principium sed est effectus actionis. Ad secundam negetur antecedens. z ad probationez distinguitur antecedens. quia duplex dꝫ causa quedaz ē principalis scilicet illa que producit effectuz z sic cōceditur. alia est qua producitur effectus qui sc̄z non est agens principale sed id quo principale agens dicitur agere formaliter z sic negatur antecedens. actio autem non est causa principalis passionis sed minus principalis. Ad tertiam conceditur ꝙ accidens non potest migrare ab aliquo in quo prius fuit tanꝯ in subiecto in aliud tanꝯ in subiectum: tamen potest migrare ab vno tanꝯ a causa in aliud tanꝯ in subiectuz cuiusmodi est passio. Ad quartam dicitur ꝙ non sunt idem conuertibiliter. Vel dicitur ibi illa coniunctio et tenetur expositiue. ita ꝙ sit sensus passio est effectus id est illatio actōnis ita ꝙ ibi sit expositio nominis minus noti per nomen magis notum.

Uando est quod ex adiacentia temporis in re temporali derelinquitur. vt hodie esse. cras fore. Item duplex est quando scilicet simplex z compositum. sicut duplex est tempus. Item tres sunt proprietates quando. Prima ē ꝙ

quando non suscipit magis neq; minus. Secunda est q; quando nihil est contrariuz. Tertia est q; quãdo est in omni illo qõ incipit esse in tempore.

Circa hũc textum notandum est primo q; quãdo accipitur tripliciter. Uno modo interrogatiue vt cum dicitur quando venit sortes. Alio mõ relatiue vt dicendo sortes venit quando plato currebat. et his duobus modis est vnum sincathegoreuma. Tertio modo accipitur vt tantum valet sicut in tempore vel aliquando. z sic ẽ vnũ predicamentum ab alijs distinctum qõ sic diffinitur. Quando est qõ ex adiacentia temporis in re temporali derelinquitur. Que diffinitio habet sic exponi. Quando est ens respectiuuz quod causatur in re temporali ex adiacentia temporis sicut enim sortes non dicit formaliter albus nisi ab albedine. sic etiaz res temporalis non dicitur esse vel fuisse formaliter in tempore nisi per vnũ accidens existens in ea subiectiue quod dicitur quando. Unde illud quando non est ipsuz tempus sed est ab eo causatuz. nec est res temporalis sed in ea est subiectiue z formaliter z inheret ei per respectum ad mensuram sue durationis que quidem mensura est tempus. Qz autem quando non sit tempus probatur sic q; omnis causa efficiens est extrinseca suo causato z realiter ab eo distinguitur. sed tempus est causa ipsius quando. ergo tempus et quando realiter distinguntur. Unde tempus dicitur adiacere rei tẽporali et non inherere qz est mensura extrinseca rei tẽporalis z habet esse subiectiue in primo mobili. vnde ex adiacentia ipsius rei temporalis cõsurgit quidam respectus rei qui vocatur quando. Unde quando est predicamentum ab alijs distinctum patet qz est genus generalissimũ habens genera z species distinctas a generibus z speciebus aliorum predicamentorum. Habet etiaz modum predicandi distinctum ab alijs scilicet predicari in quando. qõ probatur qz illud predicatur in quando qõ conuenienter respondet ad interrogationẽ factam per quando. sed cuz queritur de prima substantia per hoc quesituũ quãdo conuenienter respondet quando. vt puta cuz queritur quãdo fuit sortes. conuenienter respõdetur heri. ergo quando predicatur conuenienter in quando. Accipitur tamen equiuoce qñ scõm q; est genus generalissimuz huius predicamenti. z scõm q; est quesituum eius. Genera aũt subalterna eius sũt fuisse esse z fore. Species vo eius sunt esse in die. esse in anno. fuisse in anno. fuisse in die z sic de alijs. Et individua eius sunt fuisse in hac die. in hac hora. in hoc anno. Et si queratur vtruz quando equiualeat huic qõ ẽ esse in tempore. Respondetur q; equiualet huic qõ est in tẽpore. qz esse hodie est species quando sed esse hodie valet tantuz sicut esse in tempore.

Diuiditur etiaz quando in quando simplex z in quando ꝯpositum. Unde quando simplex est qõ causatur a tẽpore simplici vt ab ipo nunc. vt esse in presenti vel esse nunc dicitur esse quando simplex. Sed quando compositum est qõ causatur a tempore composito scz preterito z futuro. Et in hoc predicamento reponuntur omnia que conuenienter respondentur ad interrogationez factam per quando vt sunt in anno in die in hora et sic de alijs.

Sciendum est secundo

q; ipsius quando sunt due proprietates. prima ẽ Non habere contrarium ꝯuenit ipsi quando. q; aũt nõ habere ꝯtrariuz ꝯueniat ipsi quando patet quia si ipsum haberet ꝯtrarium maxime esset fuisse in tẽpore z fore. sed hoc ẽ falsum. eo q; ipa verificentur de eodem. iste enim sunt vere simul sortes fuit heri sortes erit cras. ergo sequitur q; non contrariãtur. Aliter probatur qz ꝯtraria sunt forme passiue z actiue adinuicem. sed fuisse z fore non sunt forme actiue z passiue adinuicez ergo nõ contrariantur. Tertia proprietas est quando non suscipit magis neqz minus. probatur qz aliquid non dicitur fuisse et esse et fore in tempore magis q; aliud gõ ꝛc. Darũ autẽ proprietatuz ratio cõis potest esse quia quando causatur imediate a tẽpore qõ nec habet ꝯtrarium nec suscipit magis vel minus. Et capitur ibi contrarietas pro repugnantia duaz formaz actiuaz z passiuaz que nõ possunt simul esse in eodez sed bene successiue. qz si acciperet ꝯtrarietas cõiter. in hoc ꝑdicamẽto posset reperi ꝯtrarietas

Sciendum est tercio q;

quando et tempus differunt et conueniunt. Conueniunt enim in hoc q; sicut tempus est ens successiuum ita similiter et quando. Sed differunt quia tempus est in primo mobili subiectiue. quãdo vero in re temporali. et quia tempus adiacet rei temporali consurgit quidam respectus ad tẽpus z alius sibi oppositus scilicet temporis ad rem temporalem. Et si queratur quis est talis respectus respondetur q; est respectus extrinsecus aduenies quia non ponitur necessario posito fundamento et termino ergo ꝛc. Et si arguatur in opposituz q; ille respectus est intrinsecus quia ponitur positis fundamento z termino. quod patet quia positis motu z tempore necessarium est motum esse in tempore. ergo est relatio intrinsecus aduenies. Ad hoc respondetur ponendo primo cuz philosopho quarto physicorum si esset mobile extra celum z moueretur

non moueretur in tempore eo q̃ non esset sub tẽ pore. et tamen res temporalis esset. et tempꝰ esset et non esset ille respectus qui est esse in tempore ergo necessario et clare patet q̃ quando non necessario ponitur positis fundamento ꝛ termino

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. in tempore non predicatur de prima substantia. ergo non est predicamentum et per consequens neq; quando. cum in tempore et quando equiualeant. antecedens patet qꝛ solus obliquus non potest predicari de aliquo

Secundo arguitur sic. si queratur quando factum fuit hoc conuenienter respõdetur anno domini millesimoquadragesimo. et sic de alijs. et tamen hoc totum non est in predicamento cũ sit quoddam complexum. ergo non omnia per que conuenienter respondetur ad questionẽ fac tam per quando in hoc predicamento reponuntur.

Tertio arguitur sic. nullum sincathegoreuma est predicamentum. sed quando est sincathegoreuma. ergo quando non est predicamẽtum. minor patet quia non est nomen neq; verbum. ergo est pars sincathegoreumatica. probatur per autorem qui vocat omnes alias partes orationis a nomine ꝛ verbo sincathegoreumaticas.

Quarto arguitur sic. homo triginta annorum magis fuit in tempore q̃ homo viginti annorum. ergo quando suscipit magis ꝛ minus.

Ad rationes. Ad primã

dicitur q̃ quãuis in tempore non possit predicari de aliquo per se tamen bene potest cum rectosq; esse in tempore. ideo hoc totum esse in tempore circũloquitur nobis illuꝫ respectum qui est p̃dicamentum quando.

Ad secundam dicit q̃ quãuis hoc totuꝫ ãno dñi millesimo ꝛc sit cõplexum scõm vocẽ ꝛ scõm ꝓprium significatum tamen scõm significatum circũlocutuꝫ est incomplexum. ꝛ inquantuꝫ huiusmodi ponitur in predicamento.

Ad tertiam dicitur q̃ quando captum interrogatiue vel relatiue est sincathegoreuma non tamen vt significat idem sicut esse in tempore vel mensurari tempore.

Ad quartam dicitur q̃ vnus hõ non dicitur magis fuisse q̃ alter quãuis vnus dicatur in maiori tempore fuisse q̃ alter.

Vbi est circumscriptio corporis locati a loci circumscriptione procedens. vt in ecclesia esse. in foro esse. Et diuiditur vbi. qꝛ quoddam est vbi simplex. et est illud quod a simplici loco procedit vt est locus punctorum. et quoddam est vbi compositum. et est illud quod a loco composito procedit. Proprietates vbi sunt due. Prima est q̃ vbi nihil est contrarium. Secunda est q̃ vbi non suscipit magis neq; minus huius est q̃ vbi nõ suscipit intensionem ꝛ remissionem

Circa hunc textum notanduꝫ est primo q̃ vbi sic diffinitur in textu. Vbi ẽ circũscriptio corporis locati a loci circumscriptione procedens. In qua diffinitione ponitur circũscriptio loco generis vel cõmunioris. Et ponitur locati ad denotãdum subiectum ipsius vbi. Et ponitur a circumscriptione loci procedens ad denotandum eius causam efficientem. Vbi enim est quoddaꝫ accidens respectiuũ existens in corpore locato causatuꝫ ex circũscriptione actiua loci. Vnde circũscriptio accipitur dupliciter. vno mõ vt est circũscribentis actio et sic ẽ in predicamẽto actionis. Secũdo mõ vt ẽ circũscripti passio ꝛ sic ẽ in predicamento passionis. Tertio mõ idem est q̃ esse circũscriptum. ꝛ hoc modo accipitur hic. Pro declaratione huius diffinitionis ponuntur aliq̃ distinctiones. prima est locus capitur dupliciter Uno mõ pro per se significato et sic locus nihil aliud est q̃ quedam relatio locantis ad locatum seu superficiei circũscribentis ad circũscriptum ꝛ sic vocatur locatio actiua. Alio modo capitur pro denominato ꝛ tunc est ipsa superficies circũscribens locatum.

Secunda distinctio vbi capitur dupliciter. Uno modo vt ẽ quedã quiditas cõis ad vbi actiuum ꝛ vbi passiuum. ꝛ vbi actiuum est relatio locantis ad locatum. et vbi passiuum est relatio locati ad locatum. prima locatio dicitur actiua seu vbi actiuuꝫ. secunda vo dicitur passiua seu vbi passiuuꝫ. Alio mõ vbi capitur scõm restrictionem vsualem ad standuꝫ p̃cise pro vbi passiuo. qꝛ quandocũqꝫ aliquid dicitur cõmune duobus ꝛ vni est nomen impositum alteri vero non. tunc illud cõe restringitur ad stãdum pro illo cui non est nomen impositum. sed vbi actiuo est nomen impositus scꝫ locus formaliter sumptus. ꝛ vbi passiuo nõ est nomen impositum ideo vbi cõe ad vbi actiuum ꝛ vbi passiuũ restringitur ad standum vsualiter pro vbi passiuo.

Dis visis dicitur q̃ vbi nõ diffinitur in textu vt ẽ generalissimũ. sꝫ conuenit solũ diffinitio vbi passiuo. Et quia vbi actiuum ꝛ passiuum

sunt relatiua et cognito vno relatiuorum facilʒ ter cognoscitur reliquū. ideo faciliter potest cog noſci vbi actiuum. Ex his infertur ꝙ vbi non causatur a loco formaliter sumpto cum lo cus isto modo sit eius species. quāuis bene cau setur ab ipso materialiter capto, ʒ eodem modo dicendum est de alijs predicamentis.

Sciendum est secundo

ꝙ locus materialiter captus ʒ vbi differunt. Pri mo quia locus est causa extrinseca ʒ efficiens ip sius vbi. et vbi est ab eo causatum. Secundo dif ferunt quia locus non est in locato subiective ſʒ est in locante. vbi vero est subiective in locato.

Et vbi diuiditur in vbi simplex ʒ in vbi com positum. Vbi simplex est quod causatur a loco simplici. vnde sicut visum est capitulo de quan titate particule loci copulātur ad eundem termi num cōmunem ad quez copulantur partes cor poris scilicet ad aliquod indiuisibile ideo talis terminus apud mathematicos vocatur locus simplex ʒ correspōdet alicui indiuisibili. Vbi vo compositum est quod causatur a loco composi to. est autem locus compositus correspondens locato diuisibili. Unde vbi vt est quedam quidditas communis ad vbi actiuum et ad vbi passiuum est vnum predicamentum ab alijs di stinctum. Probatur quia est vnum genus gene ralissimum habens vnum modum predicandi ō prima substantia distinctum a modo predicandi omnium aliorum predicamentorum. modus au tem predicandi eius est predicari in vbi. Et pro prium eius quesitiuum ē vbi. probatur quia om nia illa ponuntur in predicamento vbi que con uenienter videntur responderi ad interrogatio nem factam per vbi. sed cum queritur de prima substantia per hoc quesitiuum vbi conuenienter respondetur vbi. ergo vbi interrogatiue captuz est proprium quesitiuum huius predicamenti. et minor patet quia cum queritur vbi est sortes cō uenienter respondetur est in campo est in terra ʒ sic de alijs. Genera etiam eius subalterna assig nantur esse deorsum sursum ante retro dextrum et sinistrum. Species eius specialissime assignan tur esse in aere in terra in domo ʒ sic de alijs. Et eius indiuidua sunt esse in hac domo. in hac ec clesia ʒ sic de alijs.

Sciendum est tercio ꝙ

ipsius vbi assignantur due proprietates. Pri ma est non habere contrarium. probatur per lo cum a maiori quia si habere contrarium conue niret vbi maxime esset sursum ʒ deorsum. et ta men ista non contrariantur cum possint simul ʒ semel de eodem verificari. idem enim corpus est sursum ʒ deorsum respectu diuersorum. sed con traria nunq̄ possunt simul et semel verificari de eodem. ergo sursum ʒ deorsum non contrarian tur. Et quāuis sursum ʒ deorsum maxime a se in uicem distant hoc tamen nō est distantia forma li siue specifica sed solum distantia locali quia sunt eiusdem speciei. Secunda proprietas vbi non suscipit magis neq̄ minus. Probatur quia aliquid non dicitur magis et minus in lo co ꝙ aliud cum vtriq̄ conueniat equaliter circū scribi a loco. licet hoc sit in maiori loco ꝙ aliud.

Et ratio istarum proprietatum cōmunis talis est. quia vbi immediate causatur a quantitate q̄ nec habet contraria nec suscipit magis neq̄ mi nus ergo ꝛc.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. substantie incorporee puta an geli sunt in loco ʒ tamen non circumscribuntur a loco. ergo vbi non est circumscriptio corporis cum tales non habeant corpus. Secundo arguitur sic. vbi est syncathegoreuma. ergo non est predicamentum. Tertio arguitur sic. in vbi est contrarietas quia in ipso reperitur mo tus quinto phisicorum. ergo. Quarto ar guitur sic. vbi ē circumscriptio actiua locati. sed terminare est actio. ergo reponitur in predicamē to actionis.

Ad rationes. Ad primā

dicitur ꝙ substantie incorporee non sunt in loco dimensionatiue et circumscriptiue. sed tantum diffinitiue. et de illo nō intenditur hic. Ad secundam dicitur ꝙ vbi capitur tripliciter. Uno modo interrogatiue vt cum queritur vbi est sor tes et sic est quesitiuum huius predicamenti. Alio modo capitur relatiue vt cum dicitur sor tes currit vbi plato disputat. et his duobus mo dis non est predicamentum. Tertio modo acci pitur pro quadam quidditate cōmuni ad vbi ac tiuum et ad vbi passiuum et sic est vnum de de cem predicamentis. Ad tertiam negetur consequentia ꝙ ad motum non requiritur con trarietas proprie dicta. sed sufficit contrarietas generaliter dicta de qua non est hic ad propoſi tum. Ad quartam dicitur ꝙ talis circum scriptio actiua non est actio saltem accipiendo eam pro relatione fundata in circumscribente et terminata ad circumscriptum. sed est quedaz re latio causata a superficie et terminata ad corp⁹ locatum.

Situs est quedaz par tium situs et generati onis ordinatio. vt ses sio statio et sic de alijs. Itez tres sunt proprietates positio-

nis. Prima ē q positio nō hab3 contrarium. Secunda est q positio nō suscipit magis neq3 minus. Tertia est q proprium est positioni substantie proxime assistere.

Circa hunc textum notandum est primo q positio sic diffinitur in textu. Q2 positio est quedā3 situs partium et generationis ordinatio. Unde in positione est duplex ordo. Unus est partium in loco et iste tangitur cum dicitur est quedā situs partium. Alius est partium in toto qui in est per generationem et talis ordo tangitur cum dicitur generationis ordinatio. Per positionem autē3 triplex denominatur ordo partium. prim9 partium in loco. secundus est partium inter se. et tertius est partium in toto. primus autem ordo proprie significatur per hoc nomen situs. videmus enim q quando aliquis surgit q partes eius aliter t aliter situantur in loco q quando sedet. secundus vero t tertius ordo significantur nomine positionis. Unde positio est predicamentum ab alijs distinctum habens genera t species t individua et modu3 predicandi distinctum ab alijs. Genera enim subalterna eius sunt positio innata. t positio acquisita. situari sursu3 t deorsum. Species eius specialissime sunt sedere stare et sessio et statio. Individua vero ei9 sunt sessio socratis. statio platonis. Modus autem predicandi eius est predicari in quomodo est situatum. Reponuntur autem in hoc predicamento omnia per que conuenienter respondetur ad interrogationem factam per quomodo est hoc situatum et eorum abstracta. Si enim queratur quomodo situatur socrates. conuenienter respō detur iacet vel stat et sic de alijs. similiter hec est essentialis predicatio sessio est positio acquisita

Sciendum est secundo

q tres sunt positionis proprietates sicut situs. Prima non habere contrariu3. quia si aliqua positio haberet contrarium tunc maxime manere t iacere contradicerent siue contrariarentur. et tamen non contrariātur quia ea ratione qua iacere et manere contrariarentur. eadem ratione stare et manere contrariarentur. sed hoc est falsum quia vni non possunt esse plura contraria ergo positioni non inest contrarietas. Secundo probatur quia contraria maxime a se inuicem distant et mutuo se expellunt ab eodem subiecto sed positiones non sunt huiusmodi ergo positioni nihil est contrarium. Secunda proprietas est. positio nō suscipit magis t minus quia socrates non dicitur magis neq3 minus stare vl iacere q plato. ergo iacere et stare non suscipiunt magis et minus. nec etiam alia similia quia non possunt intendi t remitti in suo proprio esse ergo zc.

Sciendum est tertio q

proprie proprium est positioni maxime assistere substantie. Et q sit proprie proprium probatur. quia positio importat quendam ordinem partium ad totum t ad locu3. sed ordo partium in toto inest toti per generationem scōm q vna pars precedit aliam. ergo immediacius inest substātie siue assistit q aliud accidens. Unde positio proprie dicit respectum extrinsecus aduenientē causatum ex ordine partium inter se t ad locum.

Aliqui tamen dicunt q hec proprietas habet veritatem in sex vltimis predicamentis ita q sit sensus inter sex vltima predicamenta primo assistit immediacius substantie q aliquod aliud p̄dicamentum. Et dicunt isti q relatio immediacius assistit substantie. et similiter quantitas q positio. eo q relatio causatur a toto. positio vero a partibus ordinatis inter se t ad totum t ad locum. sed totum prius est suis partibus saltem via perfectionis. ergo relatio causata a toto immediacius substantie assistit q positio.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. situs denominat totum et non partes dicimus enim q homo sedet t non partes eius. ergo male dicit in diffinitione q est quedā3 partium situs. Secundo arguitur sic. iacere t stare maxime distāt nec possunt eidem simul inesse sed bene successiue. ergo iacere t stare contrariantur. Tertio arguitur sic. Relatio et quantitas primo insunt substantie q positio. g2 non est proprium positionis proximius assistere substantie. Quarto arguitur. situs t positio idem sunt. ergo vnum non debet diffiniri per reliquum.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q quamuis positio primo conueniat toti tanq̄ subiecto. prius tamen conuenit partibus sic q partes se habent tanq̄ illud mediante quo conuenit toti. Ad secundam dicitur q quāuis iacere t stare nō possint simul et semel inesse eidem subiecto. non tamen expellunt se ab eode3 subiecto per se. sed solum per accidens. per hoc enim q aliquid mouetur localiter t accipit aliu3 t alium ordine3 diuersimode situatur. Ad tertiam dicitur q petrus hispanus non intendit simpliciter dicere q positio immediaci9 insit substantie quolibet alio accidente. sed vult dicere q inter sex vltima predicamenta bene positio immediacius est substantie q alia. cum situs imme

diacius assistit substantie. non enim est idem assistere z inherere. nam ad assistere sufficit presens esse. Ad quartam dicitur q positio z situs possunt capi dupliciter. vno modo generaliter z sic sunt conuertibilia. alio modo potest capi positio specialiter et sic non sunt conuertibilia nec vnum potest diffiniri per reliquum.

Habitus est corporum et eorum que circa corpus sunt adiacentia. vt tunicatum esse. loricatum esse. Et tres sunt proprietates eius. Prima est q habitus suscipit magis et minus. vt eques ē armatior pedite. Secūda est q habitus nō habet contrarium. Tertia est q habitus semper est in pluribus. scilicet in habente z in habito.

Circa hunc textum notandus est primo q habitus sic diffinitur in textu. Habitus est corporum et eorum que circa corpus sunt adiacentia Et debet hic esse predicatio causalis et non formalis. debet enim sic exponi habitus causatur ex corporibus et eorum que circa corpus sunt adiacentia. Et debet ibi intelligi accidens loco generis ita q sit sensus habitus causatur. id est habitus est accidens causatum. Unde habitus non est corpus neq3 ea que sunt circa corpus eo q illa possunt existere habitu non existente. sed est quoddam accidens respectiuum extrinsecus aduenies causatus ex adiacentia z applicatione eorum que circa corpus sunt z ipsorum corporum. quo accidente aliquid dicitur formaliter habere vel haberi siue habituatum esse.

Unde habere fundatur super corpore vel in corporibus z terminatur ad illud quod est circa corpus. Relatio autem sibi opposita fundatur in eo quod est circa corpus. z terminatur ad ips3 corpus qō habituat. Qz autem sit relatio extrinsecus aduenies patet. quia non ponitur positi extremis vt posito corpore et similiter posito eo quod est circa corpus non ponitur habere. sed requiritur applicatio eorum adinuicem.

Sciendū est secundo q habitus est genus generalissimum habens sub se plures species subalternas. q sit genus probatur quia predicatur ō pluribus differentibus specie. Et q sit generalissimum patet quia est genus et non habet aliqō superueniens genus. g. est genus generalissimum. patet consequentia p locum a diffinitione ad diffinitum. Uerum est tamē q habitus potest capi dupliciter. Uno mō actiue scilicet pro relatione fundata in corpore z terminata ad illud quod est circa corpus z sic ē species huius predicamenti. Alio modo capitur pro relatione illi opposita scz haberi que fundatur in illo quod est circa corpus z sic est alia species huius generis. Sed habere in sua quidditate cōmuni vt superius est ad habere actiue. et haberi est predicamentum ab alijs distinctum Cuius genera subalterna sunt habere z haberi. et armatum esse z vestitum esse. Species vero eius specialissime sunt loricatum esse siue loricatio: capuciatum esse. z galeatum esse z sic de similib9 Habet etiam individua vt sunt armatio sortis. et loricatio platonis z sic de singulis. Reponuntur autem in hoc predicamento omnia q conuenienter respondētur ad questionem facta3 per hoc interrogatiuum quomodo est hoc habituatum. Reponuntur etiam abstracta eorum et omnia que de ipsis essentialiter predicantur.

Sciendum est tercio q ipsius habitus tres sunt proprietates quarum prima est suscipere magis z minus. Dicim9 enim q sortes qui habet galeam et loricam est magis armatus q qui habet loricam tantū. ergo armatum esse suscipit magis z minus. Secunda proprietas habitus est non habere contrarium. Ratio huius est quia fundamenta z termini ipsius habitus non habent contrarium. ergo etiam nec habitus habet contrarium. relationes enim non dicuntur contrarie nisi ex consequenti et p accidens scilicet ad contrarietatem fundamentorum et terminorum quia totum esse relationis est ad aliud. Causantur enim relationes a suis fundamentis et terminis. ideo si fundamenta et termini non habebūt contraria nec z ipse relationes possunt habere contraria. quia contraria sunt forme adinuicem maxime distantes et mutuo se ab eodem subiecto expellentes que non possunt simul eidem inesse nec de eodez verificari. sed armatum esse z loricatum esse possunt simul de eodem verificari ergo habitui nihil ē cōtrarium. Tertia proprietas est. proprium est habitui in pluribus existere. Probatur quia habitus est quidam respectus extrinsecus aduenies causatus a corpore tanq a fundamento. et ab eis que circa corpus sunt tanq a termino et econuerso. ergo habitui cōuenit in pluribus existere. Aduertendum est tamen q aliquid dicitur existere in alio dupliciter. Uno modo tā q in subiecto. Alio modo tanq in causa vel termino. Isto notato inferuntur duo corelaria.

Primum est. impossibile est idem accidens in pluribus subiectis existere. et hoc tanꝯ in subiecto. qđ probatur quia idem accidens in numero non potest esse in diuersis subiectis. cum accidentia numerantur ad numerationem suoꝝ subiectorum. ergo idem accidens numero non potest in pluribus subiectis existere. Secundum correlarium est ꝙ idem accidens potest existere in vno tanꝯ in subiecto et in alio tanꝯ in termino siue in causa. hoc patet quia relatio est accidens quod habet esse in vno subiectiue puta in fundamento et in alio terminatiue. ergo idem accidens potest in pluribus existere in vno scilicet tanꝯ in subiecto et in alio tanꝯ in termino. z hoc modo intellexit autor noster.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. tunica ē habitus z tamē nō ē adiacentia corporuꝫ nec causatur ex his que circa corpus sunt. ergo habitus non est adiacentia corporis z eorum que circa corpus sunt. Secundo arguitur sic quando est adiacentia tēporis ad rem temporalem. ergo est adiacentia corporis z eorum que circa corpus sunt. et per cōsequens hec diffinitio conuenit alijs a diffinito.

Tertio arguitur sic. habitus est species qualitatis. ergo non est predicamentum ab alijs distinctum. Quarto arguitur sic. nullum accidens est in pluribus. sed habitus est accidens. ergo habitui non conuenit in pluribꝰ existere.

Ad rationes. Ad primā dicitur ꝙ si accipiatur habitus materialiter et ꝑ denominato tunc tunica est habitus. si autez accipiatur formaliter tunc tunica non est habitus non enim est ad id quo aliquid formaliter dicitur haberi vel habituatum esse. Ad secundam dicitur ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit habitus non sufficit ꝙ sit adiacens. i. ꝙ causetur ex adiacentia tm̄ sed cum hoc requiritur ꝙ sit applicatum rei habenti. modo quando bene causatur ex adiacētia temporis hoc est ex tempore adiacente rei temporali. et illud vocatur esse in tēpore z vbi esse in loco. ideo vbi z quando non sunt habitus. Ad tertiam dicitur ꝙ habitus potest capi dupliciter vno modo pro qualitate inherente subiecto de difficili mobili a subiecto z sic habitus est qualitas. Alio modo capitur pro quodaz respectu extrinsecus aduenīente qui causatur a corpore et terminatur ad id qđ est circa corpus. z sic ē vnū predicamentum ab alijs distinctum. Ad quartam dicitur ꝙ quāuis idem accidens non possit in pluribus esse tanꝯ in subiectis potest tamen esse in pluribus tanꝯ in causis. vel in vno tanꝯ in subiecto z in alio tāꝯ in termino. Et hec de predicamentis.

Scitur autem alterum alteri oppom quadrupliciter. oppositorum enim quedam sunt relatiua vt pater z filius. duplum z dimidium. quedam sunt priuatiue opposita. vt priuatio z habitꝰ visus z cecitas auditus z surditas. Alia sunt contrarie opposita. vt album et nigrum. Alia sunt contradictorie opposita. vt sedere non sedere. Que autē sunt relatiue opposita dictuz est in capitulo de relatione

Contraria sunt quecūqꝫ sub eodem genere posita maxime a seinuicem distant mutuo se expellunt z eidem susceptibili vicissim insunt a quo mutuo se expellunt nisi alterum insit a natura. vt albedo in cigno et nigredo in coruo z ethiopi. caliditas autem non est in igne vt accidens in subiecto imo vt substantiale in eo cuius est substantiale sicut sunt quedam que cadunt in diffinitione alicuius nō ſm predicationem sed potius vt principiū. vt punctus in diffinitione linee. z vnitas in diffinitione numeri. et iste modus essendi in continetur sub quarto modo scōm quem vnaqueqꝫ pars diffinitionis est in suo dif

finito. et sic ignis non est subiectum caliditatis. sed materia ignis est subiectum eius. hec enim susceptibilis est caliditatis et frigiditatis. vnde caliditas est in materia ignis vt in subiecto in igne vero non vt in subiecto sed vt substantiale in eo cuius est substãtiale. Priuatiue opposita sunt que habent fieri circa idem subiectum ordine irregressibili. t tempore determinato a natura. ordine irregressibili dico quia ab habitu in priuationem deuenire possibile est sz non econuerso. impossibile enim est a priuatione in habitum regressum fieri vt visus t cecitas habent fieri circa oculum. a visu autem deuenire in cecitatem possibile est sed non econuerso

Circa hunc textum notandum ẽ primo q̃ post q̃ autor determinauit de antepredicamentis et p̃dicamentis consequẽter ipse determinat de postpredicamentis. Est autem postpredicamentum quoddam documentum sequens determinationem predicamentorum valens ad completam noticiam predicamentorum habendam. Et sunt quinq; postpredicamenta scilicet. positio. prius simul. motus. t habere. Quorum sufficientia assignatur. quia omne postpredicamentum valet ad noticiam predicamentorum. vel ergo valet ad cognoscendum ea quantum ad suum fieri et sic est motus. vel quantum ad suum esse et hoc tripliciter. quia vel valet ad cognoscendum eorum repugnantiam et sic est oppositio. vel eorum ordinem t sic est prius. vel valet ad cognoscendum eorum conuenientiam t hoc dupliciter. vel conuenientiam inferioris cum superiori et sic est simul. vel conuenientiam accidentium cum substãtia t sic est habere. Oppositio autem est duplex scilicet complexorum t incomplexorum. Cõplexorum oppositio est passio propositionum et de illa determinatum est in primo tractatu. sed de oppositione incomplexa est hic ad propositum. Et potest sic diffiniri. Est repugnantia formalis aliquorum que non possunt simul t semel de eodem verificari respectu eiusdem. Et diuiditur in quatuor species scilicet in oppositionem priuatiuam contrariam relatiuam t contradictoriam quarum sufficientia sic habetur. Quia omnis oppositio est repugnantia duorum extremorum. vel ergo ambo extrema sunt entia. vel vnum est ens et alterum non ens. Si ambo sunt entia hoc est dupliciter. quia vel referuntur ad se inuicem et sic est oppositio relatiua. vel non t sic est oppositio contraria. Si vnum extremorum sit ens et alterum non ens hoc est dupliciter. quia vel est inter ens t non ens simpliciter et sic est oppositio contradictoria. vel inter ens t non ens in determinato subiecto et sic est oppositio priuatiua.

Non est autem hec diuisio generis in suas species sed vocis in suas significatiões eo q̃ oppositio non dicitur vniuoce d̃ istis quia aliquarum oppositionum sunt relationes reales. alie vero sunt relationes rationis eo q̃ habent fieri inter ens t non ens. sed enti reali t enti rationis nihil est cõmune vniuocum. ergo oppositio non dicitur vniuoce de istis quatuor membris.

Sciendũ est secundo q̃ oppositio relatiua est repugnantia inter relatiuum t suum correlatiuum. Quid autem sit relatiuum dictum est prius. Non est tamen intelligendum q̃ omne relatiuum opponatur illi a quo refertur ad simul essendum. sed relatiue opposita habent repugnantiam ad simul essendum in eodem t respectu eiusdem vt pater t filius respectu eiusdem opponuntur t non possunt verificari de eodem. Quando etiam relatiuum t correlatiuum habent sub se species non oportet q̃ illa scõm suam generalitatem et respectu eiusdez accepta opponantur. causa enim t effectus possũt de eodem verificari respectu eiusdem quãuis hꝰ sit in diuersis generibus causarum. vt ambulatio post cenam est causa sanitatis in genere cause efficientis et ipa ambulatio est effectus sanitatis in alio genere cause. Debet ergo attendi oppositio scõm species relationis t non scõm genera. Debet etiam ipsa oppositio relatiua attendi vt dicunt aliqui inter relatiua suppositionis et suppositionis solum t non inter relatiua equiparantie q; inter illa nulla est oppositio. Consequenter autor diffinit cõtraria in textu sic. Cõtraria sũt que sub eodẽ genere posita sũt t maxime a se inuicem distant et eidem susceptibili vicissim insunt a quo mutuo se expellunt. Que diffinitio exponitur sic. Contraria sunt opposita q̃ posita sunt sub eodem genere proximo t distant maxime a se inuicem distantia formali. t hoc po

nitur ad differentiam eorum que mediant inter ipsa contraria. Et eidem susceptibili vicissim insunt. i. apta nata sūt inesse successiue eidem subiecto numero. A quo mutuo se expellunt. i. sunt apta nata expellere se actione propria. sicut calidum expellit frigidum. aut actione aliena scilicz actione suarum causarum. sicut alie qualitates contrarie expellunt se inuicem. Et additur nisi alterum eorum insit a natura ad differentiam contrariorum que naturaliter insunt suis subiectis nam quia caliditas inest igni naturaliter ideo frigiditas non est nata sibi inesse. Unde duplicia sunt contraria scilz mediata z immediata Contraria mediata sūt illa inter que mediat aliqua species participans aliquid vtriusqz extremi. vt inter album z nigrum mediat rubeuz. Cōtraria vero immediata sunt illa inter que nō mediat aliquid eiusdem generis vt inter sanum et egruz. quāuis tamen mediet aliquid alterius generis scilicet corpus susceptibile contrariorum.

Differunt autem contraria immediata a mediatis. quia non est necesse alterum contrariorum mediatorum semper inesse subiecto. non enim est necesse corpus ꝙdiu est esse album vel nigrum. sz contrariorum immediatorum necesse est alteruz in subiecto esse ꝙdiu ipsum est si ipsuz ē susceptibile vt si animal est necesse est ꝙ ipsum sit sanum vel egrum.

Sciendum est tercio ꝙ

oppositа priuatiue sunt que habent fieri circa idem subiectum ordine irregressibili et tempore determinato a natura. Unde duplex est priuatio. quedam est imperfecta que negat actum z ñ potentiā eo ꝙ relinquit principia habitus sicut quies negat actualiter motum. sed relinquit potentiam ad mouenduz. z a tali priuatione potest fieri regressus in habitum. Alia est priuatio perfecta que negat simul actum et potentiam eo ꝙ destruit principia habitus sicut cecitas negat actualiter videre z posse videre. Et quia talis priuatio negat potentiam eo ꝙ destruit principia habitus. ideo a tali non potest naturaliter fieri regressus in habitum. quanuis hoc posset fieri scōm potentiam supernaturalem. Unde ad priuationem perfectam quinqz conditiones requiruntur. Prima est ꝙ importet carentiam forme. Secunda est ꝙ importet aptitudinem ad ipsam formam. cecitas enim que est priuatio perfecta visus importat carentiam visus in subiecto apto nato videre. Tertia est ꝙ priuatio z habitus habeant fieri circa idem subiectum. opposita enim priuatiue habent fieri circa idem subiectum ea propter surditas non est priuatio visus. Quarta conditio est ꝙ a priuatione in habitum non possit fieri regressus neqz motus quāuis hō possit fieri econtra. a cecitate enim non potest naturaliter fieri regressus neqz motus ad visum. z propter hoc quies non est perfecta priuatio motus. cum a quiete in motum possit naturaliter fieri regressus. Quinta conditio est ꝙ sit tempus determinatum a natura in quo habitus natus ē inesse subiecto. et ideo quāuis catulus ante nonam diem non videat non est tamen in eo priuatio visus. eo ꝙ non est aptus natus videre ante nonam diem. Oppositio ergo priuatiua est repugnantia priuationis z habitus. Habitus autem est forma acquisita in aliquo subiecto vt visus in oculo et sic de aliis. Sed priuatio est carentia forme in subiecto apto nato. Deinde autor noster determinat de oppositione contradictoria ipsam sic diffiniens. Contradictio est oppositio cuius scōm se non est dare mediuz. Duplex autem est medium scz medium per abnegationem z medium per participatione. Medium per abnegationē est medium de quo vere negat vtrūqz extremorum. et tale reperitur inter cōtraria immediata. Est enim aliquod subiectum qō nec est sanum nec egrum sicut lapis. Medium autem per participationem ē medium quod participat naturam vtriusqz extremi. et sic rubeum mediat inter album z nigrum. et tale medium nō reperitur inter contraria immediata. Inter vero contradictoria nec est medium per abnegationē nec per participationem. z sic in diffinitione ponitur scōm se ꝙ contradictoria nō habent ab aliis oppositionibus ꝙ inter extrema eorum non sit medium. Contradictio vero semper est inter ens z non ens. et ideo contradictoria sunt talis nature ꝙ necesse est alterum de quolibet verificari z nūꝙ ambo simul.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. Homo et asinus opponuntur z non scōm aliquaz predictarum oppositionum. ergo diuisio est insufficiens. Secundo arguitur sic. omnia opposita sunt relatiua cum oppositio sit relatio. ergo sequitur ꝙ mēbra illius diuisionis coincidunt. Tertio arguitur sic. album z nigrum contrariantur et etiam priuatiue opponuntur. quia nigruz est priuatio albi. ergo diuisio non est bona. Quarto arguitur sic. contradictoria magis distant ꝙ contraria. ergo male dicitur in diffinitione contrariorum ꝙ contraria maxime distant.

Ad rationes. Ad primā

dicitur ꝙ homo z asinus non sunt opposita sed magis sunt disparata. Ad secundam dicitur ꝙ si opposita accipiantur formaliter z pro p se significatis sic omnia sunt relatiua quidditatiue. si tamen accipiantur materialiter et pro denominatis sic sunt relatiua denominatiue. Dicitur vltra ꝙ consequentia illius argumenti non

valet. quia non est idem esse relatiua et relatiue opposita. Ad tertiam dicitur q̄ album et nigrum virtualiter includunt oppositionem priuatiuam ꝛ contradictoriam non tamen formaliter quare non sunt priuatiue opposita. Ad quartam dicitur q̄ quāuis contradictoria maxime distant simpliciter non tamen distantia que ē sub eodem genere. cuꝫ contradictoria non reponantur sub eodem genere. ꝛ contraria sub eodeꝫ genere reponuntur.

Prius dicitur quadrupliciter. Primo modo ꝛ proprie aliquid dicitur prius altero ꝟm temp9 prout aliquis dicitur senior et antiquior altero. sicut homo habens triginta ānos dicitur prior homine habente viginti annos. Secundo modo aliquid dicitur prius a quo non conuertitur subsistendi consequentia. vt vnuꝫ est prius duobus. duobus enim existentibus nor consequens est vnuꝫ esse vt ly duo sunt vnum est ꝛ non econuerso

Tertio modo dicitur pri9 ꝟm ordinem quendam vt in disciplinis principia priora sunt cōclusionibus. ꝛ in grāmatica littere sunt priores sillabis. et in oratione prohemium est prius narratione. Quarto modo prius ōr qō meli9 ē ꝛ honorabilius. consueuerunt enꝫ plurimi homines honorabiliores ꝛ magis dilectos apud se dicere priores. Preter hos quatuor modos iam dictos est vnus alter modus priorís. eorum que conuertuntur ꝟm essendi consequētiam. ꝛ alter est quodammodo causa alterius ꝛ hoc modo aliquid dicitur prius altero natura. vt res ē causa veritatis orationis de se facte sic hominem currere conuertitur cuꝫ oratione homo currit. et si hominem currere sit verum hec est vera homo currit ꝛ ecōuerso. res autem est causa veritatis orationis de se facte et non econtra. ab eo enim q̄ res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa. ergo hec res hominē currere prior est hac oratōne homo currit

Simul dicitur tribus modis. Primo modo dicūtur simul quorum generatio est in eodem tempore ꝛ neutrum ē prius neq̄ posterius. et hec dicuntur simul tempore. Secūdo modo dicuntur simul quecūq̄ conuertuntur et neutrum est causa alterius sicut quelibet relatiua. vt duplum et dimidium pater ꝛ filius et sic de alijs.

Tertio modo dicuntur simul que equaliter condiuidunt aliquod genus vt homo equ9leo et sic de alijs que condiuidunt hoc genus animal. et similiter differentie diuidentes aliquod

genus dicuntur simul vt rationale irrationale et sic de alijs. isti autem duo vltimi modi dicuntur simul natura. primus autez modus dicitur simul tẽpore

Circa hunc textum notandum est primo q̃ post q̃ autor determinauit de primo postpredicamento consequenter autor determinat de secundo quod vocatur prius. Et dicitur postpredicamentum quia valet ad completam noticiam predicamentorum habendam. Et quia autor dicit in predicamentis q̃ relatiua sunt simul natura ideo oportuit scire que sunt simul natura. Et q̃ que sunt priora et posteriora non sunt simul natura. ideo autor determinat de priori cuius sunt quinq3 modi qui in his versibus continentur. Tempore natura prius ordine dic z honore. Causam causato dicimus esse prius. Unde illud dicitur esse prius alio tempore cuius duratio precedit durationem alterius. sicut puer decem annorum prior est tempore puero non habente nisi q̃tuor annos. Illud autem est prius natura a quo non conuertitur essendi consequentia vt vnum prius est duobus quia bene sequitur duo sunt ergo vnum est. sed non sequitur econtra. Illud autem est prius ordine quod est prius via disciplinę z compositionis. vt principia priora sunt conclusionibus. z ligna z lapides domibus. Illud vero est prius honore quod est dignius et perfectius vt homo virtuosus prior est homine vicioso. Sed illud est prius causalitate quod ẽ causa alterius dum tamen ab vno ad alterum essendi consequentia conuertatur. et scõm hunc modum res est causa veritatis vel falsitatis orationis que est ex ipsa re. Et quia tot modis dicitur vnum oppositorum quot modis dicitur et reliquum ideo tot sunt modi posterioris quot sunt modi prioris qui faciliter possunt haberi p modos predictos quorum sufficientia sic habetur. Quia omne quod est prius altero aut est prius scõm rem aut scõm rei positionem. si secundum sic est tertius modus. Si primum hoc est dupliciter. quia aut est prius scõm esse aut scõm aliquid consequens esse. si secundum sic est quartus modus. si primum hoc est dupliciter. quia vel ẽ prius tempore aut non. si primum sic est primus modus. si secundum hoc ẽ dupliciter. quia vel vnũ est causa alterius et conuertuntur scõm essendi consequentiam z sic est quintus modus. aut nõ z sic est secundus. Tamen autor non numerat hic omnes modo prioris sed solum illos qui valent ad cognoscendum predicamenta. philosophus enim quinto methaphisice enumerat eo q̃ determinat de priori scõm q̃ est passio.

Sciendum est secundo q̃ primus modus prioris valet ad cognoscendum ordinem inter substantiam z accidens cõmune. eo q̃ substantia prior est tempore accidentibus cõmunibus. Secundus modus valet ad cognoscendum ordinem inter superiora z inferiora quia a superioribus ad inferiora non conuertitur subsistendi consequentia et ideo superius prius est inferiori. Tertius modus valet ad cognoscendum ordinem inter differentias et species eius. differentie enim sunt de compositione speciei et per consequens sunt simpliciores ipsa specie z p consequens priores. Quartus modus valet ad cognoscendum ordinem inter substantiam z accidens. eo q̃ substantia dignior est accidente. valet etiam ad cognoscendum ordinem inter substantias eo q̃ alique sunt pfectiores alijs. Quintus modus valet vt cõmuniter dicitur ad cognoscendum ordinem inter subiectum z passionẽ eius. eo q̃ subiectum et passio conuertuntur sz essendi consequentiam z subiectum est causa passionis. Prius tamẽ accipitur dupliciter. Uno modo per se significato z tunc significat relationẽ prioris ad posterius z eius correlatiuum est posterius. z hoc modo non est predicamentum. Alio modo accipitur pro denominato scilicet pro re que est altera prior. z sic est postpredicamentum et reperitur in diuersis predicamentis. et eodem modo dicendum est de posteriori.

Sciendum est tercio q̃ simul qd est tertium postpredicamentum accipitur dupliciter. Uno modo aduerbialiter z sic est sincathegoreuma nec est postpredicamentum. Alio modo accipitur nominaliter vt est vnum nomen concretum cuius abstractum est simultas. z tunc si capiatur pro per se significato est in predicamento relationis eo q̃ significatum eius est respectus vnius rei ad aliaz rem que cũ ea existit. si vero capiatur fundamentaliter et p denominato sic aliquando est in predicamento substantie et aliquando in alijs predicamentis et sic est postpredicamentum. Et ipsius assignantur tres modi qui in his versibus continentur. Tempore dico simul quorum3 generatio nũc est. Que nuertũtur dicimus esse simul. Suntq3 simul species genus vnum diuidentes. Illa enim3 sunt simul tempore quorum3 generatio est in eodẽ tempore. Illa vero sunt simul natura que cõuertuntur sz essendi consequentia z vnum non est causa alterius vt relatiuum z correlatiuum. Sed illa dicuntur simul que ex opposito diuidũt idem genus. vel illa in qua ipsum genus diuiditur vt rationale z irrationale diuidũt animal z animal diuiditur in hominem equum z sic de alijs speciebus. Et illorum modorum sic habetur sufficientia. quia illa que sunt simul aut sunt simul

tempore et sic est primus modus. aut simul natura et hoc dupliciter: quia aut illa conuertuntur ꝫ essendi consequentiã et sic est secundus modus. aut illa ex opposito diuidunt idem genus ꝛ sic est tertius modus. Unde primus mod⁹ valet ad cognoscendum ordinem inter aliquas substantias et accidentia. Valet etiam ad cognoscendum ordinem inter subiectum ꝛ propriaꝫ passionem. Secundus modus principaliter reperitur inter relatiuum quia illa conuertuntur ꝫ essendi consequentiam ꝛ vnum non est causa alterius. et hoc accipiendo ipsa pro ipsis respectiuis. quia si acciperetur pro denominatis tunc vnum esset causa alterius. nam illa res que ẽ pater est causa illius rei que est filius cuꝫ eam produxerit. Tertius modus reperitur in omni predicamento ꝛ generaliter in omni genere siue generalissimo siue subalterno. quodlibet enim genus habet differẽtias per quas diuiditur. ꝛ etiã species. Ex quibus patet vtilitas huius postpredicamenti.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. omne prius est prius ordine. ergo tertius modus non distinguitur ab alijs.

Secundo arguitur sic. omne totum prius est suis partibus. ergo sillabe sunt priores litteris et dictiones sillabis. Tertio arguitur sic. illorum que sunt simul: vnum non est prius altero. sed ea que conuertũtur sunt simul. ergo vnũ non est prius altero. Quarto arguitur sic. tot modis dicitur vnum oppositorum quot modis ꝛ reliquum. sed prius ꝛ simul sunt opposita ergo tot sunt modi simul quot sunt modi prioris et per consequens non sunt nisi tres modi prioris.

Ad rationes. Ad primã

dicitur ꝙ ordo accipitur dupliciter. vno modo generaliter pro quocunqꝫ ordine qui est inter prius ꝛ posterius. ꝛ sic omne prius est prius ordine Alio modo accipitur specialiter pro ordine discipline et compositionis et sic est vnus modus prioris ab alijs distinctus. Ad secundam dicitur distinguendo antecedens vel via resolutionis ꝛ sic conceditur. vel via compositionis et generationis ꝛ sic negatur. Ad tertiam dicitur ꝙ quãuis ea que conuertũtur sint simul tempore: nõ tamen oportet ea esse simul natura. potest enim esse aliquid prius ꝫ⁹ vnum modum et posterius ꝫ⁹ alium. Ad quartam negetur antecedens. imo prius opponitur posteriori ideo tot sunt modi prioris quot sunt modi posterioris. Sunt etiam alij modi simul vt habetur quinto methaphisice. sed illi qui hic enumerati sunt ad propositum sufficiunt.

Otus sex sunt species. scilicet generatõ corruptio. augmentatio. diminutio. alteratio ꝛ ẽm locum mutatio. Generatio est progressio a non esse ad esse. Corruptio ẽ progressio ab esse ad non esse. Augmentatio est preexistentis quantitatis maioramentum. Diminutio est preexistentis quantitatis minoramentum. Alteratio est mutatio a contraria qualitate in cõtrariaꝫ qualitatem. vel in mediam vt cum aliquid permutatur ab albedine in nigredinem vel in medios colores. Motus ẽm locum est mutatio de vno loco in alterum. Motus autem ẽm locum sex species sunt siue differentie scilicet ante retro sursuꝫ deorsum dextrorsum ꝛ sinistrorsum. Ad omnes autem has partes fit motus.

Habere dicitur multis modis. Primo modo dicitur habere aliquã qualitatem vt disciplinam aut virtutem. Secundo modo dicitur habere quantitatem vt magnitudinem. vt bicubitum tricubitum. Tertio modo dicitur habere ea que circa corpus sunt adiacentia vt vestimentum et

tunicam. aut circa membra vt in manu anulum. Et habitus isto tertio modo sumptus est vnus de decem predicamentis et diffinitur sic. Habitus ē corporum et eorum que circa corpus sunt adiacentia. vt est armatio vel calligatio et similiter fingantur nomina in alijs ꝑm adiacentiam illam. hec enim dicuntur habere illa vero haberi Quarto modo dicitur habere membrum vt manum aut pedem. Quinto modo dicitur habere sicut continens contentum vt lagena vinum aut modius grana tritici. Sexto modo dicitur habere possessionem vt domum aut agrum. Septimo modo dicitur habere vxorem ⁊ de hoc modo dicit Aristoteles q̄ iste modus est alienissimus in eo qđ ē habere propter hoc q̄ vir habens vxorem etiam habetur ab ea. vinculum enim matrimonij idissolubiliter ligat vtrū q̄. et dicit q̄ forte alij modi apparebunt in eo qđ est habere. sed qui consueuerunt dici pene omnes enumerati sunt.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ sex assignantur species motus que in his versibus ꝓtinentur. Auget diminuit corrūpit vel generat Alterat ⁊ mutat per multa loca vagatur. Quare sic assignatur sufficientia. Omnis motus est inter duos terminos. vel ergo ambo sunt affirmatiui vel vnus est affirmatiuus ⁊ alter negatiu⁹. si secundum hoc est dupliciter. q̄ vel termin⁹ ad quem est affirmatiu⁹ ⁊ termin⁹ a quo ē negatiu⁹ ⁊ sic est generatio. vl' ecōtra ⁊ sic est corruptio. Si ambo termini sint affirmatiui hoc est tripliciter. q̄ vel est ad qualitatē ⁊ sic ē alteratio. vel ad vbi et sic est loci mutatio. vel ad quantitatē ⁊ hoc ē dupl'r q̄ vel ē ad maiorē extensionē quātitatis ⁊ sic est augmētatio. vel ad minorationē quātitatis ⁊ sic est diminutio. Nō est enim hec diuisio generis in suas species. sed diuisio vocis in suas significationes eo q̄ motus nō dr ſ⁹ eandē rōnē de oib⁹ Nō g⁹ debet hic accipi species ꝓprie cum dr q̄ sūt sex species mot⁹. sed debz accipi species ꝑ modo specificabili. Nō etiam accipitur hic mot⁹ put accipit phūs cū dicit generationē nō esse motum. sed accipitur hic mot⁹ generaliter ꝑ omni mutatione que requirit aliqđ subiectum siue illa mutatio sit instantanea siue successiua. Aduertendum est tamē q̄ mot⁹ accipit' dupl'r. Uno⁹ vt ꝓsideratur ſ⁹ esse reale. ſ. ſ⁹ q̄ ē passio rei naturalis ⁊ sic mot⁹ nō ē de ꝓsideratiōe logici ſ ꝺ cōsideratiōe phi naturalis. Alio⁹ ꝓsider' ſ⁹ q̄ ē quoddā transcēdens habēs sub se diuersos modos ad diuersa ꝑdicamēta reducibiles. est enim motus naturaliter sūpt⁹ in eodē ꝑdicamēto cuius suo termino ad quē siue cū forma acquisita per motum. ⁊ hoc mō ꝓsideratur a logico ⁊ ē postpredicamētum. Est g⁹ prima species mot⁹ generatio que sic diffinit'. Generatio ē progressio de nō esse ad esse. Non aūt accipit' hic pgressio ꝓprie ꝑ motu pgressiuo. ſ accipit' trāsūptiue ⁊ generaliter. ſ. ꝑ mutatiōe. Et dr de nō esse ad esse ad denotandū terminos generatiōis. cuiuslibet enim motus duo sunt termini. ſ. termin⁹ a quo ⁊ termin⁹ ad quē. Ideo sic intelligit' diffinitio. generatio ē mutatio de nō esse tāq̄ de termino a quo ad esse tāq̄ ad terminū ad quē. Et q̄ generatō ⁊ corruptio opposito modo se habēt. ideo corruptio diffinitur ex opposito sic. Corruptio ē pgressio ꝺ esse ad nō esse. et eodem modo exponitur hec diffinitio sicut precedens.

Sciendū est secundo q̄ augmētatio ē ꝑexistētis quātitat' maioratio. Est enim mot⁹ de minori quātitate ad maiorē. Sed diminutio ē ꝑexistētis quantitatis minoratio eo q̄ diminutio ē mot⁹ de maiore quantitate ad minorem. Cōueniunt aūt augmentatio ⁊ diminutio in hoc q̄ ābe sunt ad quātitatē. Sꝫ differunt q̄ termin⁹ ad quē augmētatiōis ē maior extēsio quātitatis. termin⁹ vo ad quē diminutōnis ē minor extēsio quātitatis. Quinta ꝺo species mot⁹ ē alteratio q̄ sic diffinit'. Alteratio ē mutatio de vna q̄litate ꝓtraria ad aliā q̄litatē ꝓtrariā vel mediaz Uñ alteratio fit tripliciter. vno⁹ inter q̄litates extremas vt alteratio que ē ab albedine in nigredinez. Secūdo mō fit ab extremo in mediū vl' econ

tra sicut illa que fit ab albedine in rubedinem. Tertio fit ab vno medio in aliud medium sicut ea que fit a rubedine ad viriditatē. Quāuis enim omnis motus sit de ꝓtrario in ꝓtrariū non tñ accipiēdo ꝓtrarietatē ppriissime sꝫ generaliter. Loci abit mutatio diffinit. Est mutatio de vno loco in alium locū. que mutatio terminatur ad vbi. Et qr motus diuidit sꝫ diuisionē termini ad quē ideo motus sꝫ locū diuidit in motū sursum. deorsum. ante. retro. dextrorsum ꝛ sinistrorsum. sicut et ipse locus.

Sciendum est tercio ꝙ

ꝓnter autor nr in hac pte determinat de vltimo postpdicamēto qđ vocat habere. Et assignat octo modos eius qui in his ꝟsib⁹ cōtinētur. Affectū. quantū. vestitū dic velut auru. Membrū ꝓtentum possessio dic mulier. Unde p affectū intelligit qualitatē. p quātū habere quātitatē. p vestitū ea que circa corp⁹ sunt adiacentia. sicut ornat⁹ extrinseca corpis. et hoc siue sint sꝫ totū siue sꝫ ptem Per membrū intelligit habere ptē integralē. Per ꝓtentum intelligitur sext⁹ mod⁹. Per possessionem intelligit septim⁹ mod⁹. Per mulierē ꝙ intelligitur octau⁹ mod⁹ ꝛ vltim⁹. Et iste vltim⁹ mod⁹ est alienissim⁹ mod⁹ habere vt ꝺr in textu. Et horū modoꝝ sic habet sufficientia. quia in omni habere habēs habet aliquid. aut gⁿ habet ꝛ habetur ꝛ sic ē octau⁹ mod⁹. Aut habet tm̄ ꝛ sic ē septim⁹ Aut habet tm̄ et hoc ē dupliciter. qr vel illud qđ habetur est extra habētē siue ab eo distans ꝛ sic est sext⁹ mod⁹. aut ē intra habētē ꝛ indistans ab eo. ꝛ hoc ē dupliciter. qr vl ē substātia vl accidēs Si substātia hoc ē dupliciter vel ē ps integralis ꝛ sic ē quint⁹ modus. vel nō ꝛ sic ē quart⁹. Si sit accidēs hoc ē tripliciter. qr vel ipsi ineſt ratione materie ꝛ sic est secund⁹ mod⁹. vel ratione forme ꝛ sic ē prim⁹ mod⁹. vl ratione totius ꝓpositi ꝛ sic est tertius. Modi ꝙ habere reductiue sunt in eodē pdicamēto in quo ē res habita. Ex quo sequitur ꝙ quint⁹ ꝛ octau⁹ mod⁹ sunt in pdicamēto substātie. Prim⁹ enim in pdicamēto qualitatis. Secund⁹ in pdicamēto quātitatis. Tertius ē pdicamētum ab alijs distinctum. Sext⁹ ē in pdicamēto relationis. continens enim ē ad aliquid ꝓtinēs. et ꝓtentum ē ad aliquid ꝓtentū. Septim⁹ mod⁹ reducitur ad pdicamētū relationis eo ꝙ possessio est alicui⁹ possessio. Nō tm̄ habere ꝺr vniuoce de omnib⁹ istis modis eo ꝙ nihil vniuoce captum ē pdicamētū ꝛ postpredicamentū. Septimus enim modus ipsius habere est predicamentum. ꝛ alij modi ad diuersa predicamenta reducuntur. ergo habere non dicitur vniuoce de omnibus istis modis.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. ois motus ē ꝓtinuus ꝛ diuisibilis. cuius mot⁹ sit de genere successiuoꝝ. sed generatio nō est ꝓtinua aut diuisibilis nec etiam corruptio cuius fiant in instanti. ergo generatio ꝛ corruptio nō sunt mot⁹. Secūdo arguit sic. priuatio ē mot⁹ ꝛ tm̄ nō ꝓtinetur sub aliquo pdicto rū mōꝝ. gⁿ diuisio ē insufficiēs. Tertio arguit sic. celū mouet motu locali ꝛ tm̄ nō mouet ꝺ vno loco in aliud locū. gⁿ diffinitio mot⁹ sꝫ locū non est bona. minor patet qr celum nō ē in loco cū nō habeat aliquam superficiem ipsum circumscribentem. Quarto arguitur sic. nullum equiuocum est predicamentum. ergo nullum postpredicamentum est equiuocum. tenet consequentia a simili. Quinto arguitur sic. aliquid dicitur habere actionem aut passionem vt species aut differentias ꝛ sic de multis alijs modis habere qui nō enumerantur hic. ergo isti modi nō sunt sufficienter assignati.

Ad rationes. Ad primā

dicitur ꝙ hic non accipitur motus specialiter p motu successiuo. sed generaliter pro omni mutatione siue illa sit instātanea siue successiua. ꝛ sic generatio et corruptio bene sunt motus.

Ad secundam dicitur ꝙ motus accipitur dupliciter. vno modo pro omni mutatione siue illa requirat subiectum siue nō et hoc modo priuatio est motus. alio modo capitur pro mutatione que requirit subiectum ꝛ sic priuatio non est motus. Ad tertiam dicitur ꝙ celum nō mouetur de loco ad locum sꝫ se totus sed bene mouetur sꝫ suas partes. Et non debet intelligi ꝙ moueatur ad locum circumscribentes suas partes cum nihil circumscribat eas. sed debet intelligi ꝙ mouetur ad circumscriptionem actuam suarum partium eo ꝙ per eius continue moueri aliud ꝛ aliud circumscribunt. Ad quartas dicitur ꝙ non est simile quia de ratione predicamenti est ꝙ sit genus ad eas que sub eo continentur et ideo oportet ꝙ sit vniuocum. sed de ratione postpredicamenti non est ꝙ sit genus aut species. immo quodlibet postpredicamentum sꝫ diuersos modos debet in diuersis predicamentis reponi et ideo omne tale est vniuocum.

Ad quintam dicitur ꝙ licet sint multi modi habere qui non enumerantur hic. tamen illi qui sunt enumerati communiores sunt et magis vsitati: et alij faciliter cognosci possunt per predictos. Et hec de tertio tractatu dicta sufficiant.

Sequitur quartus tractatus de Silogismo.

Roposítio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo vel alicuius ab aliquo. Terminus est in quem resoluitur propositio vt in subiectum et in predicatum.

Iste est quartus tractatus summulaꝝ magri Petri Dyspani. qui postq̃ in precedentibus determinauit de principijs silogismi. consequenter determinat de ipso silogismo. Silogism⁹ autem accipitur dupliciter. scz simplicer siue in contracte. et contracte. Silogismus cõtractus ẽ triplex. scilicet dialeticus. demõstratiuus. et sophisticus. Silogismus demonstratiuus ẽ silogismus contractus ad materiam necessariam scz cuius taz premisse q̃ cõclusio sunt necessarie et accipiunt vt necessarie. Sed silogismus dialeticus est silogismus cõtractus ad materiam probabilem. scilicet cuius conclusio et premisse aut altera ipsaꝝ accipiũtur tanq̃ probabiles. Sed silogismus sophisticus est silogismus cõtractus apparenter ad materiã veram. cuius cõclusio vel premisse sunt apparẽter vere aut ꝓña apparenter bona De silogismo autẽ demonstratiuo nõ determinat. P. V. propter nimiã difficultatem eius. et etiã eo q̃ ipse est instructor inuenum. sed de silogismo dialetico et sophistico determinat in sequentibus tractatib⁹. Unde silogismus simpliciter est silogismus nõ ꝓtract⁹ ad aliquã materiam. et de ipso determinatur in isto capitulo.

Sciendum est primo q̃

silogismus accipitur dupliciter. vno⁹ vt est terminus prime intentionis et sic est vna oratio cõposita ex duabus premissis z vna cõclusione. Alio mõ vt est terminus scõe intentõis siue ꝓ significato formali. et tunc est intentio secunda que cõcretiue designata predicatur. de silogismo prime intentiõaliter capto denominatiue. et est respectus cãtus per actũ intellectus cõparãtis ipsas premissas ad conclusionem penes hoc q̃ ipse premisse necessario inferunt cõclusionem et habet ꝓ fundamento premissas et ꝓ termino conclusionem. Unde silogismus simpliciter accipitur dupliciter. Uno modo accipitur simpliciter vt idẽ est q̃ vniuersaliter quantũ ad sua principia z oẽs eius partes tã integrales q̃ subiectiuas. et quantũ ad suas passiones z etiã suarum partium. et sic est subiectum totius logice a philosopho tradite. Alio⁹ vniuersaliter q̃ tum ad principia passiones et proprietates partes subiectiuas et quantũ ad passiones suarum partium subiectiuaꝝ. et sic est subiectũ adequatum totius noue logice. Alio modo accipitur simpliciter. i. nõ contracte. et sic est silogismus simpliciter. i. nõ cõtractus ad aliquam materiaz sed cõsideratus quantum ad ea que sibi conueniunt gratia sue forme in omni materia abstrahendo ab omni materia. et nõ ꝑ rem sed scõm intellectũ. quia omnis silogismus est contract⁹ ad materiã necessariam probabilem vel sophisticam. sed hoc nõ sibi conuenit ex sua ratiõe formali. ymo ex suo cõceptu quiditatiuo et abstrahit ab omnibus istis et sic silogismus simpliciter captus scõe intentõaliter est ſbm h⁹ tractat⁹

Sciendũ est secundo q̃

omnis silogismus componitur ex propositõnibus et terminis. ideo ante q̃. P. V. diffinit silogismum ostendit quid sit propositio et quid sit terminus. Diffinit g⁹ propositionẽ sic. Propositio est oratio affirmatiua alicui⁹. scz predicati de aliquo. s. de subiecto vel negatiua alicuius predicati ab aliquo. scz a subiecto. Et actor diffinit hic propositionẽ cathegoricam per affirmatiuã et negatiuam. cuius ratio est quia hic solum determinat de silogismis cathegoricis quo ad eorum bonam et formalem dispositionem ad quã requiritur certa ordinatio premissarũ penes affirmationem et negationem. s. q̃ ambe sint affirmatiue vel negatiue vel vna affirmatiua et alia negatiua. Unde hec diffinitio sic explicat. Propositio est oratio. i. relatio rationis que hẽt ꝓ fundamẽto z termino aliq̃d. s. predicatũ dictum de subiecto mediante copula affirmatiua vl̃ predicatũ quod enunciatur de subiecto vniuoco z vniuoce tento mediante copula negatiua. Et sic ibi diffinitur propositio per fundamentuz et terminum eo modo quo relatiua a nobis, diffiniuntur. Et non diffinit. P. V. ꝓpositiones perverum et falsum. quia propositio de qua hic agit abstrahit a vero et falso sed nõ ab affirmatiuo et negatiuo. Est enim duplex propositio. scz propositio vna et propositõ plures. Propositõ vna est duplex. s. vna simpliciter et vna cõiunctione Unde nõ datur hec diffinitio de omni ꝓpositione. sed solum de ꝓpõe silogistica. i. cathegorica cũ ex ypotheticis nõ fiat silꝰ cathegoricus

Sciendum est tercio q̃

terminus sic diffinitur. Terminus est in quem resoluitur propositio vt in subiectum z predicatum. Cuius ratio est. quia quodlibet resoluitur i ea ex quibus cõponitur. sed propositio cõponitur ex terminis saltem cathegorica tanq̃z ex subiecto et predicato. g⁹ omnis propositio resoluit⁹ in terminos tanq̃z in subiectum et predicatum.

Terminus autem accipitur dupliciter. Uno⁹ realiter et proprie et sic terminus nihil aliud est q̄z finis alicuius magnitudinis. Alio modo capitur metaphorice.ꝛ hoc dupliciter. Uno modo capitur pro quadaz oratione includente omnia principia essentialia alicuius.et sic capit philosophus terminos primo thopicorum.et idem est quod diffinitō Alio modo capitur pro parte integrali propositionis, et sic adhuc capitur dupliciter.Uno modo generaliter vt conuertit cum voce significatiua.ꝛ hoc modo verba sunt termini et similiter partes subiecti et predicati sunt termini quando scilicet subiectum et predicatum sunt complexa.et sic non capitur hic terminus. Alio modo capitur magis stricte secū dō q̄ dicitur a terminando.et hoc modo in qualibet propositione cathegorica sunt duo termini tantum.quorum vnus est subiectum et alius est predicatum. et sic accipitur hic termin⁹.Nec hoc modo copulaverbalis debet dici terminus eo q̄ non terminat propositionem sed ponitur in medio eius.Et quāuis propositio resoluatur in litteras et sillabas. hoc tamen non est tanq̄ in subiectum et predicatum.et ideo non conuenit eis hec diffinitio. Aduertendus ē tamen q̄ termin⁹ potest capi pro per se significato.et tūc significat relationem rationis causatā per actū intellect⁹ apparantis aliquē terminus fundamētaliter acceptum ad propositionem penes hoc q̄ est extremum ꝛ terminus eius.Alio modo capitur pro per se denominato.et tunc extremum propositionis cathegorice dicitur terminus denominatiue. Unde hec ē denotatiua predicatio homo est terminus propositionis.et primo modo capitur hic. Et diffinitio ei⁹ debet sic intelligi.Terminus significat relationem fundataz super illud in qō resolvitur ꝓpositō fundamētaliter accepta.Unde si capiantur terminus et propositio formaliter et pro per se significatis tūc propositio non resolvitur in terminus cum sint due relationes specifice distincte.modo vna relatio non componitur ex pluribus relationib⁹. Si vero capiantur pro per se denominatis ꝛ fūdamentaliter tunc terminus est pars integralis propositionis et in ipsum resolvitur propositio

Sed contra predicta

arguitur.Primo sic.In primo tractatu determinatum est de propositione.ergo de eadem hic nō determinari. Secundo arguitur sic. Nullum superius debet diffiniri per sua inferiora. sed propositio est superior ad affirmationem et negationem. ergo per eas non debet diffiniri.

Tercio arguitur sic. Unumquodq̄z resolvitur in ea ex quibus componitur. ergo propositio resolvitur in copulam cum ex ea componatur tamen non est terminus. quia si esset terminus tūc in silo essent plures termini q̄ tres. ergo terminus non bene diffinitur. Quarto sic arguitur.Sillogismus est subiectum adequatū totius logice. ergo non est subiectum huius libri.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ alia et alia ratione determinatur hic de propositione.et in primo tractatu.quia i primo tractatu determinatum est de ea inquantuz est signum mentis.ideo diffinita est per significare verum vel falsum. hic autem determinat de ea prout est pars sillogismi.et ponitur pro alio.scilicet pro conclusione inferenda. ideo negatur consequentia. Ad secundam conceditur maior saltem ea ratione qua sunt inferiora. tamen bene potest diffiniri per ea inquantum sunt nobis notiora ipso diffinito.et ideo ponit⁹ ad circumloquendum propriam ei⁹ differentiā conuertibilem cum eo Ad terciaz patet solutio ex dictis in vltimo notabili in quo dictum est q̄ quāuis propositio componatur ex copula tanq̄ ex parte formali et etiam in ea resoluatur resolutione formali. tamen nō componitur ex copula tanq̄ ex parte materiali. nec resolvit⁹ in ipsaz resolutione materiali de qua est hic ad propositum. Ad quartam dicitur q̄ patuit solutio in primo notabili.

Dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto de quo non dicatur predicatum. vt omnis homo currit.hic cursus predicatur de homine. et nihil est sumere sub homine de quo non dicatur cursus.

Dici de nullo est quādo nihil ē sumē sub subiecto a quo non remoueatur predicatum. vt null⁹ homo currit. hic cursus remouetur ab omni homine.et nihil est sumere sub homine a quo nō remoueat cursus.

Circa hunc textuz notandū est primo q̄ post q̄ Petr⁹.h.determinauit de principijs materialibus sillogismoruz.scilicet de termino et propositione.hic consequenter determinat de principijs regulatiuis eorum . que sunt duo. scz dici de omni et dici de nullo. Dici autem de omni

est qñ nihil est sumere sub subiecto de quo non dicat' ꝑdicatū Dici de nullo e qñ nihil est sumere sub subo a quo nō remoueat' ꝑdicatū Et oz sic exponi illa regula. dici de omni est qñ nihil ē sumere sub subiecto alicuius propōis de quo nō dicatur predicatum. i. de quo nō aptum natum sit predicatū eiusdem propositionis predicari. Et per illud dicitelligitur illud principiū. quicquid affirmatur de subiecto distributo affirmatur de omni sumpto sub eo. Et per illud principium valet ista cōsequentia. Omne aial est substantia. ois homo est aial. ergo omnis homo ē substantia. Et similiter exponitur diffinitio dici de nullo. Et etiam intelligitur vnū principiū oppositum illi. Unde duplex est dici de omni. qdam est prioristicū z aliud est posterioristicū. Dici de omni prioristicum est predicatū affirmari ō subiecto distributo siue vere siue falsē. vt omnis hō est animal. ois homo est asinus. ideo in sola propōe vniuersali affirmatiua reperitur dici de oīi prioristicū. Et similiter in sola vniuersali negatiua dici de nullo. Sed dici de omni posterioristicū est predicatum vere affirmari de subiecto distributo vt nō distributo necessario ꝓ qualibz dña tpis vt ois hō est aial vel ois asinus est aial

Est autē duplex vniuersalitas. s. tēpoz et suppositoz. In illa propōe oz cēvniuersalitas tēporum qñ predicatū conuenit subiecto pro oīi tēpore. Uniuersalitas vo suppositoz est qñ predicatum ineſt cuilibet suppositō subiecti vel denotatur cuilibet inesse. Et ideo etiā duplex ē vniuersalitas suppositoz. qz ꝙdā est quando predicatum cōuenit realiter cuilibz suppositō subiecti vt in hac propōe homo est risibilis. Alia ē qñ conuenit subiecto z cuilibet suppositō scōm modum enunciādi. vt in hac propositōe. hō est albus. Et solū de hac vltate et' dici de omni prioristico est hic ad propositum. Ex quo patet ꝙ in aliqua propōe dici de omni posterioristicum est in qua nō est dici de oīi prioristicū z ecōtra. vt in propōnibus affirmatiuis falsis est dici de omni prioristicū z non posterioristicum. Et similiter in ꝓpositionibus indefinitis vel particularib⁹ necessarijs. vt in hac hō est risibilis. hō est aial. ē dici de oi posterioristicū et nō prioristicū.

Sciendū est secundo ꝙ

dici de omni est principiuz regulatiuū sillogismorum affirmatinoz. et dici de nullo est principiuz regulatiuū sillogismoz negatiuoz. Omnes eni sillogismi in quibus est ꝓña formalis regulant' per dici de omni vel' dici de nullo. et hoc intelligendū ē de sillogismis quoz mediū est termin⁹ vniuersalis vniuersaliter tentus. Et etiā intelligendo de regulatione mediata vel imediata directa vel indirecta. Adhoc enim ꝙ aliqs sillus reguletur per dici ō omni requiritur ꝙ termin⁹ qui predicatur ī premissis de aliquo subiecto distributo predicetur in cōclusione de aliquo supposito illius subiecti. Exemplū. vt oīe aial currit. ois homo est aial. ergo omnis hō currit. currere eni in maiore affirmatur de aiali vniuersaliter sumpto. z hō est sumptū sub aiali. ideo currere affirmatur de hoīe in conclusione. Per dici autē de nullo intelligitur hec maxia. Quicquid negatur de aliquo subiecto distributo negatur de quolibet supposito contento sub ipso. Et virtute illius maxime valet sillogismus. nullus hō est asinus. sortes est hō. ergo sortes nō est asin⁹

Ex quibus sequitur ꝙ soli sillogismi prime figure directe cōcludentes immediate regulantur per dici de omni vel dici de nullo. Oēs autē alij mediate et indirecte per illas maxias regulant'.

Sciendum est tercio ꝙ

dici de omni nō est passio propōis precise nec sillogismi. sed est passio predicati in ordine ad subiectum. Et formaliter loquendo dici de omni est respectus rationis qui habet pro fundamento et termino aliqua quoz vnū predicatur de alio vniuersaliter z affirmatie vel vniuersaliter z negatiue. z sic ē passio predicati in ordine ad subiectum. Uñ predicari de alio vniuersaliter est predicari de subiecto distributo per signuz vniuersale aut per aliquod ei equiualens. Et ꝙ dici de omni nō sit passio sillogismi patet qz sillogismo nō conuenit predicari de aliquo affirmatiue vel negatiue. Sed dici ō omni conuenit illi qō ꝙ dicatur ō aliquo affirmatiue vel negatiue. ergo non est passio sillogismi. Maior patet quia sillogismus ē propositio ypothetica cui repugnat ꝙ dicari. Et similiter nō ē passio propositiōis quia eodē modo sibi repugnat predicari ō aliquo. iō dici de oi est passio predicati ī ordie ad subiectū

Sed contra predicta

arguitur primo sic. In hac propositione homo ē aial' nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicatur predicatū. et tñ in ea non est dici de omni ergo diffinitio dici de omni nō ē bona. Secūdo arguitur sic. In hac propositōne ois hō currit. est dici de omni. et tñ est aliquid sumere subiecto de quo nō dicatur predicatum. quia hec ē vera. Adam est homo. z tamē cursus non dicit' de eo. g⁹ diffinitio non ē bona. Tercio arguitur sic. Iste sillogismus regulatur per dici de oi ois homo currit. adam ē homo. ergo adam currit. et tñ non ē bonus sillogismus cum premisse possint esse vere cōclusione falsa existente. g⁹ dici de omni non ē sufficiens principiū regulatiuū sillogismoz. Quarto sic arguitur. In hac propositione. omnis sortes currit vel nullus sortes currit. ē dici de omni et dici de nullo. et tñ ille nō tunt vniuersales. g⁹ nō omni illi propositōi cui

conuenit dici de omni cõuenit q̃ sit vniuersalis

Ad rationes. Ad primã

dr q̃ quãuis predicatũ illius ppõis realiter ⁊ ve re cõuentat cuilibet contento sub subiecto. non tñ denotatur dici de illis scõm modũ enunciãdi cũ ipsa non sit vniuersalis. Ad scõaz cõcedi tur maior ⁊ minor negatur. ⁊ ad probatõez dicit q̃ adaz nõ est sumptũ sub hoie. qz hõ in hac pro nositõe ois homo currit distribuitur solũ p pñ tibus existentibus. adã autẽ non ẽ suppositum existens. nec habet esse in pñti. Ad terciam dr q̃ in minore male subsumit eo q̃ adã nõ est sup positus hominis accepti in maiore. cũ accipiat solum pro hominibus existentibus in pñti. Ad quartã dr q̃ talibus propõibus nõ ꝓuenit dici de omni neqz de nullo. qz subiectũ illaz propo sitionũ est terminus discretus cui repugnat di stribui ⁊ pro pluribus teneri. ymo omnes tales sunt falsi et impropie.

Circa hunc textū notandū est primo q̄ quit⁹ modus prime figure qui est indirecte cõcludēs dr baralipton. et reducit ad barbara per ꝯuersiones ꝯclusionis per accñs. nō tñ debet intelligi q̄ reducat ad barbara per ꝯuersionē sue cõclusionis cum ipsa non possiti cõuerti p accñs. sz dz intelligi q̄ reducit ad barbara p ꝯuersiões ꝯclusiõis de barbara. Reducere autē vnuz modū ad alīū nō est facere de vno mō alīuz modū sed est pbare vnū modū esse formalē ꝯñaz p euidentiā ꝯñe alterius modi. Sic gꝰ probat euidentia ꝯñe de baralipton. quia ad premissas de baralipton formaliter sequitur ꝯ⁹ de barbara eo q̄ premisse sunt eedē et eodē mō disposite in barbara et in baralipton. sed ad ꝯclusionez de barbara sequit ꝯ⁹ de baralipton p cõuersionē ꝯclusionis de barbara p accñs. gꝰ de primo ad vltimū ad premissas de baralipton sequitur ꝯ⁹ formaliter eiusdē. ꝯña tenet per hanc regulam. Quicquid formaliter sequitur ad ꝯñs alicuius bone cõsequentie sequit ad eius añs. sz ad ꝯñs de barbara sequit ꝯñs de baralipton p ꝯuersionē p accñs. gꝰ ad premissas de barbara sequitur ꝯ⁹ eadē. Scōus modus indirecte ꝯcludēs designat⁹ p hanc dictionē celātes cuiꝰ diffinitō clare patet in textu. Et probat⁹ q̄ sit formalis cōsequētia p reductionē eiꝰ ad celarent cõclusiõe ꝯuersa simpliciter. Nā ad premissas de celātes sequit ꝯ⁹ de celarēt eo q̄ in celarēt et celantes sunt eedem premisse. sed ad cõclusionez de celarent sequit cõclusio de celantes p conuersionē simplicē. gꝰ de primo ad vltimū ad premissas ꝺ celantes sequit cõclusio eiusdē. Reducitur etiā iste modus ad darij p impossibile capiēdo oppositus ꝯtradictoriuz cõclusionis p maiore. et minorē pro maiore inferendo oppositū ꝯtradictoriuz maioris qꝺ oportz ꝯuertere simpliciter ⁊ erit sillus in darij. Uñ reducere p impossibile ē ex opposito ꝯclusionis cū altera premissaꝝ iferre oppositū alteriꝰ pmisse. Tercius modus indirecte ꝯcludēs. s. dabitis reducit ad darij p cõuersionē ꝯclusionis. Probat etiā eiꝰ ꝯña sicut ꝓcedens. ad premissas eni de dabitis sequit ꝯ⁹ de darij. ⁊ ad cõclusionē de darij sequit ꝯ⁹ de dabitis. Reducitur etiā ad celarēt p impossibile accipiēdo cõtradictoriū cõclusionis p maiore et maiorē pro minore inferēdo cõtradictoriū ꝯclusionis qꝺ oportet cõuertere simplr et erit sillogismus in celarent.

Sciendū est secundoq̄

Fapesmo reducit ad ferio cõuertēdo maiorez p accñs ⁊ minorē simplr. ⁊ trāsmutādo premissas Probat naz ad pmissas de fapesmo formaliter sequūtur premisse de ferio. Nā ad maiorē de fapesmo formaliter sequitur minor de ferio p conuersionē p accñs. ad minorē vo de fapesmo seq̄tur maior de ferio p ꝯuersionē simplicem. Et vltra ad premissas de ferio sequit fortaliter ꝯ⁹ de fapesmo. qz vtrobiqz ē eadē ꝯclusio. gꝰ de prio ad vltimū ad pmissas de fapesmo sequit ꝯ⁹ eiꝰ dem. Reducit etiā p impossibile ad barbara capiendo oppositū ꝯtradictoriū cõclusionis p maiore et maiorē p minore inferēdo cõtradictoriuz minoris. Friseso morx aūt reducit ad ferio maiore et minore ꝯuersis simplr ⁊ fcā transpositõne pmissaꝝ. Patet q̄ ad pmissas de friseso morx formalr sequūtur premisse de ferio p ꝯuersiões simplicē. ⁊ ad pmissas de ferio seq̄tur ꝯ⁹ de friseso morx eo q̄ ē eadē ꝯ⁹ vtrobiqz. gꝰ de primo ad vltimū ad premissas de friseso morx sequitur ꝯ⁹ eiusdē. Reducit etiā p impossibile ad celarent capiēdo cõtradictoriū cõclusionis p minore et minorē p maiore inferēdo ꝯtradictoriū conuerse maioris. Reducitur etiaz ad darij capiendo cõtradictoriū cõclusionis p maiore ⁊ maiorē p minore inferendo ꝯtradictoriū ꝯuerse minoris

Isti autem duo modi vltimi, scilicet fapesmo et frisesomorum valent in omni figura ad concludendum particularem negatiuam.

Sciendum est tercio q

tres sunt modi reductionis sillogismorum imperfectorum ad sillogismos perfectos qui dicūtur eē quatuor primi modi prime figure. Primus modus reducendi est per cōuersionem. secundus per transpositionez premissarum. tercius per impossibile. Et vltra istos tres modos Aristoteles primo priorum ponit vnum alium modum qui est reducere alios modos imperfectos ad sillogismos expositorios. Unde aliq modi reducūtur per solam conuersionem conclusionis. et tunc ille premisse que perfecte inferebant cōclusionem conuersam euidenter inferunt conclusionem cōuertentem. et meuidenter. et hoc modo baralipton reducitur ad barbara quia ad premissas de barbara sequitur directe vniuersalis affirmatiua et ad vniuersalem affirmatiuam sequitur particularis affirmatiua per conuersionem per accidens. g9 de primo ad vltimum ad premissas de barbara sequitur particularis affirmatiua. Ali quando etiam fit reductio per conuersionē antecedentium premissarum et transpositionem vnius p̄missе vt in cesare. Sed reducere per transpositionem premissarum nō ē aliud nisi quando ad aliquaz copulatiuam cuius partes sunt debite ordinate sequitur aliqua cōclusio. et ad eandē copulatiuam cuius ptes sunt indebite ordinate sequitur eadem. vt ista cōclusio omnis hō est substantia sequitur ad istam copulatiuam cuius ptes sunt debite ordinate. omne animal est substantia et omnis homo est animal. Sed eadem conclusio sequitur ad eandem copulatiuam cuius partes sunt indebite ordiate. puta ad istam omnis homo est animal et omne animal est substantia sequitur eadem conclusio. scz omnis hō est substantia. Sed reductō per impossibile protrahitur sillogismus conuersius et fit ad videndum seu probandum si conclusio sit vera vel premisse sunt vere aut si cōsequētia sit bona. qz si premisse sintvere aut cōsequentia sit bona tūc contrarie vel contradictorie sue essent simul false quia si ex opposito conclusionis, cum altera premissarum inferatur oppositus alterius premisse tūc talis consequentia erit bona.

Sed contra predicta

arguit prio sic. Actor noster posuit tres modos idirecte cōcludentes ꝓuenientes in p̄missis cū tribus primis mōis directe ꝓcludentib9. g9 a simili debet ponere aliquem modum indirecte cōcludentem ꝓuenientem in premissis cum quarto.

Secundo sic arguitur. nō sequitur nullus currens est homo, omne animal est currens. g9 nullus homo ē asal. premisse sunt vere posito q nullus hō sit z oē aliud asal currat. g9 in celantes ñ est consequētia formalis. Tercio arguitur nō sequitur omne rationale vel irrationale ē asinus omnis homo ē rationalis vel irrationalis. ergo asinus ē homo. Premisse sunt vere z ꝓclusio falsa. et tamen arguitur in baralipton. g9 non ē formalis ꝓña. Quarto arguit sic. frisesomorum nō regulatur p dici de oi aut dici de nullo cuz maior eius sit p̄ticularis. g9 nō ē ꝓña formalis sillogistica

Ad rationes. Ad primā

dicitur q non ē simile eo q nullus modus directe ꝓcludens potest aliquid cōcludere indirecte nisi conclusio eius possit conuerti. cōclusiones autem trium primorum modorum possunt conuerti in terminis. sed nō cōclusio de ferio cuz sit particularis negatiua que non potest ꝓuerti in terminis. Ad secundam dr q homo nō eodez modo stat in maiore et conclusione nec etiaz animal in minore. stant enim in premissis pro p̄ntib9 tantum propter participium restringens ad presentia. in conclusione vero stant indifferēter pro omnibus siue existant siue non. cuz illa sit necessaria. et in propositionibus necessarijs copula absolutur a tempore. Ad terciam distinguit maior. quia vel ē disiunctiua vel de disiuncto sūbiecto. si sit disiunctiua sic est verus q sillogism9 nō valeticum ex ea non potest fieri sillogism9 categoricus eo q ypothetice non sunt alicui9 q̄ntitatis. si sit de disiuncto subiecto hoc est dupliciter. quia vel totum disiunctum distribuitur. et sic est bonus sillogismus. z sicut conclusio est falsa ita maior quia significat q omne rationale, vel irrationale est asinus sed hoc est falsum. si vero prima pars disiūcti distribuatur. tūc maior est vera et nō sequitur cōclusio propter hoc q illud quod est subiectum maioris non est predicatum totale minoris Ad quartam dicitur q licet frisesomorum immediate non regulatur per dici de omni aut de nullo. tamē bene regulatur mediate scilicet per reductionem eius.

equitur ō secūda figura cuius tales dantur regule. Jn secunda figura maiore existēte particulari nihil sequitur Jtem in secunda figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. Jn secunda figura semper concludit negatiue. Secūda figura quatuor habet modos

Cesare. Primꝰ modus ꝓstat ex maiore vlī negatia. ⁊ minoꝝ vlī affirmatia. vlem negatiuaꝫ directe ꝯcludētibꝫ. vt nullꝰ lapis ē aial. ois hō ē aial. gͦ nullus hō est lapis. Et reducīt iste modꝰ ad scōm modū prie figure maiore ꝯūsa simplr. Camestres. Scōus modꝰ ꝓstat ex maiore vlī affirmatiua. ⁊ miore vlī negatiua. vlem negatiuā directe ꝯcludētibus. vt ois hō ē aial nullꝰ lapis ē aial. gͦ nullus lapis est hō. Et reducīt iste modꝰ ad scōm modū prie figure miore ⁊ ꝯclusiōe ꝯūsis simplr. ⁊ per trāspositōez ꝓmissaꝝ. Festino Tercius modus ꝓstat ex maiore vlī negatia. ⁊ miore ꝑticlari affirmatiua. ꝑticularē negatiuaꝫ directe ꝯcludētibꝫ. vt nullꝰ lapis ē aial. quidā hō est aial. gͦ quidā hō nō ē lapis. Et reducitur iste modus ad q̄rtuꝫ moduꝫ prie figure maiore ꝯūsa simplr

Baroco q̄rtus modꝰ ꝓstat ex maiore vlī affirmatia ⁊ miore ꝑticlari negatia. ꝑticularē negatiuā directe ꝯcludētibꝫ. vt ois hō ē aial. quidā lapis nō ē aial gͦ quidā lapis nō ē hō. et reducīt ad primū modū prie figure ꝑ ipossible Reducer aūt ꝑ ipossible ē ex oppōito ꝯclusiōis cū altera ꝓmissaꝝ iferre oppositū alterius ꝓēisse. Sūat ei opposita ꝯclusiōis. s. ois lapis ē hō cū maiorꝝ hꝰ q̄rti. s. cū ista ois hō ē aial. sic arguet oīs hō ē aial oīs lapis est hō gͦ ois lapis ē aial

Circa hūc textū notādū ē prīo q ꝑ q̄ auctor determiat ō pria figura in q̄ meꝰ ē meꝰ ꝯiūcti one ⁊ positōe sīl. ꝯter determiat de scōa in qua meꝰ ē mediꝰ ꝯiunctōe tm̄. Nā in scōa figura maior extrēitas ē primꝰ trmin⁹ ⁊ de ea ꝑdicat meꝰ scōs ho terminꝰ ē mediꝰ ⁊ mior extrēitas ē vltiꝰ Mior aūt extrēitas pōit sub mdio ⁊ sub maiori extrēitate. ⁊ sic ipsa sēp subꝫ tā in ꝓmissis q̄ i ꝯne. ſz maior extrēitas subꝫ cū medio ⁊ ꝑdicat de maiore i ꝯne. Assignant aūt tres rōes ad silogtsandū in scōa figura. Pria ē q maiore exīte ꝑticulari nihil seqr. Probat q maiore exīte ꝑticulari arguit a nō distributo ad distributū ex pte maioris extrēitatis q̄ nō distribuit i maiore cum sit sōm ꝓpōis ꝑticularis. ⁊ tm̄ distribuit in ꝯne cū sit ꝑdicatū ꝓpōis negatie. sp enī ꝯ hꝰ figure ē negatia. Scōo pbat q ī tli dispōe reperit terminꝰ i q̄bꝰ oi. vt hō aial asinꝰ. ⁊ i quibꝰ nullꝰ. vt aial. hō. lapis. gͦ talis ꝯbinat nō valz. Scōa rōa ē. ex puris affirmatis nihil seqr i scōa figura Probat prīo, q ītali dispōe reperit terminꝰ in q̄ bꝰ oi. vt asinꝰ. aial. rudibile. ⁊ i quibꝰ nullꝰ. vt asinꝰ. aial. equꝰ. gͦ ꝛc Scōo, pbat q cuiusz bonitātis meꝰ dz eē distributū in aliq̄ ꝓmissaꝝ. ſz cuz arguit ex puris affirmatis meꝰ i nulla ꝓmissaꝝ distribuit cū i vtraqz sit ꝑdicatū ꝓpōis affirmatie. gͦ ex puris affirmatis ñ valz nisi in scōa figura. maior ꝑz q nisi meꝰ distribuat in ꝓmissis extrēitates poterūt vniri i mdio vl separi ꝑ diuisis ꝑtibꝰ. gͦ ñ seqr vnio vel sepatō eaꝝ inter se i ꝯne. Tercia rōa ē q i scōa figura sp ꝯcludit negatie. ꝑz q i scōa figura sp altera ꝓmissaꝝ est negatia vt ꝑz ꝑ rōaz ꝓcedētē. gͦ ꝯ dz eē negatia vt ꝑz ꝑ rōaz gñalē supr positā q ē q si aliq̄ ꝓmissaꝝ sit negatiua cōclusio debet esse negatiua.

Sciendū ē scōo q hꝰ figure q̄tuor sunt mōi. quoꝝ sufficia sic hēt. q ois modꝰ scōe figure ē ordia⁹ duaꝝ ꝓmissaꝝ in q̄bꝰ idē ꝑdicat i vtraqz. vl gͦ ābe ꝓmisse sūt vles vl ābe ꝑticlares. vl maior vlis ⁊ mior ꝑticularis vl ecōtra. Si ābe sint vles hoc ē q̄drupl. vel ābe sint affirmatie ⁊ sic nihil seqr vl ābe negatie. ⁊ sic nihil seqr vl maior negatia ⁊ mior affirmatia ⁊ sic ē cesar. vl ecōtra ⁊ sic ē cāestres. si ābe sint ꝑticlares hꝰ ē q̄drupl ⁊ quocūqz⁹ dispōant nihil seqr. si maior sit vlis ⁊ mior ꝑticularis hꝰ ē q̄drupl qz vl ābe sit affirmatie vl ābe negatie. ⁊ his duobꝰ mōis nihil seqr. vel maior ē negatia ⁊ mior affirmatia. ⁊ sic ē festino. vel ecōtra ⁊ sic ē baroco. si ho maior sit ꝑticularis ⁊ mior vlis hꝰ ē q̄drupli

eiter ꝛ quocūqz mō disponantur nihil sequitur.

Uñ primꝰ modꝰ scōe figure designatꝫ p hāc dictōez celare.ꝛ ē dispositio duarꝫ ppōm vlīuz ordinatarꝫ in debita ꝓtitate quarꝫ pria ē negatiua ꝛ scōa affirmatiua. Et ꝯcludūt vlez negatiuā directe. vt bñ sequit. nullꝰ hō ē equꝰ. oē hinnibile ē equꝰ. gꝰ nullū hinnibile ē hō. Et talis syllus ñ rlatur imediate p dici de oi ꝛ dici de nullo. sz regulat inꝯtuz hz reduci ad scōz modꝰ prie figure. s. maiore ꝑūsa simplr. Et ꝓbatꝫ eiꝰ ꝯña qz ad ꝑmissas de celare sequūtur ꝑmisse ō celarēt. ꝛ ad ꝑmissas de celarēt sequit ꝯclūdo de celare. gꝰ ad premissas de celare sequit ꝯclūdo eiꝰ scōe. ꝛ p ꝯñaz de primo ad vltimū ꝛ p illā rlāz ꝯñarꝫ q ē q quicquid sequit ad ꝯñs bōe ꝯñe sequit ad eiꝰ añs. Scōs modꝰ ē camestres cꝰ diffꝰ pz in textu. q etiā reducitur ad celarēt p ꝯūsionē simplicē minoris ꝛ ꝯclūdonis eiꝰ. ꝛ p trāspositōez ꝑmissarꝫ. Et eodē mō probatur eiꝰ ꝯña sicut ꝛ ꝓcedēs. Ex quo pz q quilz eoꝝ pōt ꝯcludere quatuor ꝓpōes manētibus eisdē ꝑmissis. Pz qz prio cōcludūt directe vlez negatiuā. Scōo ꝯcludūt eā indirecte. qz ꝯclūdo directa eoꝝ pōt ꝯūti simplr. Et etiā ꝯcludūt duas ꝓpōes ꝑticularet negatias q subalternātur illis vlibus negatis. Terciꝰ modꝰ ē festino qui reducit ad ferio maiore ꝯūsa simpliciter. ꝛ nō pōt iste modus ꝯcludere indirecte aliquā ꝯclūdonez eo q ꝯclūdo non potest conuerti in terminis.

Sciendum est tercio q

q̄rtus modꝰ scōe figure ē baroco. qui nō cōcludit nisi directe eo q sua ꝯclūdo nō pōt ꝯūti. Nec pōt reduci ad aliquē modū prie figure p ꝯuersionē. Cuiꝰ rō ē qz si p cōuersionē posset reduci vl hoc erit cōuertēdo maiorē q nō pōt cōuerti nisi p accidēs. s. in ꝑticularē affirmatiuā. ꝛ sic ābe ꝑmisse essent ꝑticulares. Uel reduceret ꝯuertēdo ꝯclūdonē aut minorē ꝛ hoc nō ē possibile. qz ꝑticularis negatia nō cōuerteret in terminis. gꝰ baroco non pōt reduci p cōuersionē ad aliquē modū prie figure. Sz reducit p impossibile ad barbara capiendo cōtradictoriū ꝯclūdonis p minorē. ꝛ maiorē p maiore inferēdo oppm cōtradictoriū minoris. Et ꝓbatur sic ista ꝯña p vnā regulā ꝯñarꝫ. Oīs illa ꝯña ē bōa in q ex opposito ꝯtradictorio ꝯclūdonis cū altera ꝑmissarꝫ infert oppositū alterius premisse. sz ex opposito cōtradictorio ꝯclūdonis de baroco cū altera ꝑmissarꝫ infert oppositū minoris. gꝰ talis ꝯña ē bōa. Uerbi gra arguēdo i baraco. oīs hō ē aial. quidā lapis nō ē aial. gꝰ quidā lapis ñ ē hō. reducit sic capiēdo cōtradictoriuz ꝯclūdonis p minore qđ ē oīs lapis ē hō. ꝛ arguitur sic. oīs hō ē aial. oīs lapis ē hō. gꝰ oīs lapis ē aial. q ꝯclusio est oppm ꝯtradictoriū minoris. Uñ reducef vnū modū ad aliū p impossibile ē ex opposito cōtradictorio ꝯclūdonis cū altera ꝑmissarꝫ infert oppm alterius premisse. ꝛ qz in secunda figura illō qđ subr in maiore ꝑdicat in ꝯclūdone. iō reducēdo mōs scōe figure ad mōs prie figure p impossibile oportz q maior maneat eadē. ꝛ oppa ꝯclūdonis fiat minor. ꝛ sic oportet semp seruare maiorez ꝛ variare minorē. Uñ cesare reducit ad ferio p impossibile capiēdo oppm cōtraditoriū ꝯclūdonis de cesare. Sz camestres reducit ad darij. ꝛ festino ad celarent eodē mō faciēdo. s. capiēdo oppm cōtradictoriū ꝯclūdonis p minore alioꝝ mōꝝ ꝛ maiorē p maiore inferendo oppositum contradictorium minoris.

Sed contra predicta

arguitur. Prio sic. oē albū ē sortes. oīs hō ē sortes. gꝰ oīs hō ē albus. ꝛ tñ arguit ex puris affirmatiuis in scōa figura. gꝰ ex puris affirmatiuis in scōa figura aliquid sequit. Scōo arguitur sic. q̄cunqz vni et eidē sunt illa sunt eadē inter se sz arguēdo ex puris affirmatiuis extremitates i ꝑmissis denotant eē eedē vni tercio. s. medio. gꝰ ꝑñt denotari eē eedē inter se in ꝯclūdone. Tercio sic arguit cesare ꝛ camestres hñt ea sdē ꝑmissas ergo nō sunt mōi distincti. ꝯña tz qz silli distingūtur p ꝑmissas. Quarto sic arguit. nō sequitur nullū subm ē predicatū. ꝛ cuiuslz ppōis ē predicatū. ergo nullꝰ ppōis ē subiectum. ꝛ tñ arguit in cesare. gꝰ cesare nō ē formalis consequentia.

Ad rationes. Ad primā

dr q illa ꝯña nō tz virtute sillī regulati p dici ō oī ꝛ dici de nullo. sz virtute sillī expositorij cuiꝰ meꝰ est terminꝰ singularis singulariter tēt. Et rlatur p hāc maximā. quecūqz vni ꝛ eidē singulari singulariter ꝛ vniuoce tēto sunt eadē illa inter se sunt eadē. Ad scōaz dr q nō oportz q illa q̄ sunt eadez in vno cōi esse eadē inter se. sz solū ea q̄ sunt eadē vni singulari singulariter tēto

Ad terciā dr q q̄uis i cesare ꝛ camestres sint eedē ꝑmisse materialiter. nō tñ formaliter. qz nō sunt eodē mō disposite ꝛ differūt p transpositionē earꝫ. ꝛ sic trāspositio premissarū pōt variare modū q̄uis nō figurā. Ad quartā dr q illa sillus nō regulat per dici de oi aut dici ō nullo eo q in miore nō subsumit sub termino distributo in maiore. iō illa silogismus non valet.

Equitur ō tercia figura

cuiꝰ tales dant rle. In tercia figura minore exīstēte ne negatia nihil sequit. Itē i tercia figura ꝯclusio debet eē ꝑticularis. Tercia figura sex hz mōs. Darapti. Primꝰ modꝰ ꝯstat ex vli affirmatiua maiore

ꝛ vlī affirmatiua minore. pticularē affirmatiuā ꝯcludētib⁹ directe. vt ois hō ē ſubā. ois hō ē aial. g⁹ qdā aial ē ſuba. Et reducit ad terciū modū prie figurē minore ꝯſa p accōs. Felaptō Scōus mod⁹ ꝯſtat ex vlī negatia maiorī. ꝛ vlī affirmatia minore. pticularē negatiuā; directe ꝯcludētib⁹. vt null⁹ hō ē lapis. ois hō ē aial. g⁹ qdā aial nō ē lapis. Et reducit ad qrtuz modū prie figure minore ꝯſa p accidēs. Diſamis. Tercī⁹ mod⁹ ꝯſtat ex pticulari affirmatia maiore. ꝛ vlī affirmatia minore. pticularē affirmatiuā directe ꝯcludētib⁹. vt quidā hō ē ſuba. ois hō ē aial. g⁹ qdā aial ē ſba. et reducit ad terciū modū prie figure maiore ꝛ minore ꝯſis ſimplr ꝛ p trāſpoſitōez p̄miſſarum

Datiſi. Quart⁹ mod⁹ cōſtat ex vlī affirmatia maiore. ꝛ pticlari affirmatia minore. pticularē affirmatiaz directe ꝯcludētib⁹ vt ois hō ē ſba. qdā hō ē aial. g⁹ qdā aial ē ſba. Et reducit iſte mod⁹ ad terciū modū prie figure minore ꝯſa ſimplr Bocardo. Quint⁹ mod⁹ ꝯſtat ex maiore pticulari negatia. ꝛ minore vlī affirmatia pticularē negatiuā directe ꝯcludētib⁹. vt qdaz hō nō ē lapis. ois hō ē aial. g⁹ qdā aial nō ē lapis. Et reduc ad p̄imū modū prie figure p impoſſibile. Sumat ei oppoſituz ꝯdictoriū ꝯcluſiōis cū altera p̄miſſaz ꝛ inferet oppoſitū alterius p̄miſſe. vt oē aial ē lapis. ois hō ē aial. g⁹ ois hō ē lapis Hec ꝯcluſio fcā p impoſſibile in prio mō prie figure ꝯdicit maiori conuertēti. ſ. tercie figure.

Feriſon. Sext⁹ mod⁹ ꝯſtat ex maiore vlī negatia ꝛ minore pticulari affirmatia pticularē negatiuā directe ꝯcludētibus. vt null⁹ hō ē lapis. quidā hō eſt aial. g⁹ qdā aial nō eſt lapis. Et reducit ad qrtū modū prie figure minore conuerſa ſimplr

Circa hūc textū notādū ē prio q̄ poſtq̄ autor determinauit de ſcda figura ꝯſequenter determinat de tercia figura. in qua mediū ſubicit⁹ in vtraq; p̄miſſarū. mediū em̄ in tercia figura ē vltim⁹ terminoz poſitōe eo q̄ ſēp ſubiect⁹. ꝛ maior extrēitas ē p̄im⁹ terminoz. qz ſēp p̄dicat⁹ ꝛ minor extrēitas ē mediꝰ terminoz qz p̄dicat⁹ medio ī minore. ꝛ in ꝯſne ſubiect⁹ maioꝛ extrēitati. De ſillis aūt hꝰ figure dant⁹ due rle Quaꝝ p̄ia ē minore exīte negatia nihil ſequit⁹. P̄z prio qz minore exīte negatia reperiūtur termini in quib⁹ oi ꝛ in quib⁹ nulli. g⁹ ꝛc. P̄z ſcdo quia minore exīte negatia arguit⁹ ñ diſtributo ad diſtributū. qđ p̄z qz maior extrēita ſi diſtribueret⁹ ī maiori ppōe cū eēt p̄dicatū ppōis affirmatie et tñ diſtribueret⁹ in ꝯſne cū eēt p̄dicatū ppōis negatiue. ſi ei alīq̄ p̄miſſaz fuerit negatia ꝯſ⁹ ē negatiua. ꝛ minore negatiua oportz maiorē eē affirmatiuā. qz ex puris negatis nihil ſequit⁹. g⁹ rla ꝛa. Scda rla ē q̄ in tercia figura ſēp ꝯcludit⁹ particulariter. pbat⁹ prio. qz ꝯcludēdo vlr in tercia figura ex his ſeq̄ret⁹ fls. vt p̄z ſic arguēdo. ois hō ē riſibil⁹. ois hō ē aial. g⁹ oē aial ē riſibile. Scdo pbat⁹ qz ſi poſſeri tercia figura vlr ꝯcludi argueret⁹ a nō diſtributo ad diſtributū. g⁹ talis ꝯſa ñ valet. ratiō patet. qz maior extrēitas q̄ ē p̄dicatum

propositõnis nõ distribueretur in minori ppositione eo q̃ oportet minorem esse affirmatiuam et tñ minor extrẽitas distribueretur in ꝯclusiõe si ꝯ esset ppõ vlis. z sic argueretur a nõ distributo ad distributũ. Uñ huj figure sex sunt mõi qui per has dictões õsignãtur. s. Darapti felapton. disamis. datisi. bocardo. ferison.

Quoz sic hẽtur sufficiẽtia. qz ois modꝰ tercie figure ẽ ordiatio duaz ꝓmissaz i quibꝰ meꝰ subicit. vel gꝰ ãbe ꝓmisse sunt vles. vel ãbe pticulares. vl ecõtra. Si ãbe sint vles hoc ẽ q̃drupliciter. qz vel ãbe sunt affirmatie. z sic ẽ darapti. vl ãbe negatiue. z sic nihil sequit. vel maior ẽ affirmatiua z minor negatiua. z sic etiã nihil sequit. vel ecõtra z sic ẽ felaptõ. Si sint ãbe pticulares hoc ẽ quadrupliciter. z quocũq; mõ dispõant ex eis nihil sequit. Si maior sit vlis z minor pticularis hoc ẽ quadruplr. qz vel ãbe sunt affirmatiue. z sic ẽ datisi. vel ãbe negatie. z sic nihil sequit. vel maior affirmatiua z minor negatiua. z sic iterz nihil seqr vel ecõtra. z sic ẽ ferison. Si maior sit pticularis z minor vlis hoc ẽ quadrupliciter. vl ãbe sũt affirmatiue. z sic ẽ disamis. vel ãbe negatie z sic nihil sequit. vel maior ẽ affirmatiua z minor negatiua. z sic etiã nihil seqr vl ecõtra sic ẽ bocardo.

Sciendũ est secundo q

hoxmõz darapti felaptõ disamis. z datisi diffinitões patẽt in textu. Et triplr eoz ꝯñe ꝓbant. s. p ꝯuersionẽ. p syllñ expositoriũ. z p impossibile. Reducit gꝰ darapti ad darij minore ꝯsa p accñs z ꝓbat. qz ad ꝓmissas de darapti sequunt ꝓmisse de darij. z ad ꝓmissas de darij sequit ꝯ de darapti. gꝰ ad ꝓmissas de darapti sequit ꝯ eiusdẽ

Felaptõ aũt reducit ad ferio p ꝯuersionẽ minoris p accñs. Disamis etiã reducit ad darij maiorẽ ꝯsa simplr z minore posita loco maioris. Et eodemꝰ ꝓbat ꝯñe hoz duoz mõz sicut precedẽs. Darapti etiã ꝓbat p syllñ expositoriũ. qz si ꝓmisse de darapti sint ve vt hꝰ mõi. ois hõ ẽ aial. ois hõ ẽ risibilis. tũc erit aliquid idez qđ erit anial z risibile. signet illud z sit sortes. et tũc arguat sic. sortes ẽ aial. sortes ẽ risibilis. gꝰ qđdaz risibile ẽ aial. hec ꝯ sequit ad ꝓmissas si logismi expositorij. z premisse syllꝰ expositorij sequũtur ad ꝓmissas de darapti. gꝰ ad ꝓmissas ꝺ darapti sequit ꝯ eiusdẽ. ꝯña tz. qz quicquid sequit ad ꝯñs bone ꝯñe sequit ad eius añs. Felaptõ aũt quasi eoꝝ ꝓbat. qz iste ꝓmisse de felaptõ sunt ve. nullꝰ hõ ẽ equꝰ. ois hõ ẽ aial. gꝰ erit dabile aliqđ de quo ve negabit equꝰ z affirmabitur aial. signet illđ z sit sortes. z arguat sic. sortes nõ ẽ equꝰ. sortes ẽ aial. gꝰ qđdaz aial nõ est equꝰ. Datisi aũt z disamis eodemꝰ ꝓbãtur sicut primus. Et quilz eoz mõz põt cõcludere taz directe ꝙ indirecte. excepto felapton cuius conclusio non potest conuerti.

Sciendum est tercio q

mõi tercie figure z scõe figure diũsimode reducũtur p ipossibile ad mõs prie figure. qz vt dcm ẽ ad reducendũ mõs scõe figure oportet maiorẽ seruare z oppm ꝯclusionis accipe p minore inferẽdo oppositũ minoris. Et rõ huj ẽ. qz idẽ subicit in maiore z ꝓdicatur in ꝯne. gꝰ ponẽdo oppositũ ꝯnis p minore erit dispõ prie figure. Sz reducẽdo mõs tercie figure per ipossibile ad mõs prime oportet seruare minorẽ z accipe oppositũ ꝯnis p maiore. inferẽdo oppm ctrariũ vl cõtradictoriũ maioris. Et rõ ẽ. qz idẽ i tercia figura ꝓdicat in minore z subicit in ꝯclusiõe. z sic ponendo oppm ꝯclusiõis p maiore erit dispõ prime figure. Ex quo pz ꝙ darapti z disamis reducũtur p ipossible ad celarẽt. felaptõ z bocardo ad barbara. datisi ad ferio. z ferison ad darij. Scõo sequitur q reducẽdo darapti z felaptõ p impossibile infert oppm ctrariũ maioris. Sz reducendo alios quatuor mõs infert ctradictoriũ ꝯnis.

Quintꝰ. s. bocardo nõ põt ꝓbari p cõuersiõez qz vel hoc eẽt p cõuersionẽ maioris q̃ nõ põt cõuerti nisi p accñs. z tũc argueretur ex puris pticularibꝰ. vel p ꝯuersionẽ minoris z cõclusionis sz hoc nõ qz sunt pticulares negatiue q̃ nõ ꝯuertũtur in terminis. Sz bocardo reducitur per impossibile ad barbara capiẽdo oppositũ cõtradictoriũ cõclusionis p maiorẽ z minorẽ p minore inferẽdo oppm ctradictoriũ maioris. põt etiam ꝓbari p syllñ expositoriũ eodẽ mõ sicut felaptõ.

Sextus aũt modus. s. ferison reducitur ad ferio minore ꝯuersa simpliciter. z p ipossibile ꝺducitur ad darij capiẽdo ctradictoriũ cõclusionis pm maiorem minorẽ p minore inferẽdo cõtradictoriuz maioris. Probatur etiã p syllñ expositoriũ eodem modo sicut precedens.

Sed contra predicta

arguit. Prio sic. Premisse inferẽtes aliquã ꝯnẽ trãsposite eandẽ adhuc inferũt. sz si ꝓmisse ꝺ felapton transponant mior erit negatiua. gꝰ i tercia figura minore exñte negatia aliquid sequit.

Scõo arguit sic. bñ sequit. oẽ risibile currit. oẽ risibile ẽ hõ. gꝰ ois hõ currit. gꝰ i tercia figura põt vlr ꝯcludi. Tercio arguit sic. nõ sequitur. cuilibet hois oculus ẽ dexter. cuilibet hominis oculus est sinister. gꝰ sinistrũ ẽ dextruz. ꝓmisse ei põt eẽ ve ꝯne exñte falsa. z tñ arguit in darapti. gꝰ nõ est formalis ꝯña. Quarto arguit sic. nõ sequit. ois hõ vel asinus est risibilis ois hõ vel asinus est rudibilis. gꝰ rudibile ẽ risibile. z tñ arguit in darapti. gꝰ ꝛc. Quito arguit sic. ũ sequit. alicui hoi inest sanitas. oi hoi inest albedo. gꝰ q̃daz albedo ẽ sanitas. Silr etiã nõ sequit. a quodã hoie videt equꝰ. ab oi hoie videt lapis. gꝰ a quodam lapide videtur equus

et tñ arguitur in disamis.ergo.

Ad rationes. Ad primã dr q nulle pmisse ꝓcludẽtes aliquã ꝓnez ipsis trãspositis eãdez ꝓcludũt saltẽ eodem⁹.lz alio⁹ eandẽ possent cõcludere.s.indirecte.z iõ minore negatia in tercia figura bñ aliquid sequit cõcludẽdo indirecte lz nõ ꝓcludẽdo directe. Ad secundã dr q ibi nõ ẽ formal' ꝓña eo q solũ tz gña materie naturalis. Ad terciã dr q in minorem bñ subsumit eo q vt dcm ẽ sup⁹ nõ dz fieri sub sũptio nisi sub termio distributo i maiore. i hoc aũt silo solũ distribuit ille gtius hois.z tñ subsumit sub hoc toto hois oculꝰ. Dicit scdo q nõ bñ ꝓcludit.deberet eni sic ꝓcludi.g⁹ aliqõ ẽs cuius oculus ẽ dexter ẽ ens cui⁹ oculꝰ est sinister.

Ad quartã dr q qlz pmissaz ẽ duplex.q distributio põt capi supra totũ distũctũ. z sic est sensus maioris.q ō quocũqz vz ẽ dicẽ q ẽ hõ vel asin⁹ de eo vez ẽ dicere q ẽ rudibilis.z ꝛm hũc sensũ ãbe pmisse sunt f.e z bñ ꝓcludit.lz sicut ꝓ ẽ falsa ita z pmisse. Vel põt cadẽ distributio supra prias ptẽ distũcti.s.supra hũc terminũ hõ.z sic ẽ sensus q de quocũqz vez ẽ dicere q ẽ hõ ō illo vez ẽ dicere q ipse vel asin⁹ ẽ rudibilis. et sic ãbe pmisse sunt ve lz male ꝓcludit.deberet ei sic cõcludi.g⁹ aliquid qõ ẽ hõ vel asin⁹ ẽ rudibile. Ad quintã dr q in vtroqz illoz duoz silorũ male ꝓcludit.deberz ei i pmo sic ꝓcludi.g⁹ ẽs cui inest albedo ẽ ẽs cui inẽ sanitas. In scdo ho deberet sic ꝓcludi.g⁹ a quo videt lapis ab illo videt equꝰ. vel sic.lẽs a quo videt lapis ẽ ens a quo videt equꝰ.q aũt debeat sic ꝓcludi patz resoluendo premissas.

Silogismoz ꝓcludentiũ particularẽ negatiuã indirecte tales dant rle. Nullus silus ꝓcludẽs particularẽ negatiuã indirecte põt eã ꝓcludere directe Et ꝓcludẽs directe põt ꝓcludere idirecte Itẽ pria figura ꝓcludit oia gña ppõm.s.vlez.particularẽ affirmatiuã z negatiuam. Scda figura ꝓcludit particularẽ negatiuã z vlez negatiuã. Tercia ꝓcludit particularẽ affirmatiuã z negatiuã. Unde vsus. Barbara celarent darij ferio baralipton. Celãtes dabitis fapesmo frisesomoz. Cesare camestres festino baroco darapti. Felapton disamis datisi bocardo ferisõ. Jn his qtuoz vsib9 pdictis sunt nouẽdeciz dictões nouemdeciz modis deseruientib9.ita q per primam dictionem intelligitur primꝰ modus prime figure.et per secundam secundus modus.ꝛc. Unde primi duo versus deseruũt omnibus modis prime figure. Tercius vero versus preter vltimam eius dictionem deseruit modis secũde figure.ita q prima dictio deseruit primo modo z secunda secundo modo z sic de alijs. Ultima vero dictio tercij versus cuz alijs dictionibus quarti versus deseruit modis tercie figure. Sciendum q per has vocales scilicet.a.e.i.z o.intelligũtur qtuor genera propositionũ. ita q per hãc vocalem.a.intelligitur vniuersalis affirmatiua.et p.e.vniuersalis negatiua.et per.i.particularis affirmatiua.z p.o.particularis negatiua. Et in qualz dictõe sunt tres sillabe z aliud residuũ est superfluuz nisi.Ad.vt postea patebit.Et p primã illarũ sillabaz intelligit maiorꝑo

positio.7 p scōaz minoz.7 p tercia cōclusio. Verbi gra. pria dictio.s.barbara hz tres sillabas in quaz qualz ponit.a.et per.a ter positū significat q primus modus prie figure ꝯstat ex duabus ppōibus vlibus affirmatis vniuersalē affirmatiua ꝯcludētibus Et ita intelligit de alijs dictōibus scōm vocales ibi positas.

Et sciēdū q quatuoz dictōes primi ysus icipiūt ab his ꝯsonātibus.b.c.d.7.f.7 oēs alie dictōes sequētes. Et p hoc intelligendū est q oīs q incipiūt per dictionē inchoataz p.b.debent reduci ad primū modū prie figure. Et oīs que incipiūt p dictōez inchoatā p.c.ad scōz. Et p.d.ad terciū. Et p.f.ad quartū. Ite vbicūqz ponit.s.in illa dictōe significat q ppō intellecta p vocalē imediate precedētez debet ꝙuerti simplr. Et ppō intellecta p vocalē imediate precedentē istā litterā.p.debet cōuerti p accīs. Et vbicūq ponitur.m.ibi debet fieri trāspositō in pmissis. Est eni trāspositio i premissis facere de maioze minorē 7 ecōuerso. Et vbicūq ponit.c.significat q modus intellectus p istā dictōez in qua ponitur debet reduci p impossibile.

Uñ ysus. Simplr verti vult s.p.ño p acci. Ab. vult trāspōi c.p ipossibile duci. Seruat maioꝛē variatq scōa minorē. Tercia maioꝛē variat seruatq minorē. Sz qz aristoteles in prioribus ostendit ꝯiugatōes i quibus non sequit ꝯclusio ex pmissis eē inutiles p inuentōz terminoꝝ i quibus nō tenet huiusmodi ꝯiugatio. iō utilis ē inuentō taliū terminoꝝ. vbicūq etiā fiat iutilis ꝯiugatio ꝯtra regl'as sil'oꝝ pri assignatas. Accipiē di igit sunt duo terimuni diuersi. s. due spēs sub vno gñe. dza vl ppio vl accīte. vt hō. asinus aial. vel duo termini quoꝝ alter de altero predicet siue ꝙuertibilr siue nō cū extraneo vtriusq: vt hō. risibile. lapis. vel hō aial. lapis. vel accipendi sunt duo termini quoꝝ alter de altero predicet siue ꝙuertibilr siue nō cū supioze ad vtrūq. vt hō. risibile. suba. vel hō. aial suba. Per hāc ei regulā disiunctiuā cuicūq gñi applicet siue sube siue ꝙtitati siue alicui alioꝝ sēp inueniunt termini p quos inutilis ꝯiugatio demōstrabit nō tenere. 7 tales terminos appellat aristoteles in prioribus terminos in quibus non.

Et nota q̄ inuenire termios in quibus non est acceptis tribus terminis facere coniugationem in qua p̄missę sunt vere et conclusio falsa manēte eadem qualitate et quantitate p̄positionum. verbi gratia. hic ē inutilis coniugatio. nullus homo est asinus. nullus lapis est homo. ergo nullus lapis est asinus. Et isti sunt termini quib⁹ sic. Contra hanc inutilez cōiugationem accipiuntur termini in quibus non per secundū membrum regule. homo. risibile. asinus. ꝛ arguit sic. nullus asinus est homo. nullum risibile est asinus. ergo nullum risibile est homo. ecce p̄missę sunt vere et conclusio falsa seruata eadem qualitate et quantitate p̄positionum in vtraq; ꝯiugatōe etvtrobiq; manēte eadē figura

Circa hunc textum notandū est primo q̄ post q̄ auctor determinauit de formatione silogismorum in ommibus figuris. consequenter ad declarationem eorum que dicta sunt prius ponit quedam notabilia que satis clare patent in textu.

Et quia prius facta est mētio de silogismo expositorio ideo videndum est quid sit et quando tenet eius consequentia. Est ergo silogismus expositorius cuius medium est singulare singulariter et vniuoce tentum. Unde tenet virtute ist⁹ p̄incipij quecunq; vni et eidem tercio singulari singulariter tento sunt eadez illa inter se sunt eadem. Ex quo patet q̄ ad bonum silogismuz expositorū tres conditiones requiruntur. Pria est q̄ sit dispositus in aliqua trium figurarum. Secunda est q̄ medium eius sit terminus singularis. Tercia est q̄ ille terminus teneatur vniuoce et singulariter. q̄ aliter i illo silogismo nō tm̄ essent tres termini ymo quatuor. qō tm̄ impedit bonitatē silogismi. Et q̄ silogismus expositorius sit sillus patet p̄ diffinitōez sillⁱ superius posita. q̄ ibi ē dispositio duaz ppo⁹ debito mō ordinataz. Et q̄ talis sillus nō sit in aliquo mō. tm̄ bñ reperit⁹ in figura. q̄ in ipso ordinant⁹ tres termini scōm subiectōez ꝛ predicatōez

Sciendū est secundo q̄

sillus expositorius est duplex. s. affirmatiu⁹ ꝛ negatiu⁹. et vterq; tenet in oi figura obseruatis regulis gñalibus que dātur de formatōe sillogizum duz tamen in p̄ia ꝛ tertia figuris nō arguat⁹ minore negatiua. ꝛ in scōa a maiore particulari. si enī argueretur minore negatiua in p̄ima ꝛ tercia figuris aut maiore particulari in secūda tunc argueret⁹ a nō distributo ad distributum. vt patet in hoc sill'o p̄me figure. sortes est aial. asin⁹ nō ē sortes. g⁹ asinus non est aial. Quis esset bona ꝯña si ꝯcluderet⁹ indirecte. Similiter in tercia figura. sortes est aial. sortes nō est asin⁹. g⁹ asin⁹ nō est aial. Et in scōa sic arguēdo. aial nō est sortes. ꝛ hō est sortes. g⁹ hō nō est aial. Ex quo patet q̄ si debite arguat⁹ sillus expositorius valet i omni figura. Uñ sillus affirmatiuus expositorius ꝯditōib⁹ obseruatis et etiā rīis tenet in oi figura. q̄ formal⁹ sequit⁹. sortes ē aial. risibile ē sortes. g⁹ risibile ē aial. Similr in scōa bñ sequitur. hō est sortes. aial ē sortes. g⁹ aial ē hō. Similiter in tercia. sortes ē hō. sortes est aial. g⁹ hō est aial. Sed silogismus negatiuus nō tenet in omni figura nisi p̄dictis regūs specialib⁹ obseruatis

Sciendum est tercio q̄

duo sunt p̄incipia regulatiua sillⁱ expositorij. Primū p̄incipiū est regulatiuū sillⁱ affirmatiui et est istud. quecūq; vni et eidē singulari singulariter et vniuoce tento cui debite p̄dt addi hoc ꝯplexuz omne qō est sunt eadem illa inter se sunt eadē. Aliud est p̄incipiū regulatiuū sillⁱ negatiui. ꝛ est istud. quozūcunq; duoz vnū ineſt alicui singulari singulariter ꝛ vniuoce tento ꝛ altez ē diuersuz ab illo illa inter se sunt diuersa. Ex p̄dictis patet q̄ sillus expositor⁹ est ꝯña formal⁹ ꝛ necessaria. cū regulat⁹ per illas maximas. Et tenet in oibus terminis sillⁱ forma arguēdi retēta Nec est instātia q̄ nō tenet in oibus terminis sz solū in terminis singularibus maxie quo ad medium. q̄ termini cōes variant formā arguendi eo q̄ variant quantitatē p̄p̄ōis. et ideo nō valet instantia de illis. Postremo est notandū q̄ sunt alique regule valentes ad cognitionem reductōnis silogismoz secūde et tercie figure per cōuersiones ad silogismos p̄me figure. Unde reducendo modos secunde figure ad modos p̄me per impossibile oportet semper seruare maiorem secunde figure p̄o maiore p̄me figure. ꝛ variare minorem, et concludere oppositum minoris.

Sed ad reducendus modos tercie figure ad modos prime figure per impossibile oportet seruare minorem tercie pro minore prime ⁊ cõcludere oppositum maioris. vt patet per hos versus. Seruat maiorem variatq; secunda minorem. seruat minorem tercia variatq; maiorem. Unde ad reducendum sillogismos per conuersionem omnes modi incipientes per. b. reducunt ad barbara. per. c. ad celarent. per. d. ad darij. per. f. ad ferio. et hoc aliquando per conuersionem maioris aut minoris aut conclusionis. ⁊ per transpositionem premissarum. Unde propositio designata per vocalẽ cui inmediate sequitur. s. debet conuerti simpliciter in reductione per cõuersionem. Et propositio designata per vocales cui inmediate precedit. p. debet conuerti per accidẽs Et similiter propositio etiaz designata per vocalem cui inmediate sequitur. m. debet transponi. vt patet per istos versus. Simpliciter verti vult s. p. vero per acci. M. vult transponi. c. per impossibile duci.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. non sequitur. sortes est animal. sortes est tantum homo. ergo tantus homo est aial. ⁊ tamen arguitur expositorie in tercia figura. ergo sillogismus expositorius nõ tenet in ea. Secundo arguitur sic. nõ sequitur. hec essentia diuina est pater. hec essentia diuina est filius. ergo filius est pater. ⁊ tamen arguitur expositorie in tercia figura. ergo vt prius. Tercio arguitur sic. sortes est animal. sortes est nullus asinus. ergo nullus asinus est animal. et tamen arguitur ex affirmatiuis in tercia figura. g⁹ consequentia non valet. Quarto sic arguitur. nihil quod generabitur est sortes. homo est sortes ergo homo non generabitur. et tamen arguitur in secũda figura expositorie conditionibus obseruatis. g⁹ ⁊c. Quinto sic arguitur. non sequitur. sortes vel plato est sortes. sed plato ẽ sortes vel plato. g⁹ plato est sortes. et tamen arguitur expositorie in prima figura vt videtur. g⁹ sillogism⁹ expositorius nõ tenet in oĩbus figuris.

Ad rationes. Ad primã

dicitur ꝙ non bene concluditur. sed deberet sic concludi. ergo aliquod quod est tantum homo est animal. Addendum est enim pro regula generali ꝙ cõclusio sillogismi expositorij debet equipollere propositioni particulari. Ad secundã dicitur ꝙ ibi non bene arguitur secundum principia regulatiua sillogismi expositorij. in subiecto ei illaz propositionum non potest addi hoc complexum omne quod est manente eadem veritate eius. si enim adderetur premissis esset bonus sillogismus. sed sicut conclusio est falsa sic et premisse. Ad terciam dicitur ꝙ ibi male cõcluditur. deberet enim sic concludi. ergo aliquid quod est nullus asin⁹ est animal. quia ex puris affirmatiuis non debet inferri conclusio negatiua. cum conclusio debeat esse similis alicui premissarum. Ad quartaz dicitur ꝙ ibi arguitur a minus amplo ad magis amplum ex parte minoris extremitatis. quia in minori propositione tenet pro pñtibus. et in maiori pro presentib⁹ ⁊ futuris. Ad quintam dicitur ꝙ ibi deficit tercia conditio: quia illud disiunctum sortes vel plato equipollet vni termino cõmuni cum suppõat pro pluribus. oportet autem in sillogismo expositorio mediũ teneri mere singulariter vel dictũ ẽ

Potestates autem sillogismorum sex sunt. Quarum prima est posse plura concludere. Secunda potestas est ex falso sequi verum. Tercia potestas posse circulariter concludere.

Circa hunc textum notandũ est primo ꝙ post ꝙ in precedẽtibus auctor determinauit ẽ sillogismis cathegoricis et mixtis. consequenter in hac vltima parte auctor determinat de potestatibus sillogismorum. Unde potestas sillogismi sic diffinitur. Est quedam proprietas attributa sillogismo ad veritatis euidentiam et falsitatis ostẽsionem. Et sunt sex potestates. quarum prima est sillogismus potest plura concludere. Circa quã potestatem aduertendum est ꝙ vt prius dictum est sillogism⁹ potest capi dupliciter. Uno modo pro aggregato ex premissis et conclusione. et sic nõ capitur in proposito. quia illo modo sillogismus non infert aliquam conclusionem sillogistice. Secundo sillogismus capitur pro premissis tantum. et sic capitur in proposito. Unde si aliquod antecedens sequatur aliquod consequens tunc quicquid sequitur ad consequẽs etiam sequitur ad antecedens. Istud supponitur tanꝙ vna regula in qua fundatur ista prima potestas sillogismorum. Hoc notato sit hec prima conclusio. Isto modo capiendo sillogismus pro premissis tantus idem sillogismus numero potest inferre formaliter et sillogistice plures cõclusiones. Probatur quia sillogismus inferens directe conclusionem vniuersalem affirmatiuã potest indirecte inferre particularem affirmatiuam eius conuertentes. et potest inferre directe particularem affirmatiuã et⁹ subalternã. g⁹ cõclusio vera. Ex hac conclusione inferunt aliqui correlarie ꝙ oppinio illorum est falsa qui dicunt ꝙ propositio de est secundo adiacẽte nõ

potest demonstrari.et dicunt sic ꝙ hec est inde/monstrabilis aliqua substantia imaterialis est. Et probant sic ꝙ illa oppinio sit falsa. naz dentur iste propositiones.aliqua substantia est imaterialis et aliqua substantia immaterialis est. deinde adducantur premisse euidenter demonstrãtes istaz aliqua substantia est imaterialis.tũc in virtute istius regule posite ex quo ad illam conclusionem sequitur ista.aliqua substantia immaterialis est.et illa sequitur ad a premissas dictẽ monstrationis.et illa consequentia est euidens. ergo et ista.quia ambe premisse sunt euidentes. ideo oportet illam conclusionem de est secundo adiecente esse euidentem.Et cum ante eductionẽ illius demonstratõnis illa conclusio erat dubia sequitur ꝙ per illam demonstrationtm est demõstrata et notificata. Tamen hec oppinio non videtur continere veritatem.quia nulla propositio ↄcontingens est demonstrabilis. sed hec est contingens.aliqua substantia immaterialis est. gº ñ est demonstrabilis.Maiorẽ nota ex primo posteriorum.et minor probatur. quia quandocunqz hoc verbum est ponitur secundum adiacens predicat existentiaz. sed existentia contingẽter conuenit suo subiecto.ergo ↄc.Et ad probationem eius cum dicit ꝙ bene sequit.aliqua substantia est imaterialis. ergo aliqua sustãtia imaterialis est. negatur quia a propositione de ẽ tertio adiacente ad propositionem de est secundo adiacente in ꝓpositionibus necessarijs non valet consequentia cuiusmodi est ibi.Nec est verus ꝙ illa sit eius conuertens vt dicit. quia de predicato conuerse non fit subiectus conuertentis.

Sciendũ est secundo ꝙ

aliqui dicunt eũdem syllogismum non eque primo et immediate inferre plures conclusiones.Et probant sic.Nam eadem causa naturalis nõ potest eque primo et immediate inferre plures effectus specifice distinctos.ergo nec eedez premisse possunt eque primo et immediate inferre plures conclusiones specie differentes.cõsequentia patet.quia causalitas premissarum supra conclusiones non est maior ꝙ sit causalitas causarũ naturaliuz super suos effectus.Et sic ista oppinio concedit ꝙ licet idez syllogismus inferat plures conclusiones. tñ vnã illarum primo infert et immediate.et aliã vl alias infert mediate et consequenter. Sed ab aliꝭ contra hanc oppinionẽ ponitur hec conclusio ꝙ idez syllogismus potest eque primo et eque immediate inferre plures cõclusiones formaliter.Probatur.nã eedem ꝑmisse syllogismi ex oppositis possunt immediate iferre conclusionẽ in tercia figura et etiã in secunda vt ad istas premissas.ois doctrina est studiosa. et nulla doctrina est studiosa. sequitur immediate ista conclusio in tercia figura.aliquod studiosum non ẽ studiosuz.et etiaz sequitur immediate ista conclusio in secunda figura.aliqua doctria non ẽ doctrina.Secundo,pbatur.nã premisse syllogismi facti in barbara inferunt immediate conclusionem vniuersalem affirmatiuã.ergo et ꝑt inferre conclusionẽ particularem affirmatiuam Itez si vna ꝑmissaruz syllogismi facti in barbara esset particularis tunc talis syllogismus inferret immediate conclusionem particularem.gº a fortiori cuz ãbe premisse sint vniuersales affirmatiue immediate inferunt conclusionez particularẽ affirmatiuam.consequẽtia tenet.quia premisse vniuersales sunt potentiores in inferendo ꝙ premisse quarum vna est vniuersalis et alia particularis.Et ad rationem alterius oppinionis dicit ꝙ nõ est omnino simile. Unde aduertendum ꝙ prima vtilitas huius potestatis est posse multas cõclusiones per eadem premissas inferre. Secunda vtilitas est ad sciendum aliquam ↄniaz ineuidenter illataz esse bonã.nã si alique premisse inferant vnã cõclusionez ineuidenter et eedez inferunt vnam aliam euidenter ad quam sequitur ↄclusio ineuidẽs tunc ipsa probatur esse bona ꝙ regulaz in virtute huius potestatis.

Sciendum est tercio ꝙ

secunda potestas syllogismorũ est ex falsis sequi verũ. Circa quã potestatez aduertendum est ꝙ aliqua propositio cathegorica dupliciter potest dici vera vel falsa. Uno mõ dicitur in toto esse vera vel in toto falsa.Alio modo dicitur esse in parte vera vel in parte falsa. Unde propositio cathegorica si sit affirmatiua dicitur esse in toto vera cuius predicatum conuenit subiecto ꝓ quolibet eius supposito.vt ista ẽ in toto vera.homo est animal.vel ois homo est animal.Sed propositio dicitur in toto falsa si eius predicatum nõ conuenit subiecto pro aliquo eius supposito.vt ista.hõ est asinus.Sed si talis propositio cathegorica sit negatiua ipsa ↄ esse in toto vera si ꝑdicatum nõ conueniat subiecto pro aliquo eius supposito.vt est ista.homo non est asinus.talis dicitur esse falsa si predicatum eius ꝓueniat subiecto pro quolibet eius supposito.vt est ista.hõ non ẽ animal.Sed propositio dicitur esse in parte vera cuius predicatum conuenit subiecto pro aliquo eius supposito et pro aliquo non.Et propositio dicitur esse in parte falsa cuius predicatum remouetur a subiecto pro aliquo eius supposito t non pro quolibet. Ex quo inferuntur duo correlaria. Primum est ꝙ in modis vniuersalibus prime figure maiore in toto falsa et minore in toto vera nõ infertur conclusio vera. Probatur.quia ex contraria illius maioris que ẽ in toto falsa et minore que etiã est in toto vera infertur conclusio contraria conclusioni prioris syllogismi.ergo oportet illaz conclusionem esse veram

ex quo ãbe ꝓmisse sunt ve. Si ergo conclusio pri
oris silogismi etiaꝫ fuisset vera tunc due contra
rie fuissent simul vere. vbi gratia. formetur iste
silogismus in barbara. omnis homo est asinus
omne risibile est homo. ergo omne risibile est asi
nus. tunc sumatur contraria maioris que est ista
nullus homo est asinꝰ ꝛ minore remanente infer
tur in celarent ista conclusio. nullum risibile est
asinus que est contraria cõclusioni prioris silo
gismi. et tũc habebitur in celarent iste silogismꝰ
nullus homo est asinus. omne risibile est homo
ergo nullum risibile est asinus. Secundũ cor
relarium est Jn quolibet modo cuiuslibet figu
re ex premissis qualitercũqꝫ variatis in falsitate
potest inferri conclusio vera nisi in casu expres
so in ꝯclusione precedenti Probatur quia si am
be premisse sunt in toto false stat conclusionem
esse veram. vt bene sequitur. omnis homo est asi
nus. omne rudibile est homo. ergo omne rudibi
le est asinus. ibi ambe premisse sunt in toto fal
se et conclusio in toto vera. Similiter bene sequi
tur in secunda figura. oñis homo est asinꝰ. nul
lum rudibile est asinus. ergo nullum rudibile ẽ
homo. Et vtilitas huius potestatis est vt non
credamus ꝙ necessarium sit si conclusio fuerit
vera ꝙ premisse sint vere. et vt nos credamus ꝙ
si conclusio sit falsa ꝙ premisse sint false vel ali
qua earum. Tercia potestas est posse circula
riter concludere. vnde silogismus circularis sic
diffinitur. Est silogismus qui ex conclusione pri
oris silogismi cum conuertente vnius premissa
rum infert alteram premissam. vt sumatur iste si
logismus. omne rationale est risibile. omnis ho
mo est rationalis. ergo omnis homo est risibilis
respectu istius potest silogisari circulariter con
uertendo maiorem simpliciter in istam. omne ri
sibile est rationale. et sumendo conclusionem di
cti silogismi loco minoris inferendo minorẽ pri
oris silgismi. ꝛ habebitur iste silogismus. omne
risibile est rationale. oñis homo est risibilis. er
go ois hõ est ratõalis. Ex quo patet ꝙ licet
ad hẽndum silogismũ circulares requirant duo
vel tres silogismi. tamen dicitur circularis in or
dine ad alium silogismum propter quandam si
militudinem. nam sicut describens aliquem cir
culum reuertitur ad idem punctum vnde proces
sit sic silogisans circulariter reuertitur ad ean
dem propositionem ipsam inferendo in secun
do silogismo a qua recessit in primo.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. bene sequitur. homo est. er
go animal est. et iterum bene sequitur. animal ẽ.
ergo genus est. et tamen non sequitur. homo est
ergo genꝰ ẽ. ergo aliquid sequitur ad consequẽs
qđ non sequitur ad antecedens. et per consequns
illa regula in qua fundatur ista potestas. scz pri
ma est falsa. Secũdo arguitur sic. bene sequi
tur quadrupedale est. ergo bipedale est. et vltra
bipedale est. ergo pedale est eius media pars. et
tamen non sequitur quadrupedale est. ergo pe
dale est media pars eius. cum antecedens sit ve
rum et consequens falsum. ergo aliquid sequit
ad consequens bone consequentie quod non se
quitur ad eius antecedens. Tercio sic arguit
Ex veris non sequitur nisi verum. ergo a simili
ex falsis non sequitur nisi falsum. et per conse
quens secũda potestas est male posita. Quar
to arguitur sic. silogismus est formalis cõsequẽ
tia. sed silogismus circularis nõ est formalis cõ
sequentia. ergo non est silogismus. minor patet.
quia silogismus circularis solum tenet in termi
nis conuertibilibus.

Ad rationes. Ad primã

dicitur ꝙ bene sequitur homo est. ergo animal ẽ
et etiam animal est. ergo genus est. sed non va
let consequentia. homo est. ergo genus est. quia
non arguitur per illam ꝛregulam predictam sed
solum tenet in essentialiter ordinatis. Ad se
cundam dicitur ꝙ bene sequitur. bipedale ẽ. gꝰ
sua medietas est. scilicet pedale vt sua refert bi
pedale. et cum vltra dicitur ꝙ non sequitur qua
drupedale est. ergo sua medietas est. scz pedale.
distinguitur de illo relatiuo sua. quia vel sua est
relatiuum illius antecedentis quadrupedale. et
sic conceditur ꝙ consequentia nonvalet. quia in
prioꝛ consequentia capiebatur sua vt erat rela
tiuum de bipedale. et sic non eodem modo acci
pitur in vltima cõsequentia sicut in prima. Alio
modo sua potest esse relatiuum de pedale. et sic
conceditur ista consequentia quadrupedale est.
ergo pedale est sua medietas. quia sensus eius
est pedale est medietas bipedalis. Ad ter
ciaꝫ dicitur ꝙ non est omnino simile. quia propt
er vnionem debitam extremitatum cum medio
in premissis veris sequitur vnio etiam extremita
tum inter se in conclusione. sed non sequitur si
extremitates sint vnite cum medio in premissis
falsis ꝙ propter hoc non possint vereuniri adin
uicem propter necessariam habitudinem illarũ
extremitatũ. Ad quartaꝫ dicitur ꝙ silogismꝰ
circularis est formalis ꝯsequentia. ad probatio
nem negatur illa. sed bene verũ est ꝙ si quis vo
luerit in silogismo circulari ex premissis veris in
ferre conclusionem veram tunc oportet ꝙ silogi
smus circularis componatur ex terminis cõuer
tibilibus licet valeat in oñibus terminis. tamẽ
non semper concludit verũ. quia aliqua premis
sarum non semper est vera.

Quarta potestas. conclu
dere conuersiue. Quinta po
testas. silogisare per impossibi

le. Sexta potestas concludere ex oppositis.

Circa hunc textuz notandū est primo q̄ quarta potestas silogismorum est concludere conuersiue. Unde silogismus conuersiuus sic diffinitur. Est silogismus qui ex opposito conclusionis contrario vel contradictorio alicuius prioris silogismi cum vna premissarum infert oppositum alterius premisse. vt formetur iste silogismus. omne rationle est risibile. omnis homo est rationalis. ergo omnis homo est risibilis. respectu ipsius silogisatur conuersiue sumēdo oppositum contrarium vel contradictoriuz prioris silogismi cum vna premissarum inferendo oppositum alterius premisse. Ex quo patet q̄ sicut silogismus circularis est bonus silogism⁹ z simplex presupponens vnum alium modum in ordine ad quem dr circularis. sic et illius conuersiuus ē silus simplex qui dicit conuersiuus in ordine ad alium silogismum. Unde si conclusio prioris silogismi fuerit vniuersalis tunc non soluz ex opposito contradictorio conclusionis. imo etiā ex opposito cōtrario cum vna premissarum potest inferri oppositū alterius premisse. Unde sumendo contrarium conclusionis de barbara cū maiore interimitur minor in camestres per suuz contrariū. Sed sumendo contrarium conclusionis cum minore interimitur maior in felapton p suum contradictorium. Sed sumendo contradictorium conclusionis de barbara cuz maiore interimitur minor in baroco per suuz contradictorium. Et sumendo contradictorium cum minore interimitur maior per suum contradictorium in bocardo. Et simili modo diceretur de omnibus alijs modis. Unde aduertenduz est q̄ silogismus conuersiuus et ad impossibile differūt. primo in hoc q̄ silogismus conuersiuus presupponit vnum alium silogismum in ordine ad quē dicitur conuersiuus. sed sic nō est de silogismo ad impossibile. Secundo differunt. quia conclusio silogismi conuersiui quandoqz est vera quandoqz est falsa. Sed conclusio silogismi ad impossibile illata silogistice semper est falsa. Tercio differunt quia quandoqz ambe premisse silogismi conuersiui sunt vere et qñqz sunt false. aliqñ vna vera et alia falsa. Sed in silogismo ad ipossibile semper vna premissaruz est vera et alia falsa. Conueniunt tamen in hoc q̄ ambo possūt constitui ex eisdem terminis in eodem modo z figura. Secundo conueniunt quia omnis silogismus ad impossibile est conuersiuus capiēdo silogismum ad impossibile precise pro primo et⁹ processu qui est silogisticus sed non econuerso.

Utilitas autem huius silogismi conuersiui dicitur esse probare silogismum inferre bonam et formalem consequentiam. nā omnis ille silogismus est bonus et formalis ex cuius cōtrario vl contradictorio conclusionis cū vna premissaz formaliter infertur oppositum alterius premisse. nā sic fit in silogismo cōuersiuo.

Sciendū est secundo q̄ quita potestas silogismoz est silogisare per impossibile. Unde silogism⁹ per impossibile sic diffinitur. est in quo ex opposito contradictorio cōclusionis probāde cū vno manifeste vero infertur vna conclusio manifeste falsa. ex cuius falsitate et interēptione infertur veritas conclusiōis probande. vt ista ergo omnis homo est risibilis probaretur per silogismū ad impossibile sic. aliquis hō non est risibilis. ois homo est ratiōalis g⁹ aliqđ rationale nō est risibile. cōclusio est falsa. g⁹ aliqua premissaz. non minor. ergo maior. z vltra maior est falsa. g⁹ sua cōtradictoria ē vera que est ista conclusio probāda. g⁹ ois homo est risibilis. Et dicitur notanter ex opposito cōtradictorio et non contrario. qz probando aliquā cōclusionē per impossibile debemus capere contradictoriā conclusionis probande pro vna premissarum z non contrariaz. quia si haberetur q̄ contraria cōclusionis probande esset falsa adhuc nō haberetur q̄ cōclusio probanda esset vera qz stat duas contrarias simul esse falsas. Uñ in silło ad impossibile duo supponūtur que nō habentur ex premissis. Primum est q̄ ex premissis veris non sequitur conclusio falsa. Uirtute huius suppositionis tenet hec consequentia. p⁹ est falsa. g⁹ aliqua premissaz. nō minor. ergo maior. Scōm est q̄ duo cōtradictoria nō pñt eē simul vera nec falsa. virtute cuius suppositiōis tenet hec pña. cōtradictoriuz cōclusionis probā de est falsuz. g⁹ conclusio probāda est vera. Ex quo sequit correlarie q̄ in silogismo ad impossibile sunt tres processus. Quoz primus est silogisticus. et duo alij sunt entimematici. Scōo sequitur q̄ silogismus ad impossibile est ppie silogismus ex ypothesi qui infert cōclusionē pricipaliter intentam virtute alicui⁹ suppositiōis non expresse in premissis. Unde silogismus proprie dicitur ex ypothesi qui infert cōclusionem pricipaliter intentā virtute alicuius suppōis nō expresse in premissis. Et dr ab ypos qđ est sub et thesis positio. quasi suppositio alicuius nō expresse in premissis. Et ei⁹ due sunt species. Una est silogismus ad impossibile de qua primo viz est. Alia est silogismus ex transumptōe. Et vocatur silogismus ex transumptiōe qui transfert se ad cōclusionez minus principaliter intentam. ex qua et etiā suppositōne nō expressa in premissis infertur cōclusio pricipaliter intenta. vt si qr⁹ velit probare q̄ contrariorū eadem est disciplia ipse probet per istā q̄ cōtrariorz eadem est pote-

stas.z deinde supponat q idem sit de illis duabus.tūc si ex illa cōclusione pbata z ex illa suppositōe inferat alia cōclusio principaliter intēta ibi ē silus ex transumptōe. Et vtilitas silli ad impossibile ē ista.s.scire an cōtradictoria cōclusionis pbāde sit falsa z p̄. pbanda sit va. Ūñ aduertendū est q vlis affirmatiua nō pōt pbari p impossibile in prima figura. Patet qz cōtradictoria vniuersalis affirmatiue nō pōt esse p̄missa silogismi facti in p̄ia figura. g̃ vniuersalis affirmatiua nō pōt pbari in prima figura per impossibile. añs patet qz ꝓtradictoria vlis affirmatiue est particularis negatiua. mō ex particulari negatiua nihil sequitur in prima figura. Nā vel illa pticularis negatiua esset maioz z sic nihil sequit. vel minoz z sic itez nihil sequitur. qz maiore pticulari z similiter minore negatiua in prima figura nihil sequit. Ūñ vlis affirmatiua pōt probari in prima figura. Probatur qz particularis negatiua falsa pōt silogisari in prima figura ex duabus p̄missis vna manente vera et alia manente falsa. et tunc ex falsitate illius conclusionis potest inferri falsitas vnius p̄missaruz Ulterius ex falsitate illius potest inferri veritas cōclusionis sibi contradictorie. z sic erit ibi vn̄ totus silogismus ad impossibile cuius cōclusio silogistice illata est vniuersalis affirmatiua. Ex quo patet q non est idem silogisare aliquam cōclusionem per impossibile et ipsam probare per impossibile vt patet ex dictis. Uniuersalis enim affirmatiua non potest probari in prima figura per impossibile ꝫ bene potest silogisari per impossibile. Sed quereret aliquis que cōclusio in silogismo silogisatur ad impossibile et que p̄batur per impossibile. Respondetur q cōclusio illata primo silogisatur per impossibile. et ꝯclusio vltimo illata probatur per impossibile. Sz quereret aliquis. Utrum silogismus ad impossibile sit silogismus. Ad hoc respondetur q silogismus ad impossibile pōt capi dupliciter. Uno mō p̄o aggregato ex tribus processibus quoz̄ primus ē silogisticus. z alij duo sunt entimematici. Aliomodo capitur silogismus ad impossibile p̄o primo p̄cessu silogistico nō prout secuz cōnumerant alij duo processus entimematici. Tunc dr q capiendo silogismuz ad impossibile primo. tunc dr q nō est silogismus. qz est aggregatum ex tribus p̄cessibus. sed capiendo secūdo modo sic est silogismus.

Sciendum est tercio q

circa vltimam potestatē. s. que est concludere ex oppositis. Aduertendū est q silogismus nō dr ex oppositis qz est ex p̄missis oppositis subalterne vel subcōtrarie. sed. silus p̄o tanto vocatur ex oppositis qz est ex p̄missis oppositis cōtrarie vel cōtradictorie et infert cōclusionem in qua idem negatur de seipso. Ex quo sequit q silogismus ex oppositis non reperitur in prima figura. Patet qz p̄misse silogismi ex oppositis debent esse cōtrarie vel cōtradictorie et per ꝯs debent participare vtroq; termino scōm eundē ordinē. mō in prima figura nō est idem ordo terminoz in p̄missis. qz oportet q mediū subiciatur in vna p̄missarū z predicetur in alia. g̃ ꝛc|

Et vtilitas eius est propter illos qui dicūt cōtraria vel cōtradictoria eē simul vera qui cogūtur ad cōcedendum. p̄positōez in qua idez negatur de seipso. Ex quo patet q conclusio silogismi ex oppositis semper est falsa.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. silogismus ꝑuersiuus z ad impossibile idem sunt. g̃ male ponuntur due p̄testates distincte. Scōo arguitur sic. silogism̃ ad impossibile nō est silogismus. g̃ male dr q ē silogismus. añs patet. qz in silo ad impossibile sunt tres p̄cessus. g̃ male dr q est silogismus.

Tercio sic arguitur. in omni bono silogismo debent eē tres termini. ꝫ in silogismo ex oppositis nō sunt tres termini. ergo silogismus ex oppositis nō est bonus. Quarto arguit sic. Dec p̄positio nulla chimera, est chimera potest eē cōclusio silogismi ex oppositis. z tñ est vera. g̃ male dictū est q conclusio silogismi ex oppositis sē per est falsa. minoz patet. qz sua cōtradictoria ē falsa. s. ista quedam chimera est chimera. cū subiectū eius p̄o nullo supponat. mō ois illa affirmatiua est falsa cuius subiectū p nullo suppōit

Ad rationes. Ad primā

dr q idem silogismus potest esse cōuersiu̇ z ad impossibile. sed hoc nō respectu eiusdem sed respectu diuersoum. z ideo non oportet inferre q non sunt duo silogismi ymo multū differunt vt patuit in primo notabili. Ad secundam dr q responsio patet in fine scōi notabilis. Ad terciam dicitur q in silogismo ex oppositis virtualiter sunt tres termini vel officialiter. qz illi duo exercent officia trium. Ad quartam dr q negatur maioz. et ad p̄bationez dicitur q hec est vera. chimera est chimera. Et cum probatur q ñ dicitur q subiectuz illius affirmatiue supponit eo modo quo significat et p̄o illo quod significat. qz sicut significat ens ymaginabile ita supponit p̄o ente ymaginabili. Et hec de quarto tractatu dicta sufficiant.

Sequitur tractatus quintus.

Ratio dicitur multi modis. Primo modo ratio idez est q diffinitio vl descriptio. vt hic. Uniuoca dicuntur quorum nomen est commune ⁊ ratio substantie secūdum illud nomen est eadem. Secūdo modo est quedam virtus anime. Tercio modo idez est q oratio ostendens aliquid sicut sunt propositiones vel rationes disputantium. Alio modo idez est q forma materie. vt i cultello ferrum est materia. dispositio vero inducta in ferro est forma. Alio modo idem est q essentia communis predicabilis de pluribus. vt essentia generis. speciei. vel differentie. Alio modo idem est q medium inferens cōclusionez. et hoc modo sumitur ratio in diffinitione argumenti que talis est. Argumentum est ratio rei dubie faciens fidem. idest medium probans conclusionem. Conclusio enim debet confirmari per argumentum. Est autem conclusio argumento vel argumētis probata propositio. Sed ātēq probet tunc est dubitabilis. et est questio. Questio sic diffinit. Questio est dubitabilis propositio. Medium autem est quod habet duo extrema. Argumentatio est argumenti per orationez explicatio. idest oratio explicans argumentum. Differt autem argumentum a medio ⁊ ab argumētatione. quia mediuz dicitur eo q habz duo extrema. Argumētū añt addit supra medium virtutem probandi conclusionem. Unde ad hoc q sit argumentū exigitur q sit medium. et q habeat virtutem probandi cōclusionem. Argumentatio autem dicitur totalis oratio composita ex premissis et conclusione. ⁊ in illa manifestatur virtus argumenti. Aliquando enim tota oratio potest inferre vniuersalem affirmatiuaz. aliquando non. nisi particularem affirmatiuam. aliquando vniuersalez negatiuaz. aliquando particularem negatiuam. et sic manifestatur tota virtus argumēti cū ostenditur supra quam conclusionem potest ipsum argumentum et supra quam non potest. quod quidez fit in argumentatione vt supra patuit. Argumentationis quatuor sunt species. scilicet silogism9. inductio entimema. et exemplum. Diffinitio autez silogismi data est

prius. Inductio est a singularibus sufficiēter enumeratis ad vniuersale progressio. vt Sortes currit. plato currit. et sic de alijs. ergo omnis homo currit

Iste est quintus tractatus summularum magistri petri hyspani qui dicitur de locis dialetic| In quo postq determinauit de silogismo simpliciter consequenter ipse determinat de silogismo dialetico contracto ad materiam probabilem. Qui silogismus dialeticus dicitur esse subiectus attributionis huius scientie. quia ei conueniunt conditiones subiecti attributiōis. Et nō intellectualiter de loci si eo q locus sit subiectus. sz eo q locus habet se tanq illud in quo fundatur ⁊ firmatur silogismus dialeticus. Unde silogismꝰ tripliciter contrahitur ad materiaz. Uno modo ad materiam necessariam. et est quando silogismus talis componitur ex terminis habentibus necessariam habitudinem. et sic est silogismꝰ demonstratiuus. Alio modo contrahitur ad materiam probabilem que est materia contingēs vel capta sub modo contingentis. et sic est silogismus dialeticus. Tercio vt contrahitur ad materiam apparenter probabilem tantum que habz similitudinem cum materia probabili. et sic est silogismus sophisticus.

Sciendum est primo q

ad declarationem diffinitiōis argumenti hic ponit auctor sex acceptiones huius nominis ratio que per hos versus continentur. Diffinit virtus ostendit forma vel esse. Est medium ratio per qđ concluditur ergo. Et solum de sexto modo ē hic ad propositum. quia illo mō sic accipitur in diffinitione in qua dicitur Argumentum est ratio rei dubie faciem fidem. Et ponitur ratio idest medium loco generis. Et dicitur faciens fidē. idest probans conclusionem. ad differentiaz medij silogismi simpliciter quod non probat conclusionem cum in ea solū inquiratur et requiratur necessitas consequentie. Non enim debet hic accipi fides pro principio theologico quod dicitur esse assensus firmꝰ circa aliquod credibile a deo reuelatum. sed debet accipi pro assensu causato per medium probabile. qui quidem assensus dicitur proprie credulitas vel oppinio et non scientia. Unde argumentuz potest capi dupliciter Uno modo p per se significato. et tunc ē secunda intentio causata per actum intellectus comparantis medium ad conclusionem virtute cuiꝰ infertur et probatur talis conclusio. et isto modo diffinitur hic. Alio mō capitur p per se denominato. et tunc medium silogismi dicitur esse argumentum. Unde medium. ratio. et argumentum idem sunt secundum rem sed differunt formaliter. Dicitur enim aliquod medium propter extrema quorum est vnitiuz aut separatiuū Et dicitur ratio secundum q est instrumentuz anime ad inferendum vel probandum conclusionem. Et dicitur argumentum eo q per ipsum intellectus conuincitur ad assensiendum conclusioni que prius erat dubia et fit euidens per tale medium. Et ideo dicitur argumentum quasi arguens mentem. illud enim quod prius erat dubium et accipiebatur per modum questionis fit certum per argumentum et accipitur per modum conclusionis. Similiter conclusio propositio et enunciatio idem sunt fundamentaliter sed differunt ratione formali. Dicitur enim enunciatio quasi conceptuz mentis enuncians. Dicitur enim conclusio eo q est argumento vel argumētis p̄bata propositio. Et dicitur propositō quasi pro alio positio. scilicet pro conclusione inferenda. Questio vero est propositio dubitabilis vel accepta p modū dubitabilis cū signo interrogatio

Sciendū est secundo q

argumentatio sic diffinitur in textu. Est argumēti per orationem explicatio. idest oratio explicās virtutem argumenti. nam argumentum habet virtutem inferendi conclusionem. que scilicet p argumentum explicatur. sicut enim diffinitio declarat principia essentialia diffiniti que implicite significantur per diffinituz. ita similiter argumentatio explicat virtutem argumenti ostendēdo conuenientiam quam habet medium ad maiorem extremitatē et minorem. ad quam conuenientiam sequitur conuenientia extremitatum inter se in conclusione. Sic ergo argumentatio de suo formali significato significat respectū fūdatum in oratione ypothetica que nata est inferre talem conclusionem et explicare virtutem argumenti. Et secundum quosdam nō capitur hic argumentatio generaliter neq argumentuz. sed solum specialiter accipitur. scilicet pro argumentatione dialetica. in qua medium est illatiuum ⁊ probatiuuz ꝯclusionis. quia sicut in hoc tractatu soluz determinatur de silogismo dialetico. sic etiam hic solum determinatur de argumentatōne dialetica. Unde ipsius argumentationis quatuor sunt species. scilicet silogismus. inductio. entimema et exemplum. Quaruz sufficientia sic habetur. quia in omni argumentatiōe proceditur ab antecedente ad consequens. vel ergo p̄ceditur a toto vel a parte. si a toto hoc est dupliciter. quia vel in antecedente sunt due premisse in modo et in figura dispositе sic est silogismus vel non sic est entimema. Si fiat processus a parte hoc est dupliciter. vel quia fit processus a par

te ad totum sic est inductio. vel a parte ad partē sic est exēplus .Dicitur aūt cōiter q̄ hec diuisio ē diuisio analogi in sua analogata eo q̄ in silogismo magis explicatur virtus argumenti q̄ in alijs. Et etiam quia omnes alie species ad silogismum reducuntur. Potest tamen dici q̄ hec diuisio est diuisio generis in suas species. eo q̄ ista secunda intentio argumentatio potest de istis q̄tuor intentionibus in quid et vniuoce predicari Et quanuis tres reducuntur ad silogismum. nō tamen est intelligendum q̄ vna fiat formaliter alia cum distingantur a specie. sed sic est intelligēdum q̄ ex propositionibus assumptis in vna fiat alia per assumptionem alicuius alterius' propositionis. Vel est probare euidentiam conclusionis harum specierum per silogismum qui est euidentior consequentia. ꝛ hoc modo aliquid potest reduci ad aliud et cuz hoc ab eo specifice distingui. sicut pz de scōa et tercia figuris que reducuntur ad ad primam et ab ea specifice distinguntur.

Sciendum est tercio q̄

Petrus hyspanus diffinuit silogismum dialeticum in precedenti tractatu ideo hic non diffinit ipsum. sed tantum ponit diffinitiones aliorum.

Diffinit ergo inductionem. Inductio est progressio a singularibus ad vniuersale. Et non accipitur hic progressio proprie sed pro motu rationis. Et dicit' a singularib⁹ ad vniuersale ad differentiam aliarum specierum argumentationis Silogismus enim et entimema procedunt ab vniuersalibus ad singularia. ī. minus vniuersalia Exemplus vero procedit ab vno singulari ad aliud. Et nō debet hic accipi singulare pro singulari simpliciter. ī. pro natura incōicabili. siue pro individuo. sed pro inferiori siue pro singulari in respectu q̄ō est minus cōe. Debz etiā accipi vniuersale pro termino superiori distributo per signū vniuersale. Uñ singularia possunt dupliciter enunciari. Uno mō insufficienter. quādo ī. nec formaliter nec virtualiter oia singularia enunciantur. et tunc talis inductio ē inductio dialetica. vt si argueretur. Eruditus auriga est optimus. eruditus equestris est optimus. g⁹ ois e ruditus est optimus. talis cōsequentia nō necessario sequitur. sed solum probabilis est. ex quo patet q̄ inductio dialetica est formalis ꝓña. q̄ñ necessario sequitur. Alio mō singularia pñt sufficienter enunciari ꝛ hoc dupliciter. Uno⁹ in ꝓpria forma et hoc q̄n singularia sunt nobis nota. et tunc debet addi hec particula et non sunt plura. vt sic arguendo. iste sol lucet. et non sunt plures soles. ergo ois sol lucet. Alio mō enūciādo aliqua in propria forma. et apprehendendo alia sub hac pticula. ꝛ sic de alijs. et hoc maxime cōtingit q̄n singularia nō sunt nobis nota vt sic arguendo. sortes currit. plato currit. ꝛ sic de alijs. g⁹ ois homo currit. Et debet hec diffinitio sic exponi. Inductō est progressio a singularibus supple siue in respectu siue minus cōibus ad suum vniuersale distributum per signū. Ex quo sequitur q̄ descensus et inductio opponuntur quia descensus est ab vniuersali ad singulare. sed inductio est a singularib⁹ ad vniuersale. Uñ inductio potest capi dupliciter. Uno mō pro per se significato et tūc ē relatio rationis causata per actuz intellectus nostri. que habet pro fundamento ꝓpōes singulares siue minus vles. ꝛ pro termino ipsam propositionez vniuersalem. Alio mō capitur fundamentaliter et pro per se denoiato et tunc est propositio ypothetica rationalis cōposita ex propositōibus singularibus et vna vniuersali. Ulterius aduertendum est q̄ q̄n termin⁹ distributus est aliquid cōplexum coniunctum mediante aliqua coniunctione ad debite inducendum sub eo a parte subiecti oportet ponere implicationez in qua affirmetur illud quod erat distributum in ꝓpōe vniuersali de termino singulari. Et ideo hec inductio non valet. iste hō vel asinus est rudibilis. omnis homo vel asinus est rudibilis. ergo omnis hō ē rudibilis. Sed debet sic induci. iste qui est homo vel asinus est rudibilis. ille qui est homo vel asinus est rudibilis. Et similiter inducendum est sub istis propositōibus vlibus. omnis propositio vel eius contradictoria est vera. omnis hō si est rudibilis est asinus. et sic de similibus. Uñ inductio reducitur ad silogismū accipiendo oia singularia pro medio. et predicatuz conclusiōis pro maiore extremitate. et subiectum eius p minore. vt hec inductio sortes currit. plato currit. et sic de alijs. ergo omnis homo currit. sic reducitur ad silogismum. omne q̄ō est sortes vel plato et sic de alijs currit. ois hō est sortes vl' plato. et sic de alijs. g⁹ ois homo currit. Unde reducere inductionem ad silogismum nihil aliud est q̄ probare ꝑñam inductionis per consequentiam euidentiorem.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Omnis propō est vera vel falsa. sed questio non est vera vel falsa. ergo q̄stio non est propositio. minor patet de ista. vtrū sortes currit. Secūdo arguitur sic. entimema et silogismus nō sunt species distincte. ergo male dictum est q̄ argumentationis quatuor sunt species. antecedens patet per aristotelem primo posteriorum dicentem. entimema est verus silogismus. Tercio arguitur sic. In omni argumētatione antecedens debet esse notius consequēte. sed singularia cum sint infinita ipsa sunt minus nota vniuersalibus. ergo in inductione nō debet procedi a singularibus ad vniuersale.

Quarto arguitur sic. Non sequitur. iste asinus currit. iste asinus currit. ⁊ sic de alijs. ergo oīs homo currit. et tamen arguitur a singularibus ad vniuersale. ergo.

Ad rationes. Ad primā dicitur q̄ questio capitur dupliciter. Uno modo pro aggregato ex signo interrogatiuo et propositione et sic nō ē propositio formaliter nec vera nec falsa. Alio modo capit pro propositōne cui additur signum interrogatiuum et sic bene est vera vel falsa. Ad secundam dicitur q̄ entimema est virtualiter et implicite silogism⁹. nō tamen formaliter et explicite. Ad terciam dicitur q̄ quāuis singularia sint minus nota simpliciter et secundum naturam. tamen sunt notōra quo ad nos. Et licz sint infinita nec cognoscimus ea in propria forma. tñ cognoscimus vnuz per similitudinem ad aliud. Ad quartam dicitur q̄ ibi non arguit a singularibus ad suū vniuersale qō debet fieri in bona inductione.

Entimema est silogism⁹ imperfectus. idest oratio in qua nō omnibus premissis positis infertur festinata conclusio. vt omne animal currit. ergo oīs homo currit. In hac enim argumentatōne includitur hec propositio. oīs homo est animal que si poneretur perfectus essz silogismus. Aristoteles autem sic diffinit entimema. Entimema est ex ycotibus et signis. ycos idem est q̄ propositio probabilis. Signum vt hic sumit idē est q̄ demonstratiua seu necessaria propositio vel probabilis et hoc inferendo. Signū vt hic sumitur dicit necessitatē illationis. ycos autez dicit probabilitatem ipsius propositionis in se secundum quam probabilitatem propositio dicitur esse vera. Unde licet in entimemate est tantum vna propositō inferens ⁊ alia illata. tamen secundum q̄ infereus propositio apparet omnibus esse vera vel pluribus sic dicitur ycos. quia sic iam esset probabilis. vt quilibet diligit diligentem se. secūdum autem q̄ ipsa infert cōclusionem de necessitate sic est signum. et sic eadez propositio est ycos et signum secunduz aliud et aliud. Si quis obiciat q̄ entimema debeat sic diffiniri. Entimema est ex ycote et signo cum sit tantum vna propositio inferens que est ycos et signuz secundum diuersa. Ad hoc sic dicendum est q̄ licet sit vna propositio inferens actu tamē habet in se virtutem duarum propositionuz quia habet in se virtutem propriā ⁊ illius que subintelligitur et sic est vna secundum substantiam et due secundum virtutez. et ideo dicitur in plurali numero ex ycotibus et signis et non ex ycote et signo.

Sciendum q̄ omne entimema debet reduci ad silogismū. In entimemate enim sunt tres termini sicut in silogismo ⁊ duo illorum sunt in ꝯclusione ⁊ sunt

maior extremitas et minor extremitas. Alius autem non ponitur in conclusione ꝛ est medium. illarum autem extremitatū altera sumitur bis et altera semel. Ex extremitate ergo tantū semel sumpta et ex medio fiat vna propositio secundum exigentiā sic modi et figure et habetur silogismus. verbi gratia in hoc entimemate. omne animal currit. ergo omnis homo currit. homo et currit sunt due extremitates. et animal est medium. sed illa extremitas scilicz homo sumpta est tantum semel. ex ipsa ergo et medio fiet vna propositio. scilicet omnis homo est animal. et tunc erit perfectus silogismus sic. omne animal currit. omnis homo est animal. ergo omnis homo currit. Exemplum quando vnum particulare probatur p aliud ꝓpter aliquod simile repertum in ipsis. vt parisiēses pugnare cōtra rotomagenses malum est. ergo turonenses pugnare contra pictauenses malum est. qꝛ vtrobiqꝫ ē pugnare affines cōtra affines. quia autez argumētum per locum confirmatur iō danda est diffinitio loci prout locus hic sumitur.

Circa hunc textum notandū ē primo ꝙ cō sequenter Petrus Dyspanus sic diffinit entimema. Entimema est silogismus imperfectus. Et exponit sic hanc diffinitionem dicens. Entimema est oratio in quam non omnibus premissis positis infertur festinata conclusio. vt omnis homo est risibilis. ergo sortes est risibilis. ibi enim subintelligitur hec premissa sortes est homo. Et aliter diffinitur a philosopho hoc modo. Entimema est silogismus ex ycotibus et signis. Et q̄uis in entimemate vt in pluribus non sit nisi vna premissa formaliter et secundum substantiaz tamen ibi sunt plures secundum virtutem eo ꝙ premissa ibi posita virtualiter includit aliam. ycos autem et signum sunt idem realiter sed differunt formaliter. quia propositio dicitur ycos secundum ꝙ est probabilis sed eadez dicitur signum propter habitudinem ad aliam propositionem quam necessario infert. Unde duo sunt modi dicendi de reductione entimematis ad silogismum. nam secundum vnum modum dicitur ꝙ in omni entimemate reducibili ad silogismum sunt tres termini et non plures. quorum duo ponuntur in conclusione. scilicet extremitates. alter vero non ponitur in conclusione. et est medium. eo ꝙ medium non debet intrare conclusionem. Secundum hunc modum ergo entimema reducitur ad silogismū per additionez illi⁹ propositiōis que deficit propter quā datur tale documentum. Considerandum est enim vtruz in antecedente ponatur predicatum conclusionis vel subiectum. nam si pōatur subiectum deficit maior. quia debet constitui ex medio et predicato illius conclusionis. si autem in antecedē te ponatur predicatum conclusionis minor deficit. quia debet constitui ex medio et subiecto illius conclusionis. Sed est alius modus reducendi secundum ꝙ dicitur ꝙ omnis argumētatio que non est silogistica inductiua vel exemplaris est entimematica. et ꝙ omnis consequentia entimematica habet reduci ad silogismum. Et secundum hunc modum ponuntur tria documenta. Primum est ꝙ si in entimemate sint tantum tres termini et in antecedente eius sit vna premissa tantuz. tunc debet reduci eo modo quo nunc dictum est. Secundum documentum est si in aliquo entimemate sint tantum duo termini tunc debet addi vna premissa in qua idem predicetur de seipso. Tercium documentum est si in aliquo entimemate sint plures termini q̄ tres tale est reducendum ad plures silogismos. vel tales termini sunt reducendi ad tres teminos.

Sciendū est secundo ꝙ exēplum est processus ab vno singulari ad aliud

singulare probãduz propter aliqđ simile in ipis repertum. vt sortes est risibilis. ergo plato est risibilis quia vterqz est homo. In qua diffinitione ponitur processus loco generis. Et põitur ab vno singulari ad aliud ad differentiam silogismi et entimematis z etiam inductõis q̃ procedit ad vniuersale probandum. Et ponitur propter aliquod simile in ipsis repertum. ad ostendendũ virtutẽ probationis que prouenit ex similitudine duorum particularium admuicem. eo q̃ illđ quod conuenit vni conuenit alteri. Unde exẽplum non immediate habz reduci ad silogismũ sed primo reducitur ad inductionem imperfectã et consequenter ad silogismum. sed accipiendo terminum importãem similitudinez pro medio et predicatum conclusionis pro maiori extremitate et subiectum eiusdem pro minori z infertur cõclusio exempli p silogismuz cuius maior probatur inductione imperfecta p antecedẽs exempli. Ut facto isto exemplo. sortes est risibilis. ergo plato est risibilis. formatur primo talis inductio imperfecta. sortes est risibilis. ergo oms homo est risibilis. Secundo fit silogismus sic. omnis homo est risibilis. plato est homo. ergo plato est risibilis. concluditur ibi conclusio exẽpli.

Sed scõm alios dicitur q̃ exemplum nõ reducitur ad vnum silogismũ sed ad duos. s. capiendo pro medio primi silogismi primuz singulare et pro maiori extremitate predicatum conclusionis ipsius exempli. et pro minori subiectum. z in secundo capiendo illud in quo conueniunt duo singularia pro medio. et p maiori extremitate p̃dicatum conclusionis. et pro minore aliud singulare siue subiectum eiusdem conclusionis.

Sciendum est tercio q̃

exemplum põt capi dupliciter. Uno modo generaliter pro omni bona ꝓña in qua infert aliqua cõclusio ppter aliquam similitudinem inter res añtis et cõsequentis repertam. siue antecedens siue ꝓñs sint ppositiones particulares siue singulares siue vniuersales. Et sic est ibi exemplũ. omnes rotomagenses sunt bone gentes armoz ergo omnes colonienses sunt bone gẽtes armorum. quia sicut rotomagenses sunt exercitati i illis artibus ita et colonienses. Alio? capitur p prie pro consequẽtia bona cõclusionis particularis probata ex alia ppõe particulari vel particularibus. et hoc accipiendo particulare vt non distinguit cõtra singulare. et sic capit exemplũ in proposito. Et tunc exponitur diffinitio exẽpli sic. Exemplũ est ꝓña bona pbatiua cõclusionis particularis ex vna ppõe particulari ppter aliquã similitudinẽ inter añs et ꝓñs repertã. Et scõm aliquos exemplũ nõ đr bona cõsequentia nisi in antecedẽte et ꝓñte exprimat terminus significans similitudinẽ. Et ideo nõ esset hic bonũ exemplũ. brugenses sunt diuites. g? rotomagenses sunt diuites. qr tam isti q̃ illi habent bonuz portuz maris. Sed hic esset bonũ exemplum. brugenses sunt diuites eo q̃ habent bonuz portum maris. ergo rotomagenses sunt diuites eo q̃ habent similiter bonũ portum maris. Unde inductio et exemplum differunt primo quia inductio semper est ad vniuersalem conclusionem exemplum vero quandoqz ad particularem. Secundo differunt quia inductio in antecedẽte habet plures propositiones singulares. exemplum vero vnã quanuis non repugnat exemplo quin possit habere plures singulares in antecedente ex illis inferens conclusionem vniuersalem.

Et si queratur vtrum omne entimema sit reducibile ad silogismum. Ad hoc respondetur p duas cõclusiões. Prima est q̃ entimema in quo arguitur ex vna propositõne categorica z infertur alia propositio. et hoc per medium diuersuz ab extremitatibus conclusionis est ad silogismum reducibile. Probatur cõclusio. nam dato isto entimemate. homo currit. ergo animal currit. per additionem vnius premisse. scilicz homo est animal reducitur ad silogismum. Secũda cõclusio si formatur entimema inferendo conclusionem ex vna propositione vel pluribus in antecedente positis non dispositis in modo et figura et non per medium diuersum ab extremitatibus conclusionis. ipsum non est reducibile ad silogismum. Probatur quia conuersiones e quipollentie z consequentie in quibus arguitur a tota copulatiua ad quãlibet eius partem z sic de alijs non sunt reducibiles ad silogismum. et tamen sunt entimemata.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Dic est entimema siue silogismus imperfectus. omnis asinus currit. ergo omnis homo currit. eo q̃ iste silogismus perficitur per additionez huius premisse omnis homo est asinus. et tamen ibi non est bona consequentia cuz illa non sit probatiua. ergo in entimemate non est bona consequentia. Secundo arguitur sic. vnum particulare est ita ignotum sicut aliud. ergo in nulla argumentatione procedendum est ab vno singulari ad aliud. consequẽtia tenet quia omnis argumẽtatio dialetica procedit a magis noto ad minus notum. Tercio arguitur sic. ista consequentia non valet sortes est risibilis. ergo oms homo est risibilis. ergo exemplum non conuenienter reducitur ad silogismum. Quarto sic arguitur. conuersiones et equipollentie sunt entimemata. et tamẽ non reducuntur ad silogismum. ergo.

Ad rationes. Ad primã

dicitur q̃ quanuis ibi non sit silogismus proba

tiuus vel entimema probatiuum. tamen ibi est bona consequentia siue bonus silogismus illatiuus si illa propositio omnis homo est asinus ibi suppleatur. Ad secundam dicitur q̃ q̃uis vnum singulare secundum naturam et simpliciter non sit notius altero. tamẽ vnum potest esse notius altero quo ad nos. et hoc sufficit ad argumentũ dialeticũ Ad terciã dr q̃ q̃uis ibi nõ sit ꝓpria formal tñ ibi est ꝓpria probabilis eo q̃ sicut est de vno individuo sic etiam est ex̃ pliciter de omnibus alijs que cum eo conueniunt. et hoc sufficit ad argumentationem dialeticam siue exemplum. Ad quartam dicitur q̃ patet solutio in tercio notabili.

Locus est sedes argumenti vel id a quo ad propositam questionem conueniens trahitur argumentum. Quid autem sit questio dictum est. Et sciendũ q̃ propositio. questio. cõclusio. et enunciatio secundum substantiam idez sunt. Differũt autem secundum rationes. diuersas enim habent rationes siue diffinitõnes. vt prius patuit Secundum enim q̃ dubitabilis est. est questio. Prout vero iam probata est per argumentum ẽ conclusio. Prout ponitur pro alio in premissis est propositio quia propositio dicitur secundum q̃ est in premissis, ad probandum conclusionem. Enunciatio est autem secundum q̃ significat esse vel nõ esse. vt sortes currit sortes non currit. Habito de diffinitiõe loci sequitur diuisio ipsius loci. Locus autẽ diuiditur in locum maximam et in locum differentiam maximã Locus maxima idez est qõ maxima. Maxima est propositio qua nõ est altera prior nec̃ notior. vt omne totũ maius est sua pte. Item de quocunq̃ predicatur diffinitio et diffinitum. et de quocũ q̃ predicatur species de eodẽ predicatur genus. Locus differentia maxime est illud quo vna maxima differt ab alia. vt iste maxime. de quocũq̃ p̃dicat̃ species et genus. et de quo cunq̃ predicatur diffinitõ et diffinitũ. differũt per terminos ex quibus cõponuntur. Una enim cõponitur ex genere et specie. Altera ex diffinitõe et diffinito. vnde isti termini simplices dicũtur differentie et maxime. Et sciendum q̃ tã locus maxima q̃ locus differẽtia maxime dr locꝰ qr vtrũq̃ cõfert firmitatẽ et robur argumento. Unde propõnaliter sumitur hic locus ad locũ in rebus naturalibus. qr sicut ille seruat res omnes in eẽ. sic similr hic locꝰ ꝓfirmat argumẽtũ. Itẽ locꝰ dr̃ia maxie diuidit̃ p locũ intrinsecũ extrinsecũ et mediũ. Locus intrinsecꝰ ẽ qñ sumit̃ argumentum ab his que sunt de substantia rei. vt in diffinitõe. vt si dicatur aial rõale mortale currit. gꝰ hõ currit.

Locus extrinsecus est quãdo sumitur argumentũ ab his que õnino separata sunt a substantia rei. vt ab oppositis. vt si queratur vtrum sortes est albus. et probet̃ sic sortes nõ est niger. ergo sortes est albus.

Locus medius est quando sumitur argumentum ab his que partim conueniunt cum terminis in questione positis et partim differunt ab eis sicut vniuoca et denominatiua que dicuntur coniugata. vt si queratur vtrum iusticia sit bona et probetur sic iustum est bonum. ergo iusticia est bona.

Circa hunc textum notandum est primo q̃ consequenter auctor determinat de loco dialetico ipsum sic diffiniens. Locus est sedes argumenti vel id a quo conueniens elicitur argumẽtum. In qua diffinitione non capitur locus proprie pro superficie corporis continentis quomodo capitur quarto phisicorum. sed accipitur vt est terminus secunde intentionis et methaphorice pro loco logicali non tamen sophistico sed tantum dialetico. Non etiã accipitur sedes proprie sed transumptiue per quandam similitudinem. quia sicut res quiescit et firmatur in sede. sic etiam argumentum dialeticum fundatur et firmatur in loco dialetico cui per ipsum firmetur. Et sic exponitur ista diffinitio. Locus dialeticus est sedes argumenti. id est regula confirmatiua argumenti dialetici. aut alicuius consequentie probabilis. vel illud a quo conueniens elicitur argumentum. id ex quo componitur. tal regula cõfirmatiua que est propositio per se nota. Et per primam particulam tangitur locus maxima. et per secundam locus differentia maxime. Et non accipitur hic maxima adiectiue sed substantiue sic q̃ ibi est appositio. Unde duplex est locus dialeticus. scilicet locus maxima et locus differentia maxime. Unde locus maxima idem est q̃ ipsa maxima. Maxima autem est propositio per se nota qua non est altera prior nec notior in suo genere. sic q̃ nulla est propositio constituta ex illis terminis ex quibus constituit̃ que sit prior et notior. licet posset dari aliquando aliqua simpliciter prior et notior. Et sic locꝰ maxima potest capi pro suo formali significato et tunc significat habitudinem maxime ad argumentum probabile. quia talis maxima est probatiua et confirmatiua argumenti dialetici. Alioꝫ capitur pro denominato. et tunc ipsa propositõ per se nota dicitur esse locus maxima. Et ꝙ illius maxia sit parua in quãtitate ẽ tñ magna in virtute. quia in ea est virtus certificandi et confirmandi plures propositiones. Et vocatur multis nominibꝰ. Primo vocatur maxima propter causam dictam. Secundo vocatur dignitas q̃ seipsam dignificat vt ab intellectu cognoscatur cognitis terminis. Tercio vocatur communis animi conceptio quia ab intellectu multorum faciliter cõcipitur. Quarto dicitur propositio per se nota quia apprehensis terminis eius sine notitia cuiuscunq̃ propositionis potest cognosci.

Undeuna maxima differt ab alia in hoc q̃ in vna sunt alij et alij termini ex quibus constituuntur tales maxime. Et etiã est alia et alia habitudo terminorum in diuersis maximis positorum sicut in hac maxima. De quocunq̃ predicatur diffinitio et diffinitum. vt isti duo termini diffinitio et diffinitum vel habitudo eorum adinuicem dicuntur locus differentia maxime. et per illos differt illa maxima ab ilta. De quocunq̃ p̃dicatur species de illa predicatur genus illius speciei. Et sic isti duo termini genus et species sunt locus differentia maxime. Et sic patet q̃ ille maxime differunt per has habitudines et per illos terminos. quia per tales habitudines fundantur in terminis siue in rebus significatis p terminos. ideo tales maxime per illos terminos differre dicuntur.

Sciendũ est secundo q̃ locus maxima et locus differentia maxime ab inuicem differunt. quia locus differentia maxime dicit terminos vel habitudinem terminorum ipsius maxime in qua firmatur argumentum dialeticum. Locus vero maxima dicit propositionẽ ex illis terminis constitutam. quia propositio explicat qualis est habitudo aũtis et p̃ñtis et roborat talem habitudinem. Ex quo sequitur alia differentia. scilicet q̃ argumentum dialeticum firmatur in loco differentia maxime incomplete. et in loco maxima complete. Ut si queratur. vnde locus. homo currit. ergo animal currit. et respondeatur a specie ad genus non est terminatum adhuc argumentum. q̃ potest dubitari qualis est habitudo inter speciẽ et suũ genus. Sꝫ qñ vltra queritꝰ maxia. et rñdet. de quocunq̃ p̃dicat̃

ſpecies de illo predicatur genus illius ſpeciei. et tunc complete et perfecte terminatur argumẽ tum. nec plus vlla dubitatio relinquetur.

Ex predictis patet quid queritur cum queritur vnde locus. Solum enim queritur de habitudine termini inferentis ad terminum illatum. ſiue antecedentis ad conſequẽs. ideo locus differentia maxie ꝺ ſuo formali ſignificato ſignificat talem habitudinem ſcilicet termini inferẽtis ad terminum illatum ſiue antecedentis ad conſequens. et connotat ſiue denominat ipſos terminos habentes talem habitudinem. Sed cum queritur maxima nihil aliud queritur niſi que ſit regula confirmatiua cõſequentie ſiue que eſt propoſitio per ſe nota explicans habitudinẽ termini ad et cũ hoc confirmans habitudinem antecedentis ad conſequens.

Sciendum eſt tercio ꝙ

locus differentia maxime diuiditur in locum extrinſecum. intrinſecum. et medium. Locus intrinſecus ſic diffinitur. Eſt quando ſumitur argumentum ab his que ſunt de ſubſtantia terminorum in queſtione poſitorum. ita ꝙ terminus inferens ſit de eſſentia illati. Et ſic intelligitur illa diffinitio. locus intrinſecus eſt quando inter terminum inferentem ⁊ terminum illatum eſt intrinſeca habitudo. inter illa enī tunc dicitur locꝰ intrinſecus. Et tunc capitur intrinſecum generaliter pro omni illo quod eſt in alio ſecundum aliquem modum eſſendi in. et nõ accipitur proprie put intrinſecum eſt illud quod eſt de intrinſeca cõpoſitione et eſſentia eius. Et ab aliis ſic diffinitur. Eſt termini maxie vel regule ꝯfirmatiue alicuius conſequentie dialetice cuius terminus inferens et terminus illatus ſupponunt pro eodẽ conuertibiliter. vel ſignificant idem conuertibiliter. aut de vno eorum verificatur eſſe in aliquo modo eſſendi in. Exemplum primi ſic arguendo homo currit. ergo riſibile currit. hic terminꝰ inferens. ſcilicet homo. et terminus illatus ſcilicet riſibile ſunt idem realiter et ſupponunt pro eodem. Exemplum ſecundi. nihil eſt locus non repletus corpore. ergo nihil eſt vacuum. illi termini ſignificant idem. Exemplum tercij. vt domus eſt. ergo paries eſt. ibi vnus eorum terminorum verificatur de altero ſecundum aliquem modum eſſendi in. Locus extrinſecus ſic diffinitur Eſt quando termini maxime vel regule cõfirmatiue alicuius conſequentie dialetice cuius terminus inferens repugnat termino illato. Et quantuis inter terminoſ aliquando non ſit habitudo conuenientie. tamẽ iter eos eſt habitudo repugnantie. ideo inter ipſos poteſt eſſe locus.

Sed locus medius ſic diffintur. Eſt quando ſumitur argumentum ab his que partim cõueniunt et partim differunt cum terminis in queſtione poſitis. hoc eſt dictu. locus medius eſt locus cuius terminus inferens partim conuenit ⁊ partim differt a termino illato. ſicut ſunt concretum et abſtractum que conueniunt in re ſignificata et differunt in modo ſignificandi. Ex quo patet ꝙ non dicitur locus medius eo ꝙ aliquid mediet inter terminum inferentem et terminum illatum. quia ſic omnis locus eſſet medius cum omnis locus ſit habitudo mediãs inter terminos. ſed dicitur locus medius quodam modo per participationem loci intrinſeci et extrinſeci. eo ꝙ terminus inferens partim differt ⁊ partim conuenit cum termino illato. vt bene ſequitur album eſt coloratũ. ergo albedo eſt color

Sed contra predicta

arguitur. Primo ſic. Argumentum et locus idẽ ſunt. ergo locus non eſt ſedes argumenti. antecedens patet in iſto argumento. homo currit. ergo aĩal currit. homo eſt argumentum eo ꝙ habet poteſtatem concludendi concluſionem. ⁊ eſt locus eo ꝙ eſt ſpecies includens habitudinem ad animal quod eſt genus Secundo arguitur ſic. Locus differentia maxime eſt pars maxime. ergo membra illiꝰ diuiſionis coincidũt. gꝰ

Tercio arguitur ſic. Omnis locus eſt habitudo. ſed termini non ſunt habitudo. ergo termini non ſunt locus. Quarto arguitur ſic Locus a cauſa efficiente ad ſuum effectum eſt locus intrinſecus. et tamen cauſa efficiens eſt extrinſeca ſuo effectui. ergo diffinitio loci intrinſeci nõ eſt bona.

Ad rationes. Ad primã

dicitur ꝙ licet locus et argumentum ſint idem fundamentaliter non tamen formaliter cuꝫ ſint due intentiones ſpecifice diſtincte. Ad ſecundam diſtinguitur antecedens. vel ſi capiatur formaliter et pro per ſe ſignificato. et ſic negatur. vel pro per ſe denominato. et ſic iterum diſtinguitur. vel ꝙ ſit pars materialis maxime. et ſic conceditur. vel formalis ⁊ quitaditiua. et ſic negatur. Ad terciam diſtinguitur maior. vel ſi capiatur locus pro per ſe ſignificato. et ſic cõceditur. vel pro denominato. et ſic negatur. ymo termini maxime ſunt denominatiue locus differentia maxime. Ad quartam dicitur ꝙ conceditur maior et diſtinguitur minor. quia aliqd poteſt dici dupliciter extrinſecum alteri. Uno modo quia non eſt de intrinſeca ratione eſſendi et compoſitione eius. et ſic conceditur minor. Alio modo aliquid dicitur eſſe extrinſecum alteri quia totaliter eſt extra ipſum tam ſecundum actum ꝙ ſecundum virtutem. et ſecundum nullum modum eſſendi in in ipſo continetur. et ſic cauſa efficiens nõ eſt extrinſeca ſuo effectui. ꝙ virtualiter in eo continetur.

Item locus intrinsecus diuiditur per locum a substantia et per locuz a concomitantib9 substantiam. Locus a substantia est q̃n sumitur argumẽtũ ab his q̃ sunt de substantia terminoz in questione positoz Et ille locus diuidit per locuz a diffinitione a descriptione et anominis interpretatione.

Circa hunc textum notandum est primo q̃ in tercio tractatu huius libri auctor diuidit locum intrinsecum in locum a substantia z locum a cõ comitantibus substantiaz. Unde locus a substantia est quando sumitur argumentum a substantia terminorum in questiõe positorum. Que diffinitio sic intelligitur. Locus a substantia est quando terminus inferens dicit adequate et cõuertibiliter totam substantiam. idest essentiã termini illati. et hoc explicite vel implicite. diffinitum enim non dicit explicite totam substantiam diffinitionis nec descriptum descriptionis.

Et notanduz ẽ q̃ nõ accipitur hic substantia put distinguit cõtra accñs aut contra accidẽtalia in predicamẽto accidentiũ repõibilia. sed capitur substantia pro omni illo quod est de essentia siue 2sequitur essentiam cõuertibiliter termini illati. Diuiditur enim locus a substantia per locum a diffinitione ad diffinitum. a descriptione. et interpretatione. et illi implicite continẽt locum a diffinito a descripto et interpretato. Quoz sufficientia sic faciliter potest haberi per diffinitiones suorum membrorum et ideo relinquuntur. Ex quo patz q̃ per has diuisiones solum diuiditur explicite locus differentia maxime. tamen implicite diuiditur locus maxima z eius diuisiones faciliter possunt haberi

Sciendũ est secundo q̃

terminus inferens est terminus positus in antecedente habens certam habitudinem ad terminum positum in consequente. propter quam habitudinem antecedens antecedit ad tale consequens. Sed terminus illatus est terminus positus in consequente habens certam habitudinẽ ad terminuz positũ in antecedente. propter quã habitudinem consequens sequitur ad tale antecedens. Ut sic arguẽdo. homo est. ergo animal est. terminus inferens est homo. et terminus illatus est animal. et ratione habitudinis illorũ duorum terminorum adinuicem vna illarum propositionum antecedit et alia sequitur. Sed nunc restat dubium a quo. s. locus dialetic9 principaliter denominatur an a termino inferẽte vl illato. Respondetur q̃ denominatur a termino inferente. quod probatur sic. quia locus denominatur a termino in quo consistit tota virtus probationis consequentis. sed in termino inferẽte stat tota virtus probationis. ergo locus debz ab ipso denominari. Minor patet scilicet quia si argumentum dialeticum reduceretur ad silogismum tunc terminus inferens esset mediuz silogismi. sed in medio est tota virtus probatiua vt alias dictuz est. ergo in termino inferente est tota virtus probatiua argumenti. Non tamen debet intelligi q̃ locus denominetur a termino inferente fundamentaliter accepto. quia sic iste locus. sortes est homo. g9 sortes ẽ aial. diceretur locus ab homine. quod est falsum. sed debet denominari a termino inferente formaliter accepto. idest ab habitudine secunduz quam talis habet rationem termini inferentis. vt habitudo illius argumenti est a specie ad genus. ideo ille locus denominatur a specie. In eodem enim termino possunt fundari diuerse habitudies. vt in homine est habitudo diffiniti ad diffinitionem. et speciei ad genus. si ergo in aliquo antecedente ponatur homo ratione diffiniti aut sub alia habitudine ille locus dicitur a diffinito. sivero sub habitudine speciei ille locus dicitur a specie.

Cognoscitur autez sub qua habitudine ponitur terminus inferens in antecedente per terminum illatum. eo q̃ si in consequente ponatur diffinitio termin9 in antecedente debet poni sub habitudine diffiniti. Ex quo patet q̃ sub eodem fundamento possunt fundari diuerse et plures relationes. et ille specificantur a terminuo ad quem cum capiant diffinitiõem a fundamento ergo oportet dicere q̃ necessario capiant a termino cum totum esse relatiuum sit ad aliud scilicz ad rem.

Sciendum est tercio q̃

querere in aliqua consequentia vnde locus nõ est aliud q̃ in ipsa querere terminum maxime vl regule confirmantis talem consequentiam. quia quidẽ terminus verificabilis est de termino inferente ratione habitudinis quam habet termin9 inferens ad illatum. Ut cum queritur. Unde locus. animal ratõnale currit. ergo homo currit Respondetur a diffinitione ad diffinitum. ergo nos querimus illum terminum diffinitionis de quo verificatur terminus illatus. Sed cum querimus maximam querimus propositionem per se notam confirmatiuam talis consequentie. vt cũ queritur maxima. aial ratiõale currit. g9 hõ currit. respondet. quicquid verificat de diffinitiõe z de diffinito. Sed cum queritur quare locus

dialeticus principalius denoiatur a termino inferente.et locus sophisticus ab illato.De prima visum est in precedente notabili. Sed ad secundam partem dubij dicitur q̄ ratio est quia locꝰ sophisticus est deceptorius.modo deceptio latz in conclusione.quia homo per agumentationez sophisticam decipitur credendo q̄ propter talē argumentationez debite inferatur seu probetur aliqua conclusio. que tamen non probatur nec infertur. et sic deceptio in loco sophistico latet in termino illato.et sic denoiatur huiusmodi locus a termino illato. Unde circa predictā diuisionem loci a substantia in locum a diffinitione.descriptione.et interpretatione aduertendum est q̄ diffinitio potest capi duplicater. Uno mō ꝓprie pro oratōe cōuertibiliter explicante quiditatem et essentiam rei significate per diffinitum.et hoc precise per essentialia. et hoc modo sola diffinitio quiditatiua est diffinitio. Uerum est tamen q̄ ab aliquibus diffinitio causalis ꝓpter similitudinem quam habet cum diffinitione quiditatiua quandoq; vocatur diffinitio stricte capiendo diffinitionem.Et similitudo que est inter diffinitionem causalem et quiditatiuaz ē ista quia sicut in diffinitione causali ponuntur termini importantes causam vel causas rei significate per diffinitum. sic etiam in diffinitione quiditatiua pōitur terminus qui importat formam et essentiam rei significate per diffinitum. Alio modo accipitur diffinitio generaliter pro omni illo quod explicat essentiam alicuius siue a priori siue a posteriori.z sic diuiditur in diffinitionē quiditatiuam causalem et quid nominis.Et isto modo non capitur diffinitio in proposito sz primo modo.quod patet quia ad videndum differentiam inter membra predicte diuisionis oportet q̄ diffinitio capiatur vt se extendit tam ad diffinitionem quiditatiuam q̄ causalem. Sed descriptio capitur pro omni oratōne explicante cōuertibiliter naturam descripti.que quidem oratio accidentaliter et denominatiue predicatur ō descripto.vt homo est animal risibile.animal risibile est descriptio hominis. Et interpretatio in proposito capitur pro oratione conuertibiliter et synonime explicante modum significādi alicuius termini.et sic interpretatio est diffinitio quid nominis.z interpretatum est diffinitū. diffinitiōe quid nominis.Et dicitur notanter cōuertibiliter explicante modum interpretandi. qz si non talis locus non teneret.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Quecunq; concomitantur substantiam alicuius rei sunt extra ipsam. ergo locus a concomitantibus substantiam est extrinsecus. Secundo arguitur sic. Res semper denominatur a fine, quia secundum philosophū scōo de aia a fine vnumqōq; iustum est appellari.ergo locus dialeticus debet denominari a termino illato z nō inferente. Tercio arguit sic.si locus denoiaretur a termino inferente seq̄retur q̄ iste locus per quem tenet ista consequētia.homo currit.ergo animal currit denominaretur ab homine.consequens est falsum quia denominatur a specie. Quarto arguitur sic probando q̄ locus non denominatur a termino inferente secunde intentionaliter capto.si sic sequeretur q̄ locus a diffinitione ad diffinitum. a descriptione ad descriptum.et sic de alijs eēnt loci a relatiuis.consequens est falsum et probatur consequentia. quia species et genus dicuntur correlatiue sicut diffinitio et diffinitum.

Ad rationes.Ad primā

dicitur negando antecedens capiendo esse extra aliud vt dicitur illud quod nullo modo essendi in est in alio quomō accipitur hic.quanuis accipiendo esse extra aliud vt idem ē quod nō esse de compositione intrinseca et essentiali. antecedens sit particulariter verum non tamen vniuersaliter.quia a genere sumitur locus a concomitantibus substantiam.et tamen genus nō est extra substantiam rei. Ad secundam dicitur q̄ non debet semper vnumquodq; denominari a suo fine.Secundo potest dici q̄ quanuis in illis que dicunt causalitatem finis res semper denominatur a fine.non tamen in illis que dicunt causalitatem efficientem cuiusmodi est locus. Tercio potest dici q̄ non est inconueniens locum denominari a termino illato minus principaliter.cum hoc tamen stat q̄ principaliter denominetur a termino inferente. Ad terciam dicitur q̄ consequentia denominatur a termino inferente.idest ab habitudine terminī inferentis ad illatum.Et vltra cum dicitur q̄ loci a specie ad genus.a diffinitione ad diffinitum. et sic de alijs essent loci a relatiuis negatur consequentia.quia species et genꝰ non capiunt hic formaliter.ideo illud quod significatur in secūdis intentōnibus excercetur in primis.est tamē verum q̄ si excerceretur in secundis intentionibus q̄ esset locꝰ a relatiuis.Et per hoc etiā patet solutio quarti argumenti.

Diffinitio est oratō indicās quid est esse rei per essentialia.

Locus a diffinitōne est habitudo diffinitionis ad diffinitum.et continet quatuor argumenta et quatuor maximas.

Primo subiciendo diffinitionez affirmatiue. vt animal rationale currit. ergo homo currit. Maxima. quicquid predicatur de diffinitione et de diffinito. Secundo predicando diffinitionez affirmatiue. vt sortes est animal rationale mortale. ergo sortes est homo. Maxima. de quocunq; predicat diffinitio et diffinitū. Tercio subiciendo diffinitionem negatiue vt animal ratiōale mortale nō currit. ergo hō non currit. Maxima. quicquid remouet a diffinitione etiam remouetur a diffinito. Quarto predicando diffinitionez negatiue. vt lapis non est animal rationale mortale. ergo lapis non est homo. Maxima. A quocunq; remouetur diffinitio et diffinitum.

Locus a diffinito est habitudo ipsius ad suam diffinitionem. et continet quatuor argumenta et quatuor maximas. sicut locus a diffinitione. Primo subiciendo diffinitum affirmatiue. vt hō currit. ergo aial ratiōale mortale currit. Maxima. Quicquid predicat de diffinito et etiam de diffinitione.

Secundo predicando diffinitum affirmatiue. vt sortes est homo. ergo sortes. ē animal rationale mortale. Maxima. De quocūq; predicat diffinitum et diffinitō. Tercio subiciēdo diffinitum negatiue. vt hō nō currit. ergo animal rationale mortale nō currit. Maxima. Quicquid remouetur a diffinito et etiam a diffinitione. Quarto predicando diffinitum negatiue. vt lapis non est homo. ergo lapis non est animal rationale mortale. Maxima. A quocū q; remouetur diffinitum. et etiā diffinitio. Et sciendum q; locus semper debet denominari a termino inferente et non ab illato. vt qñ diffinitio ē inferēs est locus a diffinitōe. Quando vo diffinitū est inferēs est loc9 a diffinito. Descriptio est oratio significans esse rei per accidentalia. vt animal risibile ē descriptō hominis. Vel sic. Descriptio est oratio cōstans ex genere et proprio. vt animal risibile. Locus a descriptione est habitudo descriptionis ad descriptum. et continet quatuor argumenta ⁊ quatuor maximas sicut locus a diffinitione. et formantur hic eodem modo argumenta et maxime sicut ibi nisi q; ibi ponit diffinitio ⁊ dif-

finitum. hic vero descriptio et descriptum. Interpretatio est duplex. Quedam enim est q̄ non conuertitur cum interpretato suo. vt ledens pedez est interpretatio huius nominis lapis. Alia est que cōuertitur cū interpretato suo. vt amator sapientie est interpretatio huius nominis philosophus. et hoc modo sumitur hic. Et diffinit sic. Interpretatio est expositio vnius nominis minus noti per aliud nomen magis notuz. vel per integram orationem. Locus a nominis interpretatione est habitudo interpretationis ad interpretatū. et continet tot argumēta et tot maximas sicut locus a diffinitione. Primo subiciendo interpretationez affirmatiue. vt amator sapientie currit. ergo philosophus currit Maxima. Quicquid predicatur de interpretatōe z de interpretato. Vel fit a parte predicati. vt sortes est amator sapiētie. ergo est philosophus. Maxima. De quocunq; predicatur interpretatio et interpretatum

Negatiue sic a parte subiecti. vt amator sapientie non currit. ergo philosophus non currit. Maxima. Quicquid remouetur ab interpretatiōe et etiā ab interpretato. A pte predicati sic. sortes non est amator sapientie. ergo nō est philosophus Maxima. A quocunq; remouetur interpretatio et etiam interpretatum. z eodem modo intelligitur de interpretato sicut de diffinito.

Circa hunc textum notādum est primo q̄ ad notificandum locum a diffinitione petrus hyspanus premittit diffinitionem diffinitiōis dicēs

Diffinitio est oratio indicans quid est esse rei per essentialia. Et debet sic exponi. Diffinitio est oratio explicans conuertibiliter quiditatem siue essentiam diffiniti precise per essentialia. scilicet per genus et differentiaz. Ex quo sequitur q̄ hic non capitur diffinitio pro quacunqz diffinitione sed specialiter pro diffinitione quiditatiua tantum. Ulterius sequitur q̄ diffinitio vt est quid complexum et pro denominato non potest diffiniri sed solum pro per se significato et vt est vna secunda intentio et vt sic est quid incomplexum Quid autem sit locus a diffinitōe. quid locus a diffinito. quando et quot modis teneatur. z que sunt eorum maxime patet clare in textu Est autem aduertendum q̄ diuersimode sumitur locus dialeticus a diffinitione. ad diffinituz. et petitio principij. et locus demonstratiuus. Unde diffinitio et diffinituz possunt dupliciter considerari. Uno modo inquantum diffinitio z diffinitum. et hoc dupliciter. Uno modo per respectum ad predicata que notioni modo conueniūt termio illato q̄ inferenti. et sic ab eis sumit petitio principij. Secundo modo ad predicata que notioni modo conueniunt termino inferenti q̄ illato. et sic sumitur locus dialeticus. Alio modo consideratur diffinitio secundum q̄ explicat principia essentialia diffiniti per que demonstratiue et propter quid cognoscitur propria passio inesse diffinito. z sic a diffinitione ad diffinituz sumitur locus demonstratiuus Locus autem dialeticus a diffinitione ad diffinitum non est semp bon⁹. nō enim termini hēnt suppositōez simpl̄r significantē. scilicet cum arguitur respectu predicatorum secunde intentionaliter. siue predicatorum ponentium differentiaz inter diffinitionē et diffinitum. Diffinitio enim et diffinitum differunt et cōueniunt. ideo non debet argui ab vno ad aliud respectu predicatoruz que conueniunt

vni ea parte qua differūt ab alio. et ideo hic nō bene arguitur. animal rationale est diffinitio. ergo homo est diffinitio. Nec hic. animal rationale est oratio composita ex genere et differentia. ergo homo est oratio composita ex genere z differentia. et sic de alijs argumentis similibus. Posset etiam addi alius casus in quo non tenet scilicet quando diffinitio et diffinitum ponunt' a parte predicati precise posti verba actum ale interiorē significantia. vt scio. cognosco. intelligo. et sic de alijs. Ratio est q; tunc appellant suas rationes formales. et ideo non sequitur. intelligo animal rationale. ergo intelligo hominez. eo q; in rigore logice antecedens potest esse verum consequente existente falso.

Sciendū est secundo q;

descriptio est oratio indicans quid est esse rei p accidentalia. Ex quo patet q; diffinitio et descriptio conueniunt in hoc q; vtraq; explicat eē essentiale siue essentiam rei. Sed differunt q; diffinitio explicat illud esse per principia essentialia. descriptio vero per accidentalia. Et dicitur per accidentalia z non per accidentia quia superius aliqñ describitur per sua inferiora que p; prie non sunt accidentia eius quamuis dicuntur accidentalia. eo q; habent modum accidentiū in hoc q; sunt extra essentiam sui superioris sicut z accidentia. Duplicia autem sunt accidentia. quedam sunt individui que dicuntur accidētia cōmunia. Alia sunt accidentia speciei que dicunt' accidentia propria. Et ergo si in descriptōne ponantur accidentia illa debent esse propria eo q; descriptio vno modo diffinitur q; est oratio constans ex genere et proprio. vt animal risibile est descriptio hominis. Qui autem sint loci a descriptione et descripto. quot modis et quomō tenent. z quot sunt eius maxime clare patet in textu. Et ad debite arguendum obseruandi sunt illi casus in quibus non tenet locus a diffinitione ad diffinitum. Unde diffinitio et descriptō possunt capi dupliciter. Uno modo pro denominato et tunc sunt orationes compositе ex genere et proprio et ex genere et differētia. Alio modo possunt capi pro per se significato. et tunc sunt relationes rationis causate per actum intellectus comparantis diffinitionem ad diffinitum et descriptionem ad descriptum et hoc modo capiuntur hic.

Sciendum est tercio q;

duplex est interpretatio. quedam est conuertibilis cum interpretato. vt amator sapientie interpretatur philosophus. Alia est non conuertibilis que excedit interpretatum. vt ledens pedem excedit lapidem. Alia est interpretatio que excedit ab interpretato vt perfecte factum excedit imperfectum. Locus autem ab interpretatōne ad interpretatum vel econtra solum sumitur ab interpretatione conuertibili. eo q; sicut prius dictum est in omni loco a substantia terminus inferens et terminus illatus debent esse conuertibiles. Diffinitur ergo sic interpretatio. est explicatio vnius nominis minus noti per aliud nomen magis notum. Ex quo patet q; diffinitio et descriptio differunt ab interpretatione quia ipse non explicant vnum nomen per aliud sed explicant essentiam siue rem significatam per nomen. Differunt etiam interpretatio et ethimologia. et translatio. eo q; ethimologia est proprie expositio vnius dictionis per alias eiusdem ydiomatis. sed translatio est de vno ydiomate ad aliud. Interpretatō vero est superius ad ethimologiam et ad translationem. et fit qñ aliq; dictio exponitur per plures alias eiusdez ydiomatis siue diuersorum. Loci autem ab interpretatione ad interpretatum vel econtra tenent eodem modo sicut dictum est de precedentibus. Sūt etiam alij octo loci a substantia qui in textu nō enumerantur explicite. eo q; sunt reducibiles ad sex predictos. Tres enim reducūtur ad locum a diffinitione. quorum primus est ab vno synonimo ad aliud. Secundus econtra. Tercius a differentia ad speciem et hoc capiendo differentiā pro differentia conuertibili cuz specie. Quartus qui est a specie ad differentiam conuertibilem reducitur ad locum a diffinito. Quintus qui est a proprio ad speciem reducitur ad locuz a descriptione. Sextus qui est econtra reducitur ad locū a descripto. Septimus qui est ab exponentibus ad expositam reducitur ad locuz ab interpretatione. Octauus qui est econtra reducitur ad locum ab interpretato. Posset tamen omnib⁹ istis assignari vnus locus cōis qui diceretur locus a conuertibilibus. et possent formari faciliter argumenta et maxime secundum locos. Quoz omnium sic habetur sufficientia. Naz omnis locus a substantia sumitur ab habitudine terminorum conuertibilium adinuicem. et hoc dupliciter. vel illi termini sunt conuertibiles in significando et sic est locus ab interpretatione ad interpretatum. vel aliquis alius locus ad vnum illoruz reducibilis. scilicet locus a synonimo ad synonimum. vel ab exponentibus ad expositaz vel ecōtra. Uel illi termini sunt cōuertibiles in supponendo. et hoc dupliciter. nam vel illi termini sunt formaliter conuertibiles et predicant' de se inuicem essentialiter. et sic est locus a diffinitione ad diffinitum. vel econtra. aut aliquis alius locus ad vnum illoruz reducibilis. scilicet locus a differentia essentiali ad speciem immediatam. vel est locus a synonimo ad synonimum vel illi termini sunt cōuertibiles formaliter et p̄dicantur de se inuicem conuertibiliter accidentaliter.

taliter et sic est locus a descriptione ad descriptum et econtra. vel aliquis alius locus ad istum reducibilis. s. a propria passiõe ad suũ subiectũ

Sed contra predicta arguitur. Primo sic eadem est habitudo a diffinitione ad diffinitum et ecõtra. ergo locus a diffinitõe et locꝰ a diffinito non distinguit. Secundo arguitur sic. descriptionis non ẽ descriptio. ergo male hic describitur descriptio. antecedens patet quia si descriptionis esset descriptõ tunc pari ratione illa descriptio describeretur et haberet aliam descriptionem. et iterum illa alia et sic in infinitum. Tercio sic arguitur. nõ sequitur. iustus est amator sapiẽtie. ergo iustus est philosophus. et tamen arguitur ab interpretatione ad interpretatum. ergo talis locus non valet. Quarto sic arguitur. non sequitur amator sapientie est interpretatio. ergo philosophus est interpretatio. et tamen arguitur ab interpretatione ad interpretatum. igitur.

Ad rationes. Ad primã dicitur q̃ non est eadem habitudo formaliter inter diffinitionem et diffinitum et econtra licz diffinitio et diffinitum sint idem realiter. Ad secundam dicitur q̃ descriptio dupliciter accipitur. Uno modo prime intentionaliter et sic ẽ qõdam complexus quod non potest diffiniri. Alio modo secunde intentiõaliter. et sic est quid incõplexum et potest diffiniri per diffinitionem particularem cuius non est diffinitio. Ad terciam dicitur q̃ ibi est bona consequentia. sed antecedens est falsum sicut et consequens. eo q̃ non amatur nisi quod actualiter possidetur. iustꝰ ergo non habens sapientiam non amat eam quãtus eam appetet. desiderium enim et appetitus sunt rei nondũ habite. amor vero rei habite.

Ad quartam dicitur q̃ consequentia non valet. nec arguitur ab interpretatione ad interpretatum. quia arguitur respectu predicatorum secunde intentionalium in quibus non valet ꝓña

Sequitur de locis a cõcomitantibus substantiam qui sunt quando sumitur argumentum ab his que consequũtur terminos in questione positos. Et diuiditur. quia alius est locus a toto. alius est locus a pte. aliꝰ a causa. alius ab effectu. alius a generatione. alius a corruptione. alius ab vsibus. alius a communiter accidentibꝰ

Locus a toto diuiditur sicut ipsum totum. Est enĩz quoddã totum vniuersale. aliud totum integrale. aliud totum in quantitate. aliud totum in modo. aliud totum in loco. aliud totuz in tempore. Et secundum hoc multiplex est locus a toto. quia alius est locus a toto vniuersali. alius a toto integrali. et sic õ alijs. et similiter diuiditur locꝰ a tempore. Totum vniuersale vt hic sumitur est quodlibet superius substantiale sumptum ad suum inferius in linea predicamẽtali. vt animal ad homĩnem et homo ad sortem. Pars subiectiua dicitur quodlibet inferius sub toto vniuersali sumptum. Locus a toto vniuersali siue a genere est habitudo ipsius totius vniuersalis ad suam partem subiectiuam siue ad suam speciem. et ẽ semper destructiuus predicando totum. vt lapis non est animal. ergo lapis non est homo. Ad prima A quocunq̃ remouetur genus siue totum vniuersale ab eodez remouetur species siue pars subiectiua. Locus a specie siue a parte subiectiua

est habitudo ipsius ad genus. siue ad suum totum vniuersale et est semper constructiuus. ⁊ tenet duo argumēta et duas maximas. Primo subiciendo speciem affirmatiue. vt homo currit. ergo animal currit. Alia maxima. Quicquid predicatur de specie siue parte subiectiua. hoc etiam predicatur de genere siue ō toto vniuersali. Secūdo predicando speciem affirmatiue. vt sortes est homo. ergo sortes est animal. Alia maxima De quocunq; predicatur species siue pars subiectiua. de eodem predicatur genus siue totum vniuersale.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ locus a concomitantibus substantiam est quando sumitur argumentum ab his que sequuntur terminos in questione positos. idest quando terminus inferens est intrinsecus termino illato secundum aliquem modum essendi in. sed non dicit totam eius essentiam adequate et conuertibiliter. Et diuiditur in octo species vt patet in textu. Et si sint alij loci a concomitantib⁹ substantiam tamen reducuntur ad aliquem istorum

Primus locus a concomitantibus substantiam est locus a toto ad suam partem. Et quia totum diuiditur in sex modos. ita etiam locus diuiditur in sex species. Et q̄ quot modis dicit totum tot modis dicitur pars. ideo etiam locus a parte diuiditur in sex species. Sed omnia clare patent in textu. Primus vero locus a toto est loc⁹ a toto vniuersali. et est vniuersale superius alicuius inferioris. vt animal respectu hominis et equi. Et non debet accipi vniuersale ꝓprie pro genere vel pro specie vel pro illo quod ordinatur supra aliud in directa linea predicamentali. sed debz accipi communiter pro omni illo qō est alteri communius siue sit ens reale siue rationis siue vniuocum siue analogum. Sic etiam proportionaliter non capitur inferius proprie sed cōmuniter pro omni illo quod est vnius cō sequentie respectu alterius. Unde locus a toto vniuersali ad suam partem siue a superiori ad inferius ē habitudo totius vniuersalis ad suam partem subiectiuam siue ad suum inferi⁹. Et secundum hunc locum sicut secundum precedentes possunt formari quatuor modi argumē torum. et quatuor maxime quamuis dicatur i textu q̄ solum tenet per vnam maximam. scilicet arguendo a toto ad partem negatiue et aliquādo affirmatiue. vt bene sequitur lapis non est aial. ergo lapis non est homo. Ex quo sequitur q̄ circa hunc locum sunt tres regule siue maxime inconstantes et falsē. Prima est arguendo a toto vniuersali ad suam partem affirmatiue subiciendo. vt nō sequitur. animal currit. ergo homo currit. Secunda est a toto vniuersali arguendo ad suam partem affirmatiue predicando. vt non sequitur. asinus est animal. ergo asinus est homo. Tercia arguendo a toto vniuersali ad suam partem subiciendo negatiue et sine distributione. vt animal non currit. ergo homo non currit. Locus autem a parte subiectiua ad suum totum est habitudo partis subiectiue ad suum totum. Et tenet duobus modis. scilicet affirmatiue subiciendo. et affirmatiue predicando. et sic sunt due maxime. s. vere arguendo a pte subiectiua ad suum totum. et alie due sunt false. scilicet arguendo a parte subiectiua ad suum totū negatiue subiciendo et negatiue predicando.

Et ad debite arguendum per hos locos obseruandum est primo q̄ non arguatur respectu predicatorum secunde intentionalium siue ponē tium differentiam inter superius ⁊ inferius. aut a toto et a partibus habentibus suppositiones simplices. Secundo obseruandum est secundū aliquos q̄ totum et pars non insequantur dictionem importantem actum alie interiorem ratiōe cuius appellant suas proprias rationes. Tercio est obseruandum q̄ non arguatur cum dictionibus sincathegoreumaticis negationes includentibus. et q̄ non distribuatur totum vniuersale. propter qō non sequitur. sortes differt ab asino. ergo sortes differt ab animali. nec sequit̄ sortes incipit esse albus. ergo sortes incipit esse colloratus. Quarto obseruandum est q̄ termini in antecedente et consequente teneantur vniformiter. et ideo non sequitur. ignis calefacit aquam ergo ignis facit aquam. nec sequitur. aliquis existens vltra parisius vadit parisius. ergo aliquis existens vltra parisius agit parisius. quia in antecedente subintelligit̄ vna oratio et nō in ꝓsite

Sciendus est secundo q̄ a toto vniuersali ad suam partem constructiue est bona consequentia si totus vniuersale distribuatur et etiam subiciendo destructiue. et etiaz affirmatiue subiciendo et etiam predicando. dū

tñ vbiꝯ fit distributiū per signum vniuersale. vt bene sequitur. omne animal est substantia. ergo omnis homo est substantia. homo est omne animal. ergo homo est asinus. nullum animal currit. ergo nullus homo currit. Sed auctor noster hoc omisit quia ibi non arguitur proprie a toto vniuersali ad suam partem. sed magis a toto in quantitate. Similiter a parte subiectiua ad suum totum est bona consequentia destructiue. dum tamen negatio sequatur totum et partem. vt bene sequitur. homo nō est asinus. ergo animal nō ē asinus. Quod probatur. quia ex opposito contradictorio consequentis infertur oppositum antecedentis. bene enim sequitur. omne animal est asinus. ergo omnis homo est asinus. Similiter bene sequitur. homo non currit. ergo animal non currit. quia ex opposito contradictorio consequentis infert oppositū antecedētis sequitur enim. omne animal currit. ergo omnis homo currit. Sed quia iste modus arguendi nō tenet vniuersaliter ideo auctor non determinat de illo. Q̄ autem non teneat vniuersaliter patet q̄ nullo hoīe exīte nō sequitur hō nō currit. g⁹ asal nō currit. quia si nullus hō existeret et omnia alia animalia ab homine currerent iste eēnt simul vere. homo nō currit et omne animal currit. eo q̄ animal ibi restringitur ad presentes. Secundum ergo hunc modum dicendi iste modus arguendi semper tenet posita constantia partis subiectiue vt si homo sit bene sequitur homo nō currit. ergo animal non currit. Ex quo sequit primo q̄ iste locus tenet vniuersaliter quando nō est predicatio accidentalis. vt homo nō ē asinus. ergo animal non est asinus. Secundo sequitur q̄ non semper tenet predicatōne existente accidentali quia quando nullum suppositum partis existit tunc non valet consequentia.

Sciendum est tercio q̄

arguendo a parte subiectiua ad totum vniuersale constructiue non est formalis cōsequentia nisi obseruatis aliquibus conditionibus. Prima q̄ totum vniuersale non distribuatur. quia si sic cōsequentia non valeret. non enim sequitur. omnis homo est rationalis. ergo omne animal est rationale. Secunda conditio est q̄ pars subiectiua et suum totum non sumantur cum dictione significante actum anime interiorem. vt non sequitur. cognosco hominem. ergo cognosco asal quia possibile est cognoscere ratōnem specificā hominis et ignorare rationem animalis. Similiter non valet ille locus negatiue nisi obseruatis duabus cōditionibus Prima est q̄ arguatur cū constantia partis subiectiue. Defectu cuius non sequitur. musca non vigilat. ergo animal non vigilat. quia si musca non esset sicut in hyeme antecedens esset verum vel consequens falsum. Secunda conditio est q̄ arguatur sine distributione totius vniuersalis. Et similiter arguendo a toto vniuersali ad suam partez subiectiuā negatiue est bona consequentia duabus conditionibus obseruatis. Prima est q̄ totum vniuersale distribuatur. et propter hoc nō sequit. asal non est rationale. ergo homo non est rationalis Secunda conditio est q̄ totum et sua pars subiectiua non sumantur cum dictione importante actum anime interiorem. Et similiter arguēdo a toto vniuersali ad suam partem affirmatiue oportet obseruare duas conditiones. Prima est q̄ ponatur constantia partis subiectiue in antecedente. Secunda est q̄ totum vniuersale distribuatur. Et iste locus non debet proprie denominari locus a concomitantibus substantiaz ſ locus a concomitante substantiam. quia arguēdo a toto vniuersali ad suam partem non arguitur a termino inferente ad terminum illatum tā q̄ plura cōcomitantia sed tanꝯ vnū cōcomitās

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. bene sequitur numerus est ergo binarius est. similiter duo sunt. ergo vnus est. eo q̄ ex opposito consequentis sequitur oppositum antetedentis. ergo locus a toto vniuersali ad suam partem valet affirmatiue. Secundo arguitur sic. non sequitur asinus est non homo. ergo asinus est non animal. et tamen arguitur ab inferiori ad superius affirmatiue. ergo talis locus non valet. minor patet quia sicut se habet homo ad animal ita non homo ad non animal. sed homo est inferius ad animal. g⁹ nō homo est inferius ad non animal. Tercio sic arguitur. non sequitur homo fit albus. ergo homo fit aliquid. et tamen arguitur ab inferiori ad superius affirmatiue. ergo talis locus non valet. Quarto arguitur sic. non sequitur. asinus differt ab homine. ergo asinus differt ab animali. similiter non sequitur. sortes incipit ēe albus. ergo sortes incipit esse coloratus. z tamē in istis arguitur per locum a parte in modo ad suum totum affirmatiue. ergo.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ illa consequentia non tenet per locuꝫ a superiori ad inferiꝰ affirmatiue. sed magis tenet per habitudinem que est inter causam et effectum vel totum integrale et suam partem.

Ad secundam negatur minor et eius similitudo. quia quandocunqꝫ negatio infinitās additur superiori et inferiori per compositionem. tunc de superiori fit inferius z de inferiori fit superius. ideo ibi arguitur a superiori ad inferius affirmatiue. Ad terciam dicitur q̄ illa consequentia nō valet eo q̄ hoc verbum fit includit negationem. Et similiter dicitur ad quartam q̄

In illis non arguitur ab inferiori ad superius affirmatiue. quia in istis verbis differt. desinti. incipit et sic de alijs includuntur negationes z habent exponi per propositiones negatiuas.

Totum integrale est quod est compositum ex partibus habentibus quantitatem et pars eius dicitur pars integralis. Pars integralis est que cum alijs partibus constituit totum.

Locus a toto integrali ē habitudo totius integralis ad suam partem. z est constructiuus semper. vt domus est. ergo paries est. Maxima. Posito toto integrali ponitur et quelibet eius pars. Locus a parte integrali est habitudo ipsius ad suum totum. et est semper destructiuus. vt paries non est. ergo domus non est. Maxima. Destructa parte integrali destruitur et suum totum. Totum in quātitate est vniuersale sūptum vniuersaliter. vt omnis homo. nullus homo. Pars in quātitate est quodlibet inferius cōtentum sub illo toto vniuersali vniuersaliter sumpto. Locus a toto in quantitate est habitudo ipsius ad suam partem z est constructiuus et destructiuus. Constructiuus sic. vt omnis homo currit. ergo sortes currit. Maxima. Quicquid predicatur de toto in quantitate et etiam de qualibet eius parte. vel sic. si vniuersalis est vera quelibet eius particularis erit vera Destructiue sic. Nullus homo currit. ergo sortes non currit. Maxima. Quicquid remouetur a toto in quantitate. et a q̄libet eius parte. vel sic. Si vniuersalis est falsa quelibet eius particularis erit falsa. Locus a partibus in quantitate ē habitudo omniū partium in quātitate simul sumptarum ad suum totum. et tenet constructiue et destructiue. Constructiue sic. vt sortes currit. plato currit. et sic de alijs. ergo omnis homo currit. Maxima. Quicquid p̄dicatur de partibus in quantitate simul sumptis. et de suo toto. Destructiue sic. sortes non currit. plato non currit. z sic de alijs. ergo nullus homo currit. Maxima. Quicquid remouetur a partibus in quantitate simul sumptis. et ab eius toto. vel si quelibet singularis nō est vera. sua vniuersalis nō erit va

Circa hunc textum notandum est primo q̄ totum integrale est illud quod constat ex partibus quantitatem hēntibus. Dicitur autem quātitatem habentibus ad differentiam totorum de quorum ratione non est habere partes quantitatiuas. et ideo nō dantur ille descriptiones de oī toto et omnibus partibus integralibus quantitatiuis. Ideo boetius aliter diffinit totum integrale quia omittit illam particulam quantitatē habentibus et dicit sic, Totum integrale est qō

est ex partib⁹. Et hec diffinitio est generalior prima. Unde pars integralis diffinitur sic. est aliquod ex quo cum alio resultat aliquod totum Unde duplex est pars integralis. quedam est omogenea alia est etherogenea. Pars omogenea est que est eiusdem nature siue speciei cum suo toto. Et talis pars suscipit predicationem sui totius. vnde quelibet pars aque est aqua et quelibet pars sanguinis est sanguis. Pars vero etherogenea est illa que est alterius nature siue rationis a suo toto et talis non suscipit predicationes sui totius affirmatiue et in recto. falsum ē ei dicere q caput hois est hō z brachiū hois ē hō Itez pars etherogenea est duplex. quia quedaz est principalis alia est minus principalis. Pars principalis est sine qua totum non potest esse. Pars vero minus principalis est sine qua totuz potest esse vt pes vel manus. Istis notatis infertur hec propositio. Locus a toto integrali ad eius partem minus principalez non tenet cōstructiue. Probatur sic. quia non sequitur hō est ergo pes est. Similiter locus a parte minus principali ad suum totuz non valet destructiue. quia non sequitur coquina non est. ergo domus nō est. Et similiter ianua vel fenestra non est. g⁹ domus non. Secunda propositio est. Locus a toto integrali ad eius partem principalem bene valet constructiue respectu huius verbi est secundi adiacentis. quia bene sequitur domus est ergo fundamentum est. Et maxima per quam tenent iste consequentie est ista. Toto integrali posito ponitur et eius pars. Tercia propositio est. Locus a parte integrali magis principali ad suum totum integrale bene valet respectu huius verbi secundi adiacentis. scilicet est. quia bene sequitur coz non est. ergo homo non est. similiter fundamentū nō est. ergo domus non est Et dicitur notanter respectu verbi secundi adiacentis. quia respectu verbi tercij adiacentis tales consequentie non valent. non enim sequitur parties non valet centum libras. ergo domus nō valet centum libras. Et si queratur vtrum valeat respectu huius verbi est tercij adiacentis. Ad hoc dicitur q bene valet respectu eoruz que sequuntur ad hoc verbum est. vt bene sequitur, domus est ens. ergo et paries. Unde ad hūc locum reducitur locus a nomine collectiuo ad eius partem et econtra. et tenet eodem modo sicut precedens. vt bene sequitur. populus est. ergo homo est. sed nō sequitur exercitus est ergo equus est. quia sine equo potest esse exercitus.

Et similiter ad hunc locum reducitur loc⁹ a toto numerali ad suam partem et econtra. et tenet eodem modo sicut precedēs. vt bene sequitur. quatuor sunt. ergo duo sunt. et vltra. duo non sunt. ergo quatoz non sunt. sed non sequit. quatuor sunt plura duobus. ergo duo sunt plura duobus. neqz sequit quatuor sunt alia a duobus. ergo duo sunt alia a duobus. Sz queritur quomō differunt totum vniuersale et totū integrale. Respondetur q sic differunt. nam totuz integrale componitur ex pluribus partibus et est ille partes simul sumpte. nec stat ipsum esse sine partibus. Sed totum vniuersale est quod non constat ex partibus integralibus nec subiectiuis sed est potentionaliter continens omnes suas partes subiectiuas.

Sciendū est secundo q

consequenter auctor determinat de toto in quātitate ponens primo diffinitionem que est ista. Totum in quantitate est vniuersale vniuersaliter sumptum. vt nullus homo currit. omnis homo currit. ibi homo est totum in quantitate nō secundum se sed secundum q est distributuz per illud signum omnis virtute cuius tenetur vniuersaliter. Nam si secunduz se sumatur est totū vniuersale. Unde totum vniuersale z totū in quantitate sunt idez essentialiter. sed differūt in hoc quia totum vniuersale importat naturaz vniuersalem per modum vnius. sed totū in quātitate illam importat per modum pluriuz z multiplicatam per sua inferiora. Et ita patet q aggregatuz ex signo vniuersali et termino communi non est totum in quantitate. Probatur quia totum in quantitate debet verificari de qualibet sua parte. sed aggregatum ex signo vniuersali et termino communi distributo per eum non pōt verificari de eo pro qualibet sua pte. g⁹ aggregatū tale non est totū in quātitate. Naz oēs iste sunt falsi. sortes est ois hō. plato est ois hō

Unde terminus cōis distributus per signū vniuersale vocatur totum in quantitate per similitudinem ad quantitatem continuaz. quia sicut continuum est diuisibile in plures partes quaz quelibet suscipit predicationem totius. ita similiter totum in quantitate multiplicatur in plures partes de quibus predicantur vere et affirmatiue. Unde partes totius i quātitate sunt singularia alicuius superioris. Et in predicta diffinitione ponitur vniuersale loco generis. et residuum ponitur ad differentiam totius vniuersalis et aliorum totoruz. Unde locus a toto in quantitate est habitudo totius in quantitate ad suam partem. Et tenet constructiue et destructiue subcindo et predicando in recto vel i obliquo. Unde dantur quatuor regule ad arguendum per locum a toto in quantitate ad suam partem Prima est q arguendo a toto in quantitate ad quālibet eius partem affirmatiue est bona consequentia posita constantia subiecti in antecedente. vt bene sequitur omnis homo currit et omnis homo est. ergo sortes currit.

Secunda regula est q arguendo a toto in

quantitate ad quanlibet eius partem affirmatiue predicando est bona consequentia. vt bene sequitur. sortes videt omnem hominem. ergo sortes videt hunc hominem. Tercia regula est q arguēdo a toto in ꝙtitate ad quanlibet eius ptez negatiue est bona ꝯsequētia t subiciēdo. vt bene sequitur nullus homo currit. ergo sortes ñ currit. Nec oportet addere constantiam subiecti in antecedēte. quia ad veritatem negatiue nō requiritur aliquid vel aliqua esse ex parte rei.

Quarta regula est a toto in quantitate ad suam partem negatiue predicando est bona cōsequentia. vt bene sequitur sortes non videt hominem. ergo sortes nō videt platonem. Et vltra debet obseruari q non arguatur a toto in quantitate explicite vel implicite demonstrando p nomen demonstratiuum. quia si tunc ponitur ex p te subiecti facit propositionem singularem ideo non arguitur a toto in quātitate sed ab vno singulari ad aliud. vt non sequitur. omnis homo ē totuz in quantitate. ergo sortes est totuz in quātitate. Secundo debet obseruari q arguendo affirmatiue arguatur soluz ad suppositа pro quibus distribuitur terminus communis. Nam si argueretur ad alia non oporteret consequentiā valere. Ex quo sequitur primo q arguendo a termino distributo in termino debet argui solum ad suppositа in termino. Secundo sequit q arguendo in predicationibus accidentalibus non debet argui affirmatiue ad suppositа non existentia. eo q in predicationibus accidentalibus restringunt ad existentia. tamen arguendo negatiue bene valet. Tercio sequitur q in predicationibus non accidentalibus potest argui affirmatiue et negatiue tam ad suppositа existentia ꝙ non existentia per hoc q in talibus predicationibus termini non restringuntur sed stant indifferenter pro omnibus suis suppositis. Tertio debet obseruari q distributio signi vniuersalis non impediatur per negationem aut p aliquid aliud. Ex quo sequitur q hic non arguitur a toto in quantitate sortes non videt hominem. ergo sortes non videt platonem.

Sciendum est tertio q

locus a parte totius in quantitate est habitudo eius ad suum totum. et tenet affirmatiue t negatiue subiciendo et predicando. Et secundum hunc locum ponuntur alique regule generales quarum quelibet ptinet duas speciales. Prima est q arguendo a partibus totius in quantitate sufficienter enumeratis ad suuz totum affirmatiue tam subiciendo ꝙ predicando est bona consequentia. vt bene sequitur sortes currit plato currit et sic de alijs. ergo oīs homo currit. Secunda regula est q arguendo a partibus totius in quantitate sufficienter enumeratis ad suum totum negatiue taz subiciendo ꝙ predicādo est bona consequentia. vt bene sequitur sortes non currit. plato non currit et sic de alijs. ergo nullus homo currit. Ultra tamen hoc debet obseruari in isto loco. Primo q non arguat a pluribus determinatis ad vnam determinatā et ad hoc vitandum datur tale documentum. q quando subiectuz inducentium est terminus cōmunis supponens determinate oportz ibi addere relatiuum idētitatis in alijs inducentibus a prima. et ideo non sequitur. homo est sortes. hō est plato et sic de alijs. ergo homo est omnis homo. sed debet sic argui. homo est sortes et idem homo est plato et idem homo est cicero et sic de alijs. ergo homo est omnis homo. quia sicut cō sequens est falsum ita et antecedens. Secundo debet obseruari q alia a terminis inducentibus et termino distributo maneant similia. ideo si inducatur a parte subiecti oportet q sit idem predicatum in oīnibus propositionibus taz inducentibus ꝙ inductis. Ex quo sequitur q hic non bene arguitur. sortes est sortes plato est plato, t sic de alijs. ergo omnis homo est omnis homo sed debet sic argui sortes est omnis homo plato est oīs homo et sic de alijs. ergo omnis homo est omnis homo. et sicut consequens est falsum ita et antecedens.

Sed contra predicta ar

guitur. Primo sic. bene sequitur demonstrando domum hoc est domus. ergo hoc nō est paries. ergo locus a toto integrali ad eius partez tenet negatiue subiciendo et sic male dictum est q tenebat affirmatiue. Secundo arguitur sic. bene sequitur pars aque est. ergo aqua est. ergo locus a parte totius integralis ad suum totum tenet affirmatiue. Tercio sic arguitur. non sequitur. omnis homo est vnus homo. ergo hec mulier est vnus homo. et tamen arguitur a toto in quantitate. igitur. Antecedens patet quia antecedens est verum et consequens falsum ꝙ patet quia eius contradictorium est falsum. scilicz aliquis homo non est vnus homo. Quarto arguitur sic. bene sequitur. sortes non currit. ergo non omnis homo non currit. et tamen ibi arguitur a parte totius in quantitate ad suum totum vna parte solum enumerata. ergo male dicitur q locus ille non tenet nisi quādo arguit ab ipsis sufficienter enumeratis.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q ille consequentie sunt bone sed non tenent per hunc locum cum antecedens sit affirmatiuum et consequens negatiuum sed tenet p locum a disparatis. Ad secundam dicitur q illa consequentia non tenet per locum a toto integrali ad suam partem vel econtra sed tenet

per locum a parte subiectiua ad suum totum. eo q̄ pars integralis omogenea se habet vt pars subiectiua respectu sui totius. et totuz homogeneum in qualibet sui parte saluatur. Ad terciam dicitur q̄ sicut consequens est falsum ita z antecedens et ad probationem dicitur q̄ ista aliquis homo non est vnus homo non est sua contradictoria. sed hec aliquis vel aliqua homo nō est vnus homo. et hec est vera. quia in contradictorijs termini debent capi eque ample et eque restricte in vna sicut in alia. Ad quartam dicitur q̄ non arguitur a parte totius in quantitate. sed magis ab inferiori ad superius. Nam equialenter sic arguitur. sortes non currit. ergo quidam homo non currit. modo manifestum est q̄ hic non arguitur a parte totius in quantitate ad suum totum.

Totum in modo est vniuersale sumptum sine determinatione. vt homo. Pars in modo est vniuersale sumptum cuz determinatione non diminuente. vt homo albus. z eodem modo sumitur argumentum in hoc loco sicut in loco a genere ad speciem. Totum in loco est dictio comprehendens omnez locuz aduerbialiter. vt vbiq̄ nusq̄. Pars in loco est dictio comprehendens aliquem locuz aduerbialiter. vt ibi. hic. Locus a toto in loco est habitudo ipsius ad suam partem et tenet constructiue et destructiue. Constructiue sic. deus ē vbiq̄. ergo deus est hic. Maxima. Cuicunq̄ competit totuz in loco z quelibet eius pars. Destructiue sic cesar est nusq̄. ergo non est hic Maxima. Quicquid remouetur a toto in loco et a qualibet eius parte. Locus a parte in loco est habitudo ipsius ad suum totum. et ē semper destructiuus. vt cesar non est hic. ergo non est vbiq̄. Maxima. Cuicunq̄ non competit pars in loco nec eius totum. Totum in tempore est dictō comprehēdens omne tempus aduerbialiter. vt semper nunq̄. Pars enim in tempore est dictio comprehendens aliquod tempus aduerbialiter. vt nūc. heri. cras Exempla autem sumantur hic sicut a toto in loco.

Circa hunc textuz notandū est primo q̄ ꝓnter auctor determinat de loco a toto in mō. prio sic diffiniens totū in mō. Totū in mō est terminus sumptus sine determinatōe vel cū minori determinatōe. Exo primi. vt hō per se sumptus est totum in mō respectu huius qō est hō albus. Exo scōi. vt hō albus ē totū in mō respectu huiꝰ qō ē hō albus musicus. Ex quo sequitur q̄ pōt esse totū in mō et pars in mō respectu diuersoz. sed pars in mō ē terminus sumptus cū determinatione restringēte. vt hō albus ē pars in mō respectu huiꝰ termini hō. Vñ quadruplex est determinatio. s. distrahens. diminuēs. āplians. et restringēs. Determiatio distrahēs ē q̄ trahit teri nū ad aliā significatōez a sua significtōe ꝓpria z ꝓcipali. z facit ipz teñri i signficatōe ipꝓpria. vt sūt dcm̄. oppinatū. itellectū z sic ō alijs. Determinatio āpliās ē q̄ facit terminū stare ꝓ pluribꝰ q̄ si p se sumeref respectu copule tm̄. vt mortuū et gñandū. Determiatio ꝰo diminuēs ē q̄ diminuit ō rōe termi cui adiūgit. vt ſz hō dētes respectu hꝰ termi albū. Oēs aūt iste determinatiōes ñ faciūt ꝓprie ptē in mō. ſz magis dcm̄ scōm quid ō quo determinat in fallacijs. Determiatio ꝰo restringēs ē illa q̄ facit terminū teneri ꝓ paucioribus q̄ si sine tali determinatōe sumeref z sola talis ꝓprie facit ptē in mō. Vñ locꝰ a toto i mō solū tz vnoꝰ. s. negatiue. vt bñ seq̄r sortes ñ ē hō gꝰ sortes ñ ē hō albꝰ. Ex quo pz q̄ ſz hūc locū est solus vna regula ꝙa vliter que est. q̄ a toto in modo ad suam partem negatiue est bona consequētia. Sed locus a parte in modo ad suuz

totus tenet duobus modis. scilicet affirmatiue subiciendo et predicando. vt bene sequitur homo albus currit. ergo homo currit. Similiter bene sequitur sortes est homo albus. ergo sortes ē homo. et secundum hunc locum sunt due regule vere. Sequitur vlteri⁹ q̄ hec propositio homo albus est albus est cōtingens. patet quia bene sequitur per hunc locum homo albus est albus. ergo homo est albus. et tamen secunda est contingens vt clare patet. ergo et prima quia ex necessario nunq̄ sequitur contingens. Et si queratur vtrum predicti loci teneant aliter q̄ dictum sit. Dicitur q̄ bene tenent alio modo ꝫ nō vniuersaliter. locus enim a toto non tenet affirmatiue sine constantia partis in mō. Nec tenet affirmatiue aut negatiue sine distributione totius. tenet enim negatiue subiciendo, si totum distribuatur. et affirmatiue toto distributo et posita constantia partis. Unde ad debite arguendum a toto in modo ad suam partem aut econtra dantur alique regule. Prima est q̄ nihil est pars in modo nisi totum in modo possit vniuersaliter affirmatiue de eo predicari. Ex quo sequitur primo q̄ si arguatur cum determinatōne distrahente nonvalz consequentia. vt non sequitur ymago est homo ymaginatus. ergo ymago est homo. Nec etiam sequitur econtra arguēdo negatiue. Secundo sequitur q̄ non valet consequentia arguendo cum determinatione ampliāte. vt nō sequit' antichristus ē albus possibilr. ergo antichristus est albus. Tercio sequitur q̄ nō valet consequentia quando determinatio nō tenetur vniuoce quando per se sumitur ꝛ quando additur alteri. vt non sequitur. sortes est bonus chitaredus. ergo sortes est bonus. Secunda regula est q̄ a parte in modo non ponatur aliqua conditio siue q̄ illa pars non equipolleat vni conditionali. quia quodammodo diminuit de ratione eius cui adiūgitur. vt non sequit' vellem esse in luto pro centum scutis. ergo vellem esse in luto. Tercia regula est q̄ non arguatur cum dictionibus includentibus negationē ideo non sequitur sortes incipit esse homo musicus. g⁹ sortes incipit esse hō. Nec sequitur ignis facit hominem calidum. ergo ignis facit hominem. Iste enim consequentie nonvalent propter hoc q̄ vna propositio includitur i ātecedēte quetamen non includitur in consequente. Quarta regula q̄ arguendo a parte ad totum non debet argui cum distributione totius. quia non sequitur omnis homo albus currit. ergo oīs homo currit. Debet etiam obseruari q̄ non arguatur in predicatis ponentibus differentiam inter totum et partem sicut et in aliis locis obseruandum est.

Sciendū est secundo q̄

hic cōsequenter auctor determinat de loco a toto in loco primo sic diffiniens totum in loco.

Totum in loco est dictio comprehendens omnem locum aduerbialiter. vt sunt vbiq̄. nusq̄. nullibi. ꝛc. In qua diffinitōne ponitur dictō loco generis. et residuum ponitur ad differentiam totius in quantitate qō non importat omnem locum aduerbialiter. Nam aliquod totum in quantitate potest comprehendere omnem locum. vt cum dicitur omnis locus vel in omni loco. sed hoc non est aduerbialiter. Pars vero in loco est dictio comprehendens aliquem locum aduerbialiter. Et dicitur aduerbialiter ad differentiam partis totius in quantitate que nō importat aliquem locum aduerbialiter. Consequēter auctor determinat de toto in tempore sic diffiniens totum in tempore. Est dictio comprehendens oīne tempus aduerbialiter. vt semper et nunq̄. ꝛc. Pars in tempore est dictio comprehendens aliquod tempus aduerbialiter vt aliquando. hodie. ꝛ sic de aliis. Unde locus a toto in loco est habitudo eius ad suam partem. Et tenet affirmatiue et negatiue subiciendo et p̄dicando. Ex quo sequitur q̄ arguendo a toto in loco ad suam partem sunt quatuor regule. Prima est a toto in loco ad suam partez affirmatiue subiciendo est bona cōsequentia. vt bene sequitur vbiq̄ est homo. ergo hic est homo. Secūda regula q̄ a toto in loco ad suam partem affirmatiue predicando est bona cōsequentia. vt bene sequitur. deus est vbiq̄. ergo deus ē hic ꝛ ibi Tercia regula est q̄ a toto in loco ad suam partem negatiue subiciendo est bona consequentia vt bene sequitur nullibi est homo. ergo hic non est homo. Quarta regula est a toto in loco ad suam partem negatiue predicando est bona consequentia. vt bene sequitur. cesar est nullibi. ergo cesar non est hic. Locus a parte in loco ad suum totum est habitudo partis in loco ad suū totum. Et tenet affirmatiue et negatiue subiciendo. et possent formari regule simles precedentibus. Loci autez a toto in tempore ad partem eius et econtra penitus eodem modo tenēt sicut et precendentes. Ex quo sequitur q̄ isti duo loci. scilicet locus a toto in loco et locus a toto in tempore tenent sicut locus a toto in quantitate. Loci vero a parte in loco et a parte i tempore eodm⁹ tenent sicut locus a parte totius in quantitate ad suum totum.

Sciendum est tercio q̄

sunt alij loci a toto ad partem et econuerso ō quibus auctor nō facit mentōez eo q̄ illi loci habēt reduci ad predictos. Uñ quiq̄ reperiūtur tota preter enumerata que tñ ad ipsa reducūtur. s. totum copulatiuū. totum disiūctiuū. potestatiuū. successiuū. ꝛ totū aggregatiuuz seu collectiuum.

Totum potestatiuum est quod componitur ex pluribus virtutibus et potentijs. vt animal rationale est totum potestatiuum respectu sensitiui vegetatiui et intellectiui. Et similiter quaternarius respectu binarij et ternarij. Sed totuz copulatiuum est illud in quo plura coniunguntur per coniunctionem copulatiuum. vt sortes currit et plato disputat. Totum vero collectiuum seu aggregatiuum est quod sub vna voce singulari plura adinuicem distincta representat. vt populus. societas. Et pars eius est aliqđ illorum de tali multitudine ex qua componitur. Et hec tria habent reduci ad totum integrale. qz ab ipsis tribus totis ad suas partes et econtra tenet locus dialeticus eo modo sicut a toto integrali. Sed totum disiunctiuum est illud in quo plura coniunguntur per coniunctionem disiunctiuam. vt sortes currit vel plato disputat.

Sed totum successiuum est quod componitur ex partibus successiuis que non possunt esse simul sicut tempus. Et ilta duo vltima habent reduci ad totum vniuersale. quia arguendo ab ipsis ad suas partes eodem modo tenet locus sicut a toto vniuersali. scilicet negatiue tantuz. vt arguendo sic a toto disiunctio. vt sortes nõ currit vel non disputat. ergo sortes non currit. Et a toto successiuo bene sequitur. non est dies. ergo non est meridies. Sed tamen ille consequentie que sunt a toto copulatiuo vel disiunctiuo ad suam partem quamuis sint logice tamen proprie non videntur dialetice. quia cõsequentie dialetice tenent gratia habitudinis terminorum. ille vero non sed gratia modi arguendi. ideo tales consequentie non videntur posse reduci proprie ad locos dialeticos. Similiter ad locuz a toto integrali reducitur locus a singulari ad plurale. secundum quem arguitur sic. homo est animal. ergo homines sunt animalia. Et tenz per hanc maximam. Si singulare de singulari. ita plurale de plurali. Anteq̃ tamen teneat tres conditiones requirũtur. Prima quia requiritur constantia termini consequentis. ideo nõ sequitur sol est substantia. ergo soles sunt substantie. vtrum tñ hoc sit verũ alias videbitur. Secõa cõditio est q predicatum non insit subiecto per accidens. vt nõ sequitur. homo est albus. ergo homines sunt albi. Tercia conditio est q non arguatur in terminis obliquis. propter quod non sequitur. hominis est asinus. ergo hominis sunt asini.

Sed contra predicta arguit. Primo sic.

Non sequitur chimera nõ est ẽs ergo chimera non est ens opinabile. ergo locus a toto in modo ad suam partem non tenet negatiue. Secundo arguitur sic. Non sequitur. ethiops est albus secundum dentes. ergo est albus. ergo locus a parte in modo ad suum totũ affirmatiue non tenet. Tercio arguitur sic Non sequitur. homo est hic. et homo est ibi. z sic de alijs. ergo homo est vbiqz. ergo locus a partibus totius in loco. sufficienter enumeratis ad suũ totũ nonvalet. Quarto arguitur sic. Nõ sequitur. sortes non est vbiqz. ergo sortes nõ est hic. ergo locus a toto in loco non tenz negatiue

Ad rationes. Ad primã

dicitur q illa consequentia non valz eo q opuna bile est determinatio distrahens et non contrahens. Ad secundam dicitur q ly secundũ dentes diminuit de ratione albi et non est determinatio restringens sed diminuens et sic non valet consequentia. Ad terciam dicitur q ibi est fallacia figure dictionis arguendo a pluribus determinatis ad vnam determinatam. iõ non bene arguitur. sed debet sic argui eo modo quo dictum est in loco a parte totius in quantitate. Ad quartam dicitur q ibi non arguitur a parte ad totum in loco eo q distributio ei impeditur per negationem.

Causa est ad cuius esse sequitur aliud secundum naturaz. Et diuiditur in causaz materialem. formalem. efficientez. et finalem. Causa efficiens est a q̃ primo fit mot9 ad hoc q fiat aliquid. vt domificator ẽ prius mouens et operans vt fiat domus. et faber vt fiat cultellus. Locus a causa efficiente est habitudo ipsius cause efficientis ad suum effectum. Et est constructiuus et destructiu9 Constructiue tenet sic. domificator est bonus. ergo domus ẽ bona. Maxima. Si causa efficiens est bona ipsum quod fit bonum est. Destructiue sic. domificator non est bonus. ergo domus non est bona.

Maxima. Cuius cā efficiēs nō est bona ipsum quod fit nō est bonum. Econuerso tenet locus ab effectu ad causam efficientē

Circa hunc textum notandum est primo q̄ postq̄ auctor determinauit de locis a toto ⁊ parte consequēter auctor determinat de locis a causa et ab effectu primo sic diffiniens causam.

Causa est ad cuius esse sequitur aliud secundum naturaz. Et ponitur ad cuius esse sequitur aliud ad differentiam effectus. quia ad esse effectus inquantum huiusmodi non sequitur aliud quanuis ad effectum secundum q̄ est causa alterius possit aliud sequi. Et dicitur secundum naturam ad explicandum modum quo oportet effectū sequi suā cāz. Non enim oportet q̄ effect⁹ sequatur suam causam tempore. sed sufficit q̄ eā sequatur natura. Sequitur enim capitur dupliciter. Uno modo vt dicit ordinem tantum. et sic sequi aliud est esse post aliud. ⁊ omne illud sequitur hoc modo quod est posterius. Alio modo sicut vna res sequitur altam. Alio⁹ accipitur vt dicit ordinem et dependentiam simul. Et hoc dupliciter. Uno modo vt dicit dependentiam in inferendo. sicut conclusio sequitur ex premissis. Nam illatio conclusionis dependet a premissis. Alio modo vt dicit dependentiam in essendo et hoc modo capitur in diffinitione cause. Unde causa potest suum effectum precedere dupliciter. Uno modo natura tantum. vt substantia precedit aliquod suorum accidentium. Alio modo natura et tempore simul. vt domificator precedit domum. Et si arguatur posita causa totali simul ponitur effectus. ergo effectus non sequitur causam. Respondetur distinguendo antecedens. vel simul tempore. et sic conceditur. vel simul natura et sic negatur. Replicatur sic causa ⁊ effect⁹ sunt relatiua. sed relatiua sunt simul natura. ergo causa non precedit effectuz natura. Respondetur q̄ causa et effectus possunt capi dupliciter. Uno modo formaliter ⁊ pro per se significatis. et sic conceditur totum argumentum. Alio modo possunt capi pro denominatis et fundamentaliter et sic negatur et hoc modo accipitur hic causa. Unde causa diuiditur per causam finalem formalem efficientem et materialem. Cuius diuisionis sic habetur sufficientia. quia ad causam sequitur effectus. vel ergo talis causa est extrinseca vel intrinseca. si intrinseca hoc est dupliciter. quia vel est dans esse formale et sic est causa formalis. vel est recipiens esse formale et sic est causa materialis. Si sit extrinseca hoc est dupliciter. vel est id a quo res fit. et sic est causa efficiens. vel id propter quod res fit et sic est causa finalis. Non enim debet intelligi q̄ sint solum quatuor cause in numero vt in specie aut in genere cuz sint alique cause finales genere differentes. et similiter alique formales et alique efficientes. sed debet sic intelligi q̄ solum sunt quatuor modi causandi siue quatuor rationes formales causandi. et omne illud qđ est causa causat secundum aliquam illarum rationum.

Sciendum est secundo q̄

predicta diuisio non est proprie diuisio vniuoci eo q̄ causa dicitur de istis quatuor secunduz prius et posterius. Cause enim possunt considerari quadrupliciter. Primo modo secundum ordinē causandi. et sic finis est prima causa. secunda efficiens. tercia materialis. quarta formalis. eo q̄ finis primo mouet efficiens. et efficiens motum a fine mouet materiam disponendo eam. et quarto inducitur forma. Secundo possunt considerari secundum propinquitatem ad effectum. et sic materialis est prima. secūda formalis. tercia efficiens. et quarta finis. Tercio possunt considerari quantum ad esse ita q̄ illa sit prior cui primo conuenit esse. et sic efficiens est prima. secunda materialis. tercia formalis. et quarta finis. Quarto possunt considerari quantum ad rationem principij mouentis. et sic forma est prima. quia forme conuenit mouere et omne mouens mouet per formam. et sic secunda est efficiens. tercia finis. quarta materia. Unde causa efficiens sic diffinit. Causa efficiēs est a qua prio fit motus et qua res fit. Et ibi subintelligitur causa loco generis. Etiam accipitur motus pro motu reali. Est autem duplex causa efficiens. quedam est in potentia vt domificator. aliquis enim dicitur domificator non quia actu domificet sed quia habitum habet quo potest domificare quando vult. Alia est in actu vt domificās actualiter. Item causa efficiens est duplex quia quedam est que requiritur ad fieri effectus ⁊ esse qua scilicet effectus conseruatur in esse et sine qua non conseruatur in esse nec in fieri. vt sol et deus sunt cause efficientes istorum inferiorum. Alia est que solum requiritur ad fieri effectus et non ad esse. vt sortes generans respectu platonis. et domificator respectu domus.

Iterum quedam est causa efficiens vniuoca que generat effectum sibi similez in specie. Alia est equiuoca que generat effectum non sibi similem in specie. Locus autem a causa efficiēte tenet respectu horum predicatorum bonum ⁊ malum siue non bonum suppositis quatuor cōditionibus. Prima est q̄ bonum et malum non dicant bonitatem vel maliciam moralem. sed dicant bonitatem vel maliciam cause efficiē

tis in antecedente et efficientis in consequente.

Secunda est q̄ efficiens debite et perfecte opereur secundum artem vel potentiam quam habet inquantum efficiens. Tercia q̄ non sit defectus ex parte materie vel instrumēti aut alicuius alterius. Quarta est q̄ in antecedente ponatur copula de presenti, et in consequente copula de futuro. Ex quo sequit q̄ ad hoc q̄ hec ꝯsequentia valeat. domificator est bonus ergo domus est vel erit bona. oportet eam sic intelligi. domificator est bonus domificator. z operatur secundum artem meliori modo quo potest operari. nec est defectus ex parte materie vel instrumenti aut alicuius alterius. ergo domus est vel erit bona.

Sciendum est tercio q̄

ad videndum quomodo tenet locus a causa efficiente ad effectum respectu aliorum predicatorum a predictis ponuntur alique alie regule. Et primo de causa efficiente in potentia ponuntur due regule. Prima est ab esse cause efficientis in potentia ad posse esse effect⁹ est bona consequentia. vt bene sequitur. domificator est vel potest esse. ergo domus potest esse. Secunda est a non esse cause efficientis in potentia ad non esse vel posse esse effectus non valet consequentia. vt nō sequitur. domificator non est. ergo domus non est vel non potest esse. De causa autez efficiēte ponuntur alique regule. Prima est ab esse cause efficientis in actu ad fore esse vel posse esse effectus est bona consequentia. vnde bene sequitur. domificans est. ergo domus est vel potest esse. Secunda regula est ab esse cause efficiētis in actu ad fieri effectus est bona consequentia. vt bene sequitur domificans est. ergo domus fit. Tercia regula est a non esse cause efficientis in actu ad non fieri effectus est bona consequentia vt bene sequitur. domificans non est. ergo domus non fit. Quarta regula est a non esse cause efficientis in actu ad non esse vel non fore effectus non valet consequentia. vt non sequitur domificans non est. ergo domus nō est vel nō erit

Iste ergo locus solum tenet in predicatis predictis nisi forte teneat arguendo a causa efficiente respectu sui verbi actiui ad effectum sui verbi passiui. vt domificator domificat. ergo domus est domificata. Dicitur etiam cōmuniter q̄ tenet arguendo a causa vniuoca respectu cuiuscunq; predicati conuenientis cause et effectui a tota specie. Et secundum hoc hic arguitur per hunc locum. sortes est risibilis. ergo plato ab eo genitus est risibilis. Unde locus ab effcū cause efficientis ad suā causam tenet respectu horum predicatorum bonum et malum sine non bonum posito q̄ antecedens sit de presenti et consequens sit de preterito et q̄ effectus operatus sit debite operatus secundum suam potentiam vel artez. et q̄ non sit defectus ex parte alicuius alterius. Et ad sciendū quomō tz respectu aliorū predicatorum ponūtur alique regule. et primo ponuntur tres arguēdo affirmatiue. Prima est ab esse effectus ad fuisse cause sē per est bona consequentia. Secunda regula est a fieri effectus ad esse cause efficientis siue sit in actu siue in potentia est bona consequentia. Tercia regula est ab esse effectus ad esse cause, in actu non valet consequentia. Sed ad arguendum negatiue ponuntur quinq; regule. Prima est a non esse effectus ad non esse cause efficientis siue in actu siue in potentia non valet consequentia. Secunda regula est a non fieri effectus ad nō esse cause efficientis in actu ē bona consequentia. Tercia regula est a non fieri effectus ad non esse cāe efficiēt in potentia non valz ꝯsequentia. Quarta regula est a non fore effectus ad non esse cause efficientis in actu est bona consequentia. sed a nō esse cause in potentia non valet. Quinta regula est a non fuisse effectus in fieri ad non fuisse cause efficiētis in actu consequentia est bona. De alijs autem predicatis ab istis eodē modo dicatur sicut de istis dictum est.

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. Ad positionez cause sequitur positio effectus cuz sint relatiua. ergo causa nō precedit effectum. Secundo arguitur sic. Forma et finis coincidunt vt dicitur secūdo physicorum. ergo forma non distinguitur a fine.

Tercio arguitur sic. Omnis causa precedit suum effectum cum sit vltimum ipsius rei. ergo finis non est causa. Quarto arguitur sic. efficiens non mouet nisi prius sit motum a fine. ergo causa efficiens non est a qua primo fit mot⁹

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ posita causa totali simul tempore ponitur effectus. et non natura vt patuit in primo notabili. Ad secundam dicitur q̄ quanuis forma et finis coincidunt in eadem re in numero hoc tamen non est secundum eandem rationem formalem. quanuis enim vna et eadem res sit forma et finis hoc tamen est secundum diuersas rationes. Ad terciam dicitur q̄ quanuis finis secundum suum esse reale quod habet extra animam sequatur effectum. tamen secundum esse intentionale quod habet in intentione agentis ipsum precedit z secundum hoc esse sibi conuenit ratio causalitatis. Ad quartā dicitur q̄ quanuis efficiens non moueat nisi prius sit motū a fine. finis tm̄ amatus et cognit⁹ mouet intentionaliter et motu reali non sensibili, sed non mouet motu reali sensibili.

Materia est ex qua cum alio aliquid fit. Et est duplex. q̃dam enĩz est permanens. ⁊ quedam est transiens. Permanẽs. vt in cultello ferrũ. Transiens ve in pane farina et aqua. Et diffinitur etiã sic materia. Materia est que tantum est in potẽtia. Locus a causa materiali est habitudo ipsius ad suum effectum. Et est constructiuus ⁊ destructiuꝰ. Cõstructiue sic. ferruz ẽ. ergo arma ferrea possũt eẽ. Maxima. Posita causa materiali possibile est eius effectũ poni. Destructiue sic. ferrum non est. ergo arma ferrea non possunt esse. Maxima. Remota causa materiali permanente tantũ remouetur et eius effectꝰ

Locus ab effectu cause materialis tenet cõstructiue sic. arma ferrea sunt. ergo ferrum est Maxima. Posito effectu cause materialis pmanentis ponitur eius causa. Locus ab effectu cause materialis transeũtis tenet cõstructiue. vt vitrum vel panis ẽ ergo filix vel farina fuit. Materia enĩ transiẽs nõ manet ſz transfertꝫ in aliã materiã Maxia. Posito effectu materie trãseuntis necesse ẽ ipsaz materiã pfuisse. Forma est que dat esse rei ⁊ ꝓseruat eaz in esse

Locus a causa formali ẽ habitudo ipsius cãe formal' ad suz effectũ. ⁊ tenet ꝓstructiue et destructiue. Cõstructiue sic. albedo ẽ. gꝰ albũ ẽ. Maxia. Posita causa formali ponit̃ ⁊ eius effectꝰ. Destructiue sic. albedo nõ ẽ. gꝰ albũ non est. Maxia. Remotacã formali remouet̃ et eiꝰ effectus. Econtra vero est de effectu cause formalis.

Circa hũc textũ notandũ est prio q̃ hic ꝓiter auctor determiat de loco a cã materiali ad eius effectũ prio sic diffinies materiã. Materia ẽ ex qua cũ aliquo fit aliquid. Et dz hec diffinitio sic itelligi. Materia ẽ cã ex qua cũ aliquo. ſ. cum forma fit aliquid. ſ. totũ ꝓpoꝰ. ⁊ p hoc dr̃ ab oi bꝰ alijs causis. Nã si ꝓprie accipiat̃ hec ꝓpõ ex sic ex cã efficiẽte ñ fit aliquid ſz bñ a cã efficiẽte fit aliqd. Sikr aliquid ñ fit ex fine ſz ꝓpter finem Nec etiã ex fora fit aliquid ſz p formã. accipiẽdo gꝰ ꝓprie hãc prepõez ex vt dicit hitudinẽ seu circũſtantiã potẽtie ex q̃ prio fit aliquid sic ex materia ꝓprie fit ꝓpoꝰ. Ex quo seq̃r q̃ hic ñ accipi materia p̃cise ꝙ ẽte in potẽtia eoꝰ quo accipit̃ in prio phisicoꝝ. ſz accr̃ ꝙ oi illo ex quo fit aliqd tã q̃ ex ẽte i potẽtia ad aliq̃ formã subalez vl' accñ talẽ. Est aũt duplex materia q̃dã ẽ pmanẽs q̃ ſ. sub eadẽ rõe manz in suo effectu. vt ferrũ i cultello. Alia ẽ transiẽs ⁊ ẽ illa q̃ ex ꝓpria rõe et spẽ nõ manet in suo effectu ſz trãsit in materiã effectus. vt aqua ⁊ farina in pane ⁊ filix in vitro.

Itez materia diuidit̃ i materiã in qua. ex qua et circa quã. Unde materia in qua dr̃ esse subiectũ accñtis. Sz materia ex q̃ ẽ altera pars ꝓpositi Materia ro circa quã est obiectũ siue subiectũ alicuiꝰ sciẽtie circa quã rsal' ꝓsideratõ illiꝰ scie.

Sciendũ est secundo q̃

ad videndũ qualiter locus a causa materiali ad suum effectum teneat quatuor ponũtur regule.

Pria ẽ q̃ ab eẽ cause materialis siue pmanẽtis siue transeuntis ad esse effectus nõ valet ꝓña vt nõ seq̃r. ferrũ ẽ. gꝰ cultellꝰ ferreꝰ ẽ. nec sequit̃. farina ⁊ aqua sũt. gꝰ panis ẽ. Scda rla ẽ ab esse cãe material' siue pmanẽt siue trãseũt ad posse eẽ effectꝰ valet ꝓña. vt bñ sequitur. aqua et farina sunt. ergo panis potest eẽ. Similiter sequitur

ferrum est. ergo cultellus ferreus potest esse

Tercia regula est a non esse cause materialis permanentis ad nō eē effectus est bona cō sequentia.vt bene sequitur ferrū non est.gr̄ cultellus ferreus nō est.Sed ad nō esse cause materialis transeuntis ad nō esse effect⁹ nō valet cō sequentia vt nō sequitur.aqua ⁊ farina nō sunt ergo panis non est. Quarta regula est a non fuisse cause materialis tam trasseuntis q̄ permanentis ad nō fuisse effectus est bona consequētia.vt bn̄ sequitur.aqua ⁊ farina nunq̄ fuerunt ergo panis nec est nec fuit. Sed locus ab effectu cause materialis ad causam materialem ē habitudo effectus ad suam causam materialem. Et ad hoc cognoscendum ponunt alique regule.Et primo ponūtur tres ad arguendum affirmatiue Prima est. ab esse effectus cause materialis permanentis ad esse sue cause est bona cō sequentia.vt bene sequitur cultellus ferreus est ergo ferrum est.Secunda est ab esse effectus cause materialis transeuntis ad esse cause non valz consequentia.vt nō sequitur.panis ē.ergo aqua et farina sunt.Tercia regula est ab esse effectus cause materialis transeuntis ad fuisse cause materialis est bona consequentia.vt bene sequitur panis est.ergo aqua et farina fuerunt. Sz ad arguendum negatiue ponuntur due regule.Prima est a non esse effectus ad non esse cause materialis siue permanentis siue trāseuntis nō valet consequentia. Secunda est a non posse eē effectus ad non posse esse cause materialis siue permanentis siue transeuntis est bona consequentia. vt bene sequitur. cultellus ferreus non pōt esse.ergo ferrum non potest esse. Dec autem regula et etiam precedentes debent intelligi posita possibilitate aliarum causarum.Debet etiaz intelligi naturaliter loquendo. possibile enim esset simpliciter panem esse dato q̄ nunq̄ farina primo fuisset. Ex predictis infertur q̄ predicti loci non tenent in alijs predicatis ab illis predictis nisi in illis que ad ea sequūtur.

Sciendum est tercio q̄

consequenter auctor determinat ō loco a causa formali.primo sic diffiniens formam.Forma est que dat esse rei ⁊ pseruat eam in esse.Et debet sic intelligi hec diffinitio.Forma est causa que dat esse formale rei ⁊ pseruat eā in esse formali.Et ponitur causa loco generis ⁊ residuū ad differentiam aliarum causarum Unde duplex est forma.s.substantialis et accītalis. Forma substantialis ē q̄ dat esse simplr̄.s.eē substātiale.Forma accītalis est que dat esse accītale ⁊ scōm quid.

Item forma substantialis est duplex.qr̄ q̄dam est forma totius.Alia est forma partis et ē que informat alteram partē cōpositi.s.materiaz vt aīa in hoīe.Sed forma totius est que resultat ex vnīōe forme partis cū materia vt humanitas est forma totius respectu hois. Uñ loc⁹a cā formali tenet cōstructiue ⁊ destructiue.⁊ sic scōz hunc locū sunt due regule. Prima est ab eē cause formalis ad eē sui effect⁹ est bona ꝓña.vt bn̄ sequit̄.albedo est.ergo albū est. Scōa est a non esse cause formalis ad nō esse sui effectus est bona consequentia.vt bn̄ sequit̄ albedo nō est. gr̄ albū nō est. Similiter locus ab effectu cause formalis ad suam causam tenet destructiue ⁊ cōstructiue.Et sunt due regule similes precedentibus. Ad hoc enim q̄ debite arguat̄ per hos locos due conditōes debent obseruari. Prima ē q̄ arguat̄ respectu huius predicati eē vel respectu predicatoz consequentiū ad ipsuz.qr̄ respectu altez nō tenz. Scōa est q̄ nō arguat̄ a forma cōi sed ꝓpria. Aliqui tn̄ preter has conditiones addunt alias quatuor.Quaz prima debet obseruari arguēdo tam affirmatiue q̄ negatiue. tam a causa q̄ ab effectu.alie aūt tres debēt obseruari arguēdo a causa affirmatiue et ab effectu negatiue. Quaz prima est q̄ causa formalis sit abstractū et effectus eius sit concretuz.⁊ maxime in formis accidentalibus.Scōa conditio ē q̄ forma sit sufficiēs ad denominandū subiectū Tercia ē q̄ circa illā formā non sit factum mīraculuz.Quarta q̄ illa forma non possit naturaliter eē separata a suo subiecto ipo manēte in esse

Sed contra predicta

arguitur.Primo sic.omnis causa intrinseca remanet in suo effectu.sz oīs causa materialis ē intrinseca. gr̄ omnis causa materialis remanet in suo effectu.et per pñs nulla materia ē transiēs.

Secundo arguitur sic.non sequitur ligna et lapides possunt esse. ergo domus potest esse. eo q̄ multe alie cause requirunt̄ ad posse esse dom⁹.ergo ad posse esse cause materialis ad posse effectus non valet consequentia. Tercio arguitur sic.Non sequitur cultellus est.ergo ferrū est.quia cultellus potest eē ex alia materia. ergo ab esse effectus cause permanentis ad suam causaz non valet consequentia. Quarto sic arguitur.non sequitur.albedo est. gr̄ albū est qr̄ albedo in sacramento altaris est.et tamen non est album.similiter non sequitur anima ratōnalis est ergo homo est.eo q̄ ipsa potest esse separata ab homine. ergo locus a causa formali ad suum effectum non tenet constructiue.

Ad rationes.Ad primā

dicitur q̄ materia nō dicitur transiens eo q̄ nullo modo manet in effectu.sed quia non manz in effectu sub ꝓpria ratione et eadez specie. bene enim manet secundum esse materiale non tamē manet sub esse ꝓprio et specifico.

Ad secundum dicitur q̄ debet argui posita

possibilitate aliarum causarum vt prius dictum est

Ad terciam dicitur q cultellus non est proprie effectus ferri. sed cultellus ferreus. ideo non bene arguitur. quia debz argui ab effectu ad suam causam materialem sine qua effectus nō potest esse. Ad quartā dicitur q̄ illis casibus albedo et anima rationalis non habent rationē cause formalis. de ratione enim cause formalis est aliquid informare z illi dare esse. in illis aūt casibus nihil informant. Ultra posset dici q̄ ille consequentie non tenent propter defectum aliq̄rum conditionum prius positarum.

Finis est gratia cuius aliquid fit. Locus a causa finali est habitudo ipsius ad suum effectum. et est constructiuꝰ et destructiuus. Constructiuus sic. beatitudo est bona. ergo virtus est bona. Maxima. Cuius finis bonus est ipsum quoq̄ bonum est. Destructiue sic. pena non est bona. ergo peccatum nō est bonum. Maxima. Cuius causa mala est ipsum quoq̄ malum est. Econuerso autem est dō loco ab effectu cause finalis.

Generatio est progressio a nō esse ad esse. Locus a generatione est habitudo ipsius generationis ad suum generatum. Et est constructiuus et destructiuus. Constructiue sic. generatio domus est bona. ergo domus est bona. Maxima. Cuius generatio est bona. ipsum quoq̄ bonum est. Destructiue sic. generatio latronum est mala. ergo latro est malus. Maxima. Cuius generatio est mala. ipsum quoq̄ generatum malū est. Econuerso autem est de loco a generato. Corruptio ē progressio ab esse ad non esse.

Locus a corruptione est habitudo corruptōnis ad corruptum. Et est constructiuus et destructiuus. Cōstructiue sic. Corruptō antichristi est bona. ergo antichristus est malus. Maxima. Cuius corruptio est bona ipsum corruptum malum est. Destructiue sic. corruptio domus est mala. ergo domus est bona. Maxima. Cuius corruptio mala est ipsum quoq̄ bonū est. Econuerso est de loco a corrupto.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ determinato de locis sumptis a causa efficiente materiali. et formali. consequenter auctor determinat de locis sumptis a causa finali primo premittendo diffinitionem finis dicens. Finis est gratia cuius aliquid fit. Et est duplex. Nam quidam est finis quo. alius est finis gratia cuius. Unde finis quo est effectus productus ab agēte quo habito cessat operatio agētis. vt sanitas Sed finis gratia cuius est ipsum obiectum aut aliquid preexistens operationi agentis in quod agens dirigit suam actionem. Et illo modo finis gratia cuius principaliꝰ est ipse deus. Et exponitur hec diffinitio sic. finis est causa gratia cuius aliquid fit. idest id in quo agēs dirigit suam actionem. et per hoc excluditur finis quo Unde licet medicus conficiat medicinam nō tamen ꝺficit ipsam ꝓpter sanitatem. sed ꝺficit tanꝯ propter causam illius sanitatis. Unde locus a causa finali est habitudo eius ad suum effectū

Sed locus a causa finali gratia cuius tenet destructiue sed non cōstructiue respectu huius verbi est secundi adiacentis. Primum probatur bene sequitur creator non est. ergo creatura nō est. ergo prima pars est vera. Secundum probatur quia non sequitur creator est. ergo creatura est. ergo secunda pars est vera. Sed locus

a causa finali quo ad suum effectum tenet constructiue respectu horum predicatorum bonum et malum duabus conditionibus obseruatis. Prima est q in psequente arguat respectu huius copule est vel fuit. defectu cuius nō sequitur sanitas est bona. ergo medicina laxatiua est bona sed debet sic inferri. ergo medicina laxatiua est vel fuit bona. Secunda ꝓditio est q in antecedēte addatur q talis finis quo ñ poterat conuenientius acquiri & per tale medium. Defectu cuius non sequitur. sanitas est bona. ergo fornicatio per quam acquisita est illa sanitas est bona. sed debet sic argui. sanitas est bona et non potuit conuenientius acquiri & per fornicationē. ergo fornicatio est bona. Sed locus ab effectu cause finalis quo ad causam suam tenet constructiue respectu horum predicatorum bonum et malum tribus conditionibus obseruatis. Prima ē q arguatur in consequente respectu huius copule disiuncte est vel erit. Defectu cuius non sequitur virtutes morales sunt bōe. ergo felicitas humana est bona. sed bene sequitur. ergo felicitas humana est vel erit bona. Secunda conditio est q addatur in antecedēte q per tale medium acquiratur finis quo. Defectu cuius non sequitur. medicina laxatiua est bona. ergo sanitas est bona. Sed oportet dicere q medicina laxatiua per quam acquiritur sanitas est bona. gꝰ sanitas est vel erit bona. Tercia conditio est q si arguitur respectu huius predicati malus q ponat in antecedente q huiusmodi finis nō posset acquiri conuenientius per aliud medium. Defectu cuius non sequitur. fornicatio est mala ergo sanitas acquisita vel acquirenda per talē fornicationem est vel erit mala. quia poterat acquiri per medium conuenientius.

Sciendū est secundo q

consequenter auctor determinat de loco a generatione. primo sic diffiniens generationem Generatio est progressio de non esse ad esse. Et non accipitur ibi progressio pro motu progressiuo animalis. sed accipitur communiter vt idez est q mutatio. Et dicitur de non esse ad esse ad explicādum terminos generationis. Non esse enī est terminus a quo ipsius generationis. et esse est terminus ad quem. Generatio autem accipit dupliciter. Uno modo proprie. s. prout est mutatio de non esse substantie ad esse substantie z sic non accipitur hic. Alio modo accipitur communiter. s. pro omni mutatione de nō esse ad esse. siue substantie siue accidentis. et sic conuenit tam substantijs & accidentibus. z hoc modo accipitur hic. Corruptio autem est progressio de esse ad non ē. Que quidem diffinitio sic exponitur sicut precedens. Unde locus a generatione est habitudo ipsius ad generatuz. Et tenz affirmatiue et negatiue. tam in generatione rei successiue & permanentis. vt bene sequitur. prolatio vocis est bona. ergo vox est bona. Similiter negatiue. prolatio vocis nō est bona. gꝰ vox non est bona. Similiter a generatione rei permanentis ad genitum constructiue respectu horum predicatorum bonum et malum est bōa cōsequentia. patet quia bene sequitur. generatō illius domus est bona. ergo domus est bona. Similiter arguendo destructiue est bona consequētia duz tamen ponatur i consequente copula disiuncta. vt bene sequitur. generatio domus non est bona. gꝰ domus non est vel erit bona. Sz locus a generato ad generationem tenet cōstructiue. vt bene sequitur. ista domus est bōa. ergo generatio eius est vel fuit bona. Et hoc est intelligendum dummō semper ponatur copula disiūcta. Ita q si arguatur a generatione ad generatum in consequente ponatur copula de presenti et de futuro. Sed si arguatur a generato ad generationem quocunqz modo dum tamen in cōsequente ponatur copula disiuncta. scilicet ex p̄senti et preterito est bona consequentia.

Sciendum est tercio q

locus a corruptione est habitudo ipsius ad suū corruptuz. Et tenet affirmatiue z negatiue respectu horum predicatorz bonum et malum suppositis duabus conditionibus. Prima est q si arguatur affirmatiue oportet q antecedens sit affirmatiuuz sic q in eo ponatur bonum. et consequens sit negatiuum sic q in eo ponatur malum. Si autez arguatur negatiue debet eē in mō contrario. Unde vt dicunt aliqui q auctor non intelligit quando arguitur per hunc locum constructiue vel destructiue & arguatur a propositione negatiua. Sz tunc arguitur negatiue cum arguitur a propositione in qua ponitur hoc predicatum malum qđ includit negationem.

Secunda ꝓditio est q si in antecedente sit copula pñtis temporis. in consequente sit copula disiuncta ex presenti z futuro. Sic gꝰ debet argui. corruptio vicij est bona. ergo vicium est vel fuit malum. similiter corruptio latronis est bōa gꝰ latro est vel fuit malus. Locus autez a corrupto eodem mō tenet suppositio q si in ante sit copula pñtis temporis. in cōsequēti sit copula disiuncta ex presenti et futuro. vt sic debet argui. virtus est bona. ergo corruptio virtutis est vel erit mala.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Nō sequitur sanitas est bona. ergo potatio medicinalis est bona. eo q potatio nunc non est. ergo locus ab effectu cause finalis non tenet constructiue. Secūdo arguitur sic. elemosina est bona. ergo furari ꝓpter

elemosinam est bonum. ergo locus a causa finali ad suum effectum non valet. Tercio arguitur sic. Non sequitur latro est malus. ergo gñatio eius est vel fuit mala. quia potest esse q̃ habuit perfectam et optimam generationem. ergo locus a genito ad generationem nõ tenet destructiue. Quarto arguitur sic. non sequitur corruptio christi fuit bona. ergo christus fuit malꝰ ergo locus a corruptione ad corruptum non tenet construictiue.

Ad rationes Ad primaz dicitur q̃ ñ bñ arguitur quia deficit vna predictarum conditionum. sed debet sic argui. sanitas est bona. ergo potatio medicinalis per quã fuit acquisita fuit bona. Ad secundam dicitur q̃ nõ valet consequentia illa eo q̃ furari est mediũ per accidens. Posset etiam dici q̃ nõ tenz eo q̃ elemosina non fit conuenienter per furtum

Ad terciam dicitur q̃ Quis latro possit habere bonam generationez bonitate nature z modi generationis. non tamen bonitate finis. Gñatio enim dicitur bona bonitate finis quando generatum sequitur suum finem ad quem generatio eius ordinatur. sic autem non est de latrone.

Ad quartam dicitur q̃ Quis corruptio christi fuit bona quo ad nos inquantum liberati sumus per eum. tamen fuit mala secundum se. scilicet inquantum destructiua christi. debet autem argui de bonitate rei secũdum se et non per accidens.

Usus vt hic sumitur est operatio rei siue exercicium ipsius. vt equitare est operatio equi. z secare securis. Locus ab vsibus est habitudo ipsius operatiõis ad id cuius est operatio siue vsus. et est constructiuus z destructiuus. Constructiuus sic. equitare est bonũ. ergo equꝰ est bonꝰ. Maxima. Cuius vsus bonus est ipsuz quoq̃ bonum est. Destructiuus sic. occidere hominem malum est. ergo occisor est malꝰ. Maxima. Cuius vsu s est malus. ipm q̃ vsitatum malum est. Econtra est de loco ab vsitato. Communiter accidentia sunt duplicia. quedam enim sunt que aliquãdo se consequuntur et aliquando nõ. vt comptus et adulter z ab his non sumitur locus dialeticus sed sophisticus. Alia sũt quorum vnum semper sequitur ad aliud. vt penitere sequitur ad deliquisse. et ab his sumitur locus dialeticus. Et tenet constructiue et destructiue. Cõstructiue sic. iste penitet. ergo deliquit. Maxima. Si communiter accidentium posterius inest et primum infuit. Destructiue sic. Iste non deliquit. ergo nõ penitet. Maxima. Si communiter accidentiuz prius non inest. et posterius non inerit.

Circa hunc textu notandũ est primo q̃ cõsequẽter auctor noster determinat de loco ab vsibus ad suum vsitatum. ratione cuiꝰ primo diffinit vsum sic. Usus est operatio siue exercicium. et vsitatum est res qua vtimur in nostra operatione. Exemplum primi. sicut equitatio est vsus equi. et sectio est vsus securis. sed equus et securis sunt vsitata. Unde vsus non est aliꝺ q̃ operatio ad quam res ordinata est. Et ipsa procedit a duobus scilicet a beefficiente principali et a re qua vtimur. scz ab instrumento principali agentis. vt secare causatur ab homine secante tã q̃ a principali agente. et a securi tanq̃ ab instrumento eius. Et quia illa operatio immediatius videtur esse ab instrumento eo q̃ per instrumenta fit distinctio operationum vt scriptio distinguitur per calamum. et sectio per securim. ideo arguendo ab vsibus vsus debet comparari ad rẽ qua vtimur et non ad vtentem. Et intelligitur de vsu ad quem res principaliter ordinatur et non generaliter de omni vsu sed soluz de illo qui po

test haberi sine aliquo malo interueniente. Naz non sequitur.panis alienus est bonus.ergo comedere panem alienum est bonum.quia panis alienus non potest comedi nisi interueniente aliquo malo. Unde quia nos vtimur rebus artificialibus et etiam multis naturalibus que fiunt propter nos.ideo sumus quodammõ cause finales illarum rerum. ideo hic locus ab vsu ad vsitatum est quasi idem cuz loco a causa finali ad suum effectũ. Unde locus iste dicitur ab vsibus et non ab vsu.nõ quia semper arguatur p hunc locum a pluribus vsibus. sed qz potest p hunc locum argui a pluribus vsibus simul ad vnum vsitatuz.Sicut arguendo.equitatio ẽ bona.portatio mercantiarum de vna patria in aliam est bona.cultura agri est bona. ergo equus est bonus.ibi arguitur a pluribus vsibus eiusdem rei ad vsitatum Et tenet iste locus cõstructiue et destructiue.z scõm hoc sunt due regule

Prima est a bonitate vsus ad bonitatem rei qua vtimur est bona consequentia.vnde bene sequitur secare est bonum.ergo securis est bona. Maxima.cuius vsus bonus est ipsuz quoqz bonum. Secunda regula est a malicia vsus ad maliciam rei qua vtimur est bona consequentia vt bene sequitur depredari transeuntes est malum.ergo spelunca latronis est mala.Similiter occisio hominis est mala.ergo res qua occidit ẽ mala. Similiter tenet locus ab vsitato ad vsum.z possunt formari due regule similes precedentibus Ex quo patet q isti loci tenent respectu horum predicatorum bonum et malum vel consequentium ad ipsa. Ulterius pz;q in istis locis et in multis precedentibus qui tenẽt respectu istorum predicatorum bonum z malum auctor reputat illa argumenta destructiua in quoz antecedente predicatur iste terminus maluz sine negatione.sicut argumentum est destructiuum peccare est maluz.ergo pena est mala.Illa vero argumenta vocat auctor constructiua in quoz antecedente predicatur iste terminus bonum sine negatione.sicut equitare est bonum. gº equs est bonus.

Scienduz est secundo q

consequenter auctor determinat de locis a communiter accidentibus siue de loco ab vno communiter accidentiuz ad aliud.Et possunt sic diffiniri communiter accidentia. Communiter accidentia sunt illa que se simul concomitantur in eodẽ subiecto.vel quozvnum sequitur aliud in eodem subiecto.Exempluz prime partis sicut albedo z dulcedo in lacte.Exemplum secunde partis vt penitere et deliquisse. Nã deliquisse sequitur ad hoc qõ est penitere. Unde duplicia sunt communiter accidentia. quedam sunt que contingenter sequuntur se in eodem subiecto et non semper.nec vt in pluribus vt magnitudo et fortitudo in eodem homine. Alia sunt que semper se sequuntur et illa sunt duplicia.qz quedaz sunt que conuertibiliter se inuicem consequuntur.et a talibus sumitur locus a substantia qui dicitur a conuertibilibus.et reducitur ad locũ a descriptione ad descriptuz. sicut risibile et flebile in homine.vel in brutis habere duo cornua z habere duos ventres.et nõ habere dentes in superiori mandibula.Aliavero sunt que se inuicez consequuntur.non tamen conuertibiliter sed vt in pluribus.et ab istis sumitur iste locus dialeticus.vt penitere sequitur ad peccasse. Et a cõmuniter accidentibus primo modo captis non caret locus dialeticus sed sophisticus.vt non sequitur.talis errat õ nocte ergo est fur. Unde locus a communiter accidentibus tenet affirmatiue ab inesse posteriozis accidentis ab infuisse priozis.vt bene sequitur iste penitet.ergo peccauit.Sed ab inesse priozis ad inesse posteriozis ñ valet consequentia affirmatiue.vt non sequitur iste peccauit.ergo penitet. Tenet etiam iste locus destructiue a non esse priozis ad nõ esse posteriozis.sed non ecõuerso. vt bene sequitur iste ñ peccauit.gº non penituit. Et maxia istius loci talis est.destructo priore communiter accidentium destruitur et posterius. Sed contra hoc q dicum est q valet locus arguendo affirmatiue a posteriori communiter accidentium ad prius sic arguitur.antecedens illius argumenti iste penituit ergo peccauit.potest esse verum consequente existente falso.ergo consequentia non valet.ã tecedens patet quia christus penituit et tamen ñ peccauit.quia dixit penitz me feciſſe hominez.similiter aliquis penitet qui non peccauit sicut aliquis penitet quare non rapuit pecunias alicuius.ergo predicta consequentia non valet.

Ad hoc respondetur q penitere accipit dupliciter.Uno modo generaliter vt tantum valz sicut habere displicentiam vel modum displicẽtie de aliquo.et sic accipitur penitere in predictis argumentis.eo q deus creauit hominem et propter eius delictum per modum displicentie erga hominem se habuit.quia puniens alium se habet per modum displicentie respectu puniti. Alio modo capitur penitere specialiter vt idem est q penam sumere vel displicentiaz habere de peccato perpetrato et commisso.et sic malus penitet de malo quod fecit.et illo modo deus non penituit Sed dubiũ ẽ an locus ab vno cõiter accẽtiuz ad aliud se habentuz teneat respectu eiusdem copule in antecedente et consequente

Pro quo est aduertenduz q duplicia sunt cõmuniter accidentia.quedam sunt quorum vnuz sequitur aliud pro eodem tempore vt eclipsis lune ad interpositionem diametralẽ terre inter solem et lunam.Alia sunt quorum vnum non cõ

comitatur alterum pro eodez tempore sed in tpe sequenti sicut penitere ad peccasse. Tunc dicitur capiendo communiter accidētia primo modo locus ab vno ad alterz respectu eiusdē copule ceteris similiter se habentibus est bonꝰ. vt bene sequitur terra ē diametraliter posita inter solem et lunaz. ergo eclipsis lune est. Sed si illa cōmuniter accidentia se cōcomitantur secūdo mō tunc contingit frequēter mutare copulam in antecedente z consequente. vt bñ sequitur iste penitet. ergo peccauit. Ulterius est aduertenduz q̄ a pluribus communiter accidētibus rectores iudices et causidici faciūt argumenta ,pbabilia et persuasiua. Sicut homo iste est errabūdus de nocte et facit magnos sumptus nec habet multa bona et qualibet die est ociosus. ergo est fur. hic arguitur a quatuor communiter accidentibꝰ quorum nullum per se sumptum sufficeret facere persuasionem de conclusione. tamē illa quatuor simul sumpta faciunt magnam persuasionem de conclusione.

Sciendum est tercio q̄

determinato de locis intrinsecis nunc restat determinare de quibusdam alijs locis reducibilibus ad diuersos locos et vocantur loci ab antecedente ad consequens vel econuerso. Pro quorum euidentia queritur Utruz locus ab antecedente ad consequens sit locus a concomitātibus substantiam vel non. z si sit ad quem locū predictorum est reducibilis. Ad hoc respōdetur q̄ locus ab antecedēte non est specialis locꝰ sed tot sunt species locorum ab antecedente ad consequens quot sunt argumentorum species quibus contingit ex antecedente inferre consequens. vt sic arguendo. asal rationale esse albū est verum. ergo hominem esse album est verum. ista cōsequentia tenet per locum ab antecedente ad consequens qui est locus a substantia. Similiter arguēdo. sortem esse album est verum. ergo sortem non esse nigrum est verum. ista consequentia tenet per locum ab antecedente ad consequens qui est locus ab oppositis. Et sic debet reduci talis locus ab antecedente ad consequēs ad illum locum per quē tenet consequentia qua arguitur a propositione pro qua supponit dictum antecedentis ad propositionem pro qua supponit dictum consequentis. in qua ꝓsequentia arguitur ab antecedente ad consequens. vt ista cōsequentia. hominem esse album est verum ergo animal esse album est verum. tenet per illū locum per quem tenet ista consequentia. homo est albus. ergo animal est album. scilicet p locū a parte subiectiua ad suum totum. Et dicitur vlterius q̄ locus ab antecedēte ad consequens tenet constructiue respectu horz modorum vez necessarium et possibile. et non respectu illorum falsum et impossibile. Et ratio est quia si antecedens alicuius ꝓñe sit verum necessariuz vel possibile oportz consequens eiusdem consequentie esse verum. sed si antecedens sit falsum vel impossibile non oportet consequens esse falsum vt impossibile. Ex quo patet q̄ tot sunt species locorum ab antecedente ad consequens vel econuerso quot sunt spēs argumentatōnuz in quibꝰ arguitur ab oppositō consequentis ad oppositum antecedentis. Et licet locꝰ a antecedente ad consequens si antecedens et consequens capiantur formaliter sit locus a relatiuis. tamē si capiantur fundamentaliter z pro denominatis scz pro propositōe que habet inferre aliam propositionem vel inferri ab alia propositōe sic locus ab antecedēte ad consequens non est locus a relatiuis. sed habet fieri eo mō quo nūc dcm̄ ē

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Idem est vsus z causa finalis. ergo locus ab vsibus non est distinctus a loco cause finalis. Secundo arguitur sic. nō sequitur. equitare est bonuz. ergo equus claudꝰ vel cecus est bonus. et tamen arguitur per locū ab vsibus. ergo talis locus non est bonus.

Tercio sic arguitur. non sequitur. iste ē cōptus. ergo est adulter. et tñ arguitur per locum a communiter accidentibus. gꝰ talis locꝰ nō valz

Quarto arguitur sic. non sequitur aliquis penitz. ergo peccauit. quia aliquis penitet ex eo q̄ non occidit hominem. et tamen arguitur per predictum locum. ergo talis locus non valet.

Ad rationes. Ad primaz

dicitur q̄ operatio dicitur vsus et finis respectu diuersorum. nam dicitur finis siue causa finalis secundum esse quod habz in intentōe agentis in quantum agens producit rem per modum amati et desiderati. sed dicitur vsus scōm esse reale quod habet extra animan et in executione operis. Ad secundam dicitur q̄ ibi non bene arguitur eo q̄ equitare non est vsus equi claudi ideo debet sic argui. equitare est bonum. ergo equus est bonus. et in alia ꝓña cōmittebatur ,fallacia cōsequentis. Ad terciam dicitur q̄ ibi nō bñ arguitur per locum a communiter accidētibus quia illa accidentia non se inuicem consequuntur necessario nec vt in pluribus. ideo causatur locus sophisticus et nō dialeticus. Ad quartā dicitur q̄ patuit solutio in scōo notabili

Equitur de locis extrinsecis. Quid autez sit locus extrinsecus dictum est priꝰ Locorum autem extrinse

corum alius est ab oppositis.alius a maiori.alius a minori.alius a simili.alius a proportõe alius a transumptione.alius ab auctoritate. Item oppositorum quatuor sunt species.scilicet relatõ.contrarietas.priuatio et contradictio. Relatiue opposita sunt quorum alterum sine altero non potest esse.

Locus a relatiuis est habitudo vnius relatiuorum ad aliud. Et est constructiuus et destructiuus. Cõstructiuus sic.pater est.ergo filius est.et filius ẽ ergo pater est.Maxima.Posito vno relatiuorum necessario ponitur et reliquum.Destructiue sic.pater non est.ergo filius non est.et econuerso.Maxima Remoto vno relatiuorum remouetur et reliquum. Locus vero a relatiue oppositis tenet solum destructiue sic.sortes est pater platonis.ergo non est filius eius. Contrarietas est contrariorum oppositio.vt albi et nigri. Contrariorum quedam sunt mediata.vt albus et nigrũ inter que sunt medij colores. Quedam vero immediata.vt sanum et egrum circa animal.

Locus a contrarijs est habitudo vnius contrariorum ad reliquum. Et tenet constructiue et destructiue.Constructiue sic hoc animal est sanum.ergo nõ est egrum.Maxima.Posito vno contrariorum remouetur et reliquum.Destructiue tenet tãtum in contrarijs immediatis cum constantia subiecti.vt hoc animal non est sanum.ergo est egrum.Maxima.Remoto vno contrariorum immediate oppositorum ponitur reliquum subiecto manente.

Circa hunc textum notandũ est prio q̃ posteq̃ auctor determinauit de locis intrinsecis hic consequenter vult determinare de locis extrinsecis ratio ordinis est quia locus intrinsecus et locus extrinsecus quodam modo opponuntur. et opposita iuxta se posita facilius possunt cognosci ideo post determinatõem de locis intrinsecis auctor determinat de locis extrinsecis. Unde vt prius dictum est locus extrinsecus est quando sumitur argumentum.i.medium ab his que sunt extra substantiam terminorum in questione positorum.id est quando tale medium non conuenit terminis in questione positis secũdum aliquẽ modum essendi in. Et ipsius sunt septem species.s.ab oppositis a maiori vel minori.a simili a proportione.a trnsumptõe.et ab añte.Et quia i loco ab oppositis terminus inferens est magis extra eẽntiam q̃ i alijs.iõ hic determinat õ loco ab oppositis qui diuiditur icõm diuisionẽ oppositorum. Opposita autem sunt quadruplicia. scz relatiua.cõtraria.priuatiua.et cõtradictoria de quibus dictum est in postpredicamentis.

Unde relatiua sunt illa quorum totum esse ẽ ad aliud se habere.Et possunt dupliciter cõsiderari. Uno mõ quo ad conuertentiã que in ipsa requiritur quantum ad esse.et sic ab ipsis sumit locus a relatiuis.Alio? considerãtur quo ad repugnantiam quaz habent inter se.s.ad rẽ simul in eodem subiecto. et sic ab eis sumitur locus a relatiue oppositis. Unde locus a relatiuis ẽ habitudo vnius relatiui ad suum correlatiuum et tenet affirmatiue et negatiue.ad q̃ dãtur due regule.Prima est ab esse vnius relatiui ad eẽ sui correlatiui est bona cõña. vt bñ sequit. pater est. ergo filius est.Scõa regula est.a non esse vnius

relatiui ad non esse alterius est bona consequentia. vt bene sequitur. pater non est. ergo filius nō est. Et fundantur iste regule et iste locus in vna proprietate relatiuorum que est ista. Relatiua posita se ponunt et perempta se perimunt Ex quo sequitur primo q̄ iste locus tenet respectu illius predicati est et non respectu aliorum predicatorum. quia nō sequitur pater est albus. g⁹. filius est albus. Secundo sequitur q̄ nō oportet arguere in his que sunt relatiua denominatiue. nec debēt accipi relatiua pro denominatis ꝫ pro per se significatis. Sed locus a relatiue oppositis est habitudo vnius oppositorum ad reliquum. Et tenet affirmatiue duabus conditionibus obseruatis. Prima est q̄ non arguatur in relatiuis equiparantie. quia non sequitur sortes est similis platoni. ergo sortes nō est similis ei dem. Secūda ꝯditio est q̄ arguatur respectu termini singularis. quare non sequitur sortes ē pater hominis. ergo non est filius hominis. Potest ergo poni talis regula. ab vno relatiue opposito affirmato respectu alicuius ¦non singularis ad sūm oppm relatie negatū de eodez subiecto respectu eiusdem singularis est bona consequentia.

Ex quo sequitur q̄ arguendo per locum a relatiue oppositis est arguere ab affirmatione vnius relatiui de aliquo subiecto ad negationez sui correlatiui oppositi de eodem subiecto. vt sic arguendo. sortes est pater platonis. ergo nō est filius eius. Sed nō tenet negatiue. quia non sequitur. sortes non est pater platonis. ergo sortes ñ est filius eius.

Sciendū est secundo q̄

hic ꝑiter auctor determinat de loco a ꝯrarijs primo diffiniens cōtrarietatem. Contrarietas est repugnantia vel oppositio contrariorum vt repugnantia albi et nigri. Quid autem sint contraria et quot sunt dictum est prius in predicamentis. Unde locus a contrarijs est habitudo vnius contrariorum ad reliquum. Et tenet affirmatiue et negatiue. Et ad arguendum affirmatiue ponitur talis regula. Jn omnibus cōtrarijs tam mediatis ꝙ immediatis ꝙ etiam in his quorum necesse est alterum semper in esse susceptibili ipso existente ab affirmatione vnius de aliquo subiecto ad negationem alterius de eodez subiecto est bona consequētia. vt bene sequitur sortes est albus. ergo non est niger. Maxima. posito vno contrariorum in aliquo subiecto ab eodem remouetur reliquum. Et dicitur iste locꝰ a contrarijs quia potest argui per hunc locum a pluribus contrarijs in antecedente positis.

Et ad arguendum hoc modo ponitur talis regula. Si vnum extremum alterius contrarietatis est verificabile de vno extremo alterius contrarietatis reliquum etiam extremum prime contrarietatis erit verificabile de alio extremo prime contrarietatis. vt si iusticia est virtꝰ iniusticia erit vicium. Et hec consequentia fundatur in ipso termino. Tamen ad debite arguendum per hanc regulam quatuor conditōnes debent obseruari. Prima est q̄ ponatur constantia subiecti consequentis. Secunda est q̄ in antecedente non sit predicatio contigens sed per se. Tercia est q̄ ambo extrema vnius cōtrarietatis non contineantur sub vno extremo alterius. Quarta est q̄ vtrobiq; sit idem genus cōtrarietatis. ſ. extremi ad extremuz vel vnius medij ad aliud medium. Ad debite etiam arguendum affirmatiue ab vno contrariorum ad reliquum oportet obseruare q̄ copula in cōsequenti tenetur precise pro eodem tempore pro quo tenebat in antecedente. sic. ſ. q̄ in consequente connotet plures partes temporis copulatiue et etiaz in antecedente cōnotet precise illas copulatiue.

Sciendum est tercio q̄

ad arguendum negatiue per locum a cōtrarijs ponuntur tres regules. Prima est in contrarijs mediatis a negatione vnius de aliquo subiecto ad affirmationem alterius de eodem subiecto nō valet consequentia. Secunda regula est Jn cōtrarijs immediatis quorum necesse ē alterz inesse subiecto susceptibili ipso existente a negatione vnius de illo subiecto ad affirmationem alterius contrariorum est bona consequentia. Exemplum prime regule. vt nō sequit hō nō est albus. ergo ē niger. Exemplū scōe regule homo est et nō est sanus. ergo est eger. Tercia regula est in contrarijs immediatis ¦quorum nō est necesse alterum semper inesse subiecto ipso existente a negatione vnius ad affirmationem alterius de aliquo subiecto posita constantia subiecti susceptibilis pro tempore pro quo idem subiectum est susceptibile est bona ꝯña. vt bene sequitur sortes est habens vsum rationis et nō ē virtuosus. ergo est vicios⁹. Ex quibus patet q̄ ibi requiruntur tres conditiones ad arguendum Prima est q̄ ponatur constantia subiecti defectu cuius non sequitur equus sortis non est eger ergo ē sanus. quia si equus sortis esset mortuꝰ añs esset verz et consequens falsum. Secūda cōditio est q̄ arguat respectu subiecti apti nati susscipere contraria ideo non sequitur lapis nō est sanus. ergo est eger. qz añs esset verū et consequens falsum. Tercia cōditio ē q̄ ponatur tps determinatū requisitū subiecto ad hoc q̄ sibi inhereat alterz cōtrariorz. quare nō sequit infans non est virtuosus. ergo est vicios⁹ quia non deuenit tempus in quo infans debz esse virtuosus vel vicios⁹.

Sed contra predicta ar

guitur. Primo sic. In oñi loco dialetico terminꝰ inferẽs habet icludi i termino illato. sed vnũ oppositorum nõ includitur in alio cum vnuꝫ dicat negatõez alterius. ergo ab oppositis non sumitur locus dialeticus. Secũdo arguitur sic. Nõ sequitur sortes fuit albus. ergo sortes nõ fuit niger. ⁊ tñ arguitur cõstructiue a cõtrarijs mediatis. ergo talis locus nõ valet. Tercio arguitur sic. Maius ⁊ minus sunt relatiua. ergo locus a maiori ad minꝰ et ecõtra est locus a relatiuis. similiter añs et ꝓñs sunt relatiua ꝫ omnis locus est habitudo añtis ad ꝓñs. ergo omnis locus est a relatiuis. Quarto arguitur sic possibile est idem pro eodẽ tempore precise ⁊ adequate simul esse album et nigrum. ergo ñ sequit̃ per locum a cõtrarijs hoc est album. ergo nõ est nigruꝫ. añs patet posito ꝙ pro media parte scutum sit album et pro alia parte nigrum tũc idez simul est album et nigrum. ergo locus a contrarijs non tenet affirmatiue.

Ad rationes. Ad primã

dicitur ꝙ q̃uis vnum oppositorum nõ existat i reliquo. tñ habet virtutem inferẽdi aliud cuꝫ affirmatio vnius sit negatio alterius. nõ autem requiritur in oñi loco dialetico terminum illatuꝫ esse in termino inferẽte vel ecõtra secũdum existẽtiam vel essentiam. sed sufficit ꝙ sit in eo secũdum virtutem inferẽdi. Ad secũdam dicit̃ ꝙ locus a cõtrarijs nõ tenet nisi i propositiõibꝰ de ic̃sse et de ꝓñti et nõ in propositiõibus de preterito et futuro. nec etiaꝫ i propositiõibus modalibus modo argumẽtum fiebat i propõibus de preterito. Ad terciaꝫ dicitur ꝙ maius ⁊ minus añs et ꝓñs pro per se significatis sunt relatiua et ab ipsis sumitur locus a relatiuis. Alio modo accipiũtur pro denomiatis et sic ab eis ñ sumitur locus a relatiuis sed a maiori ad minꝰ.

Ad quartã dicitur ꝙ admittitur casus argumẽti et trãseant premisse ⁊ distiguitur ꝓñs vbi et ꝓñgit inter termios. et sic ꝓñs est vex. vel inter propositiões et sic est falsum. etvltra dicũt aliqui ꝙ nõ oñe corpus termiatum est coloratuꝫ sed est coloratum vel colorata. modo scutuꝫ illo casu posito est colorata quia est sue medietates que sunt colorate.

Que autem sunt priuatiue opposita dictum est prius.

Locus a priuatiue oppositis est habitudo priuatõnis ad habitum. vel habitus ad priuationem. Et tenet constructiue. vt iste est videns. ergo nõ est cecus. vel est cecus. ergo nõ est videns. Maxima. Posito vno priuatiue oppositorum circa aliquod subiectum ab eodem remouetur reliquum. Destructiue non tenet nisi cum constantia subiecti et cum tempore determinato a natura. Catulus enim non dicitur videns neq; cecus ante nouem dies. ⁊ puer nõ dicitur edentulus ante tempus determinatum a natura. Cõtradictio est oppositio cuius secundum se non est dare mediũ

Locus a cõtradictorie oppositis est habitudo vnius contradictorie oppositorum ad reliquum. vt sortem sedere est verum. ergo sortez non sedere est falsum. Maxima. Si vnum cõtradictoriorum est verꝫ reliquuꝫ erit falsum.

Circa hũc textum notãduꝫ est primo ꝙ hic ꝓñter auctor determiat de loco a priuatiue oppositis. i. ab vno priuatiue oppositorum ad reliquum. Uñ priuatiue opposita sunt quorũ vnum implicat alterum cum negatõe priuãte ⁊ ñ cum negatõe negãte. Et diffinitio priuatiue oppositorum proprie acceptorum habita est i post predicamentis. Sed priuatiue opposita communiter accepta sic ꝓ̃t diffiniri. ꝙ sunt illa quorum vnum includit negatõem alterius cum aptitudine ad ipm. Et potest dupliciter sumi argumẽtum in priuatiue oppositis. Uno modo ꝙ arguatur a pluribus terminis i añte positis ad alium terminuꝫ in ꝓñte positum eis priuatiue oppositum. vt videns est sensiẽs. ergo cecus est sensu visus priuatus. Et locus per quez tenet talis ꝓñs proprie vocatur locus a priuatiue oppositi et de tali loco auctor nõ facit mentionem ꝫ ar-

ſtoteles determinat de eo ſecundo thopicorum. Secundo modo poteſt ſumi argumentum ab vno termino in antecedente ad aliuꝫ in cõſequente ſibi priuatiue oppoſitum. vt ſortes eſt cecus. ergo ſortes non eſt videns. et locus ꝓprie p quẽ tenet talis conſequentia denominatur locus ab vno priuatiue oppoſitorum ad reliquum. Unde ad arguendum per locum a priuatiue oppoſitis ponuntur due regule. Prima eſt ꝙ ab affirmatione vnius priuatiue oppoſitorum de aliquo ſubiecto ad negationem alterius vl̃r de eodem eſt bona conſequentia. Secũda regula ẽ a negatione vnius priuatiue oppoſitorum de aliquo ſubiecto ad affirmationem alterius de eodem poſita conſtantia ſubiecti ſuſceptibilis pro determinato tẽpore a natura eſt bona cõſequentia. Ex quo ſequitur ꝙ arguẽdo negatiue tres conditiones requiruntur. Prima eſt ꝙ ponat cõſtantia ſubiecti. Secunda eſt ꝙ illud ſubiectũ ſit ſuſceptibile habitus. Tercia eſt ꝙ ſit tempus determinatum a natura. vt bene ſequitur iſte catulus eſt nouem dierum et non eſt videns. ergo eſt cecus. Arguitur etiam vt dictum eſt per hũc locum a pluribus priuatiue oppoſitis in antecedente. pro quo ponitur talis regula. Si vnuꝫ extremum vnius propoſitionis priuatiue eſt verificabile de vno extremo alterius propoſitionis etiam alterum priuatiue oppoſitum erit verificabile de altero extremo. vt bene ſequitur. videns eſt ſentiens. ergo cecus eſt ſenſu viſus priuatus

Et ad arguendum per hanc regulam tres cõditiones requiruntur. Prima eſt ꝙ ponatur conſtantia ſubiecti conſequentis. Secunda eſt ꝙ nõ arguatur in propoſitionibus de materia contingenti. Tercia eſt ꝙ priuatio ſuperioris habitus reſtringatur per habitum inferioris priuationis ideo hec conſequentia non eſt bona. oñe tangibile eſt ſenſibile. ergo oñe intangibile eſt inſenſibile. ſed debet ſic argui. omne tangibile eſt ſenſibile. ergo omne intangibile eſt inſenſile ſenſu tactus. Obſeruandum eſt etiam ꝙ verbũ pro eodem tempore preciſe teneatur in antecedẽte et conſequente

Sciendum eſt ſecundo ꝙ

hic cõſequenter auctor determinat de loco a cõtradictorijs. ratõne cuius cõtradictionem primo ſic diffinit. Contradictio eſt oppoſitio cuiꝰ ſecundum ſe non eſt dare medium. Et hoc intelligẽdum eſt tam de medio per abnegatiõem ꝙ de medio per participatõem. Et ratio eſt quia ꝯtradictio eſt repugnãtia cõtradictorium. ſi in cõtradictorijs vnum eſt ens et alterꝫ nõ ẽs ſimpliciter. ſed inter ens et non ens nõ poteſt dari medium. ergo ꝛc. Sed aduertendum eſt ꝙ duplex eſt cõtradictio. quedam propoſitionum de qua ſatis viſum eſt in primo tractatu. Alia eſt cõtradictio terminorum de qua ſatis viſum eſt ꝓpoſtpredicamentis. vt ſedet et nõ ſedet. et ſcõm vtrãq; ꝯtradictõem poteſt ſumi locus dialeticus. ſi in ꝯtradictiõe propoſitionũ oportet arguere reſpectu iſtorum predicatorioꝝ verum et falſum. In alia autem oportꝫ arguere ab affirmatiõe vnius cõtradictorum ad negatõem alteriꝰ de aliquo ſubiecto et econtra. Locus autem a ꝯtradictorijs eſt habitudo vnius cõtradictoriorum ad reliquum. et tenet affirmatiue et negatiue ponẽdo ꝯtradictorium a parte predicati t non a pte ſubiecti Et ad arguendum affirmatiue ponitur talis regula. ab affirmatione vnius contradictorie oppoſitorum de aliquo ſubiecto ad negationem alterius de eodem eſt bona conſequẽtia. vt bene ſequitur ſortes eſt albus. ergo ſortes nõ eſt nõ albꝰ. Addũt tñ aliqui adhuc duas ꝓditiões ad hoc ꝙ debite arguatur per hanc regulam. Prima eſt ꝙ alterum extremorum propoſitiõis nõ ſit terminus obliquus. nõ enim ſequit. ſortis eſt aſinus. ergo ſortis nõ eſt nõ aſinus. Secũda eſt ꝙ arguatur in propoſitiõibus de pñti. defectu cuius non ſequitur ſortes fuit albus ergo ſortes nõ fuit nõ albus. Poſſꝫ tñ dici ꝙ in omnibus taꝫ de preſenti ꝙ de aliꝭ temporibus arguendo per predictam regulam eſt bona conſequentia. dum tamen termini ꝯtradictorij ſint totalia predicata et ꝙ copula teneatur eodẽ modo in vna ſicut in alia.

Sciendum eſt tercio ꝙ

ad arguẽndum per hunc locum negatiue ponit talis regula. A negatiõe vnius cõtradictoriorũ de aliquo ſubiecto ad affirmationem alterius ẽ eodem eſt bona conſequentia. vt bene ſequit ſortes nõ eſt albus. ergo ſortes eſt nõ albus. Et hec rẽa tenz vniuerſaliter ſi termini ꝯtradictorij ſint totalia predicata ſic ꝙ negatio faciens terminũ infinitum addatur toti extremo et non ſoluꝫ vni parti ipſius extremi. Et hec regula datur de contradictorijs terminorum. Et ponitur hec maxima de ipſis. De quolibꝫ verificatur alteruꝫ cõtradictoriorum et de nullo ambo ſimul. vel ſic. de quocunqꝫ affirmatur vnum contradictoriorꝫ de eodem remouetur et reliquum. De contradictorijs autem propoſitionum ponuntur aliq̃ regule. Prima eſt a veritate vnius contradictoriarum ad falſitatem alterius et econtra eſt bona conſequentia. vt bene ſequitur ſortem currere eſt verum. ergo ſortem non currere eſt falſum Secunda regula eſt a neceſſitate vnius contradictorie ad poſſibilitatem alterius eſt bona conſequentia. Unde aduertendum ꝙ in iſtis oppoſitis duplex eſt cõſequentia. ſcilicet cõſequentia econtrario et conſequentia in ipſo. et vtraqꝫ iterꝫ diuiditur quia quedam eſt econtrario terminorꝫ alia eſt propoſitionum. et ſimiliter quedam eſt i

ipso terminorum alia est in ipso propositionuꝫ. Consequentia autem in ipso terminorum ē quā do in antecedente predicatum dicitur de subiecto et in consequente oppositum predicati dicitur de oppsito subiecti eodeꝫ ordine seruato in consequente sicut in antecedente. vt visus ē sensus.ergo cecitas est insensibilitas. Sed conseqn tia econtraria terminorum est in qua predicatū dicitur de subiecto in antecedente et oppositus subiecti dicitur de oppsito predicati in consequente. Sed consequentia in ipso propositionū est illa in qua antecedens infert consequens et oppositum antecedentis infert oppositum consequentis. vt triplex est multiplex. ergo subtriplū est submultiplex. Et ꝯsequentia econtrario propositionum est in qua antecedens infert consequens et ordine transmutato in illa oppositū consequentis infert oppositum antecedentis.

Et differunt due prime scilicet consequētie terminorum a consequentijs propositionum qꝛ due prime sunt simplices ꝛ secunde sunt compossite. Secundo differunt ex alia parte quia consequentia in ipso tenet per istam regulam. si oppositum in oppsito propositum in proposito. Sꝫ consequentia econtraria tenet per hanc regulaꝫ consequentiarum. In omni bona consequentia ex oppsito contradictorio consequentis infertur oppositum antecedentis. Unde ad hoc ꝙ ꝯña in ipso valeat in ꝯrarijs tres conditōes requiruntur. Prima est ꝙ arguatur in predicatis per se. ideo non sequitur albuꝫ est dulce. ergo nigrum est amaruꝫ. Secunda conditio est ꝙ arguatur secundum idem genus oppositionis. ideo non sequitur. album est coloratum. ergo nigruꝫ est non coloratum. quia album et nigrum opponuntur contrarie et coloratum et non coloratuꝫ contradictorie. Tercia est ꝙ ambo extrema vniꝰ contrarietatis non contineantur sub extremo alterius. ideo non sequitur prodigalitas est viciū ergo liberalitas est virtus. Sed consequentia in ipso non valet in contradictorijs nisi gratia materie. quia non sequitur homo est animal. ergo nō homo est non animal. quia antecedēs potest esse verum consequente existente falso. sed bene valet in terminis conuertibilibus et hoc gratia materie. vt homo est risibilis. ergo non homo ē non risibilis. Sed consequentia econtrario terminorum et propositionum tenet in contradictorijs sed non tenet in contrarijs formaliter. Prima pars patet quia bene sequitur homo est animal. ergo non homo est non animal. nec in simili modo arguendi est dabilis instantia. Item patet per illam regulam. Omnis illa consequentia est bona ex qua ex oppsito cōtradictorio cōsequentis infertur oppositum antecedentis. sed sic est in consequentia econtrario. Seruanda est tamen conditio. scilicet ꝙ arguatur secunduꝫ ꝙ valet conuersio per contrapositionem et non aliter et hoc in consequentia econtrario terminorum quare non sequitur. Nullus homo est asinꝰ ergo nullus asinus est nō homo. quia prima est vera et secūda falsa. et vniuersalis negatiua nō conuertitur per contrapositionem. sed bene particularis. Secunda pars patet quia soluꝫ valet in contrarijs que se habent per modum totius partis integralis. vt bene sequitur cacochimia est mala dispositio et ad intra ꝛ ad extra. ergo euchimius est bona dispositio ad intra et ad extra. Et dicitur ab eu quod est bonū et chimos humor quasi bonus humor. Et cacochimia dicit a cacos qō est maluꝫ ꝛ chimos humor quasi malus humor. Sed consequentia in ipso terminorum valet in priuatiue oppositis et non consequentia econtrario. et hoc aliquibus conditionibus obseruatis. Prima est posita constantia subiecti. Secunda est ꝙ arguatur in predicatis per se. Tercia est ꝙ priuatio habitus superioris restringatur per habitum inferioris priuatōnis Ideo non sequitur videns est sentiens. ergo cecus est insensibilis sed bene sequitur. ergo cecus est insensibilis secundum visum. Similiter consequentia in ipso propositionum tenet in priuatiue oppositis vltima conditione obseruata quia bene sequitur. si aliquid est tangibile illud est sensibile. ergo si aliquid est intangibile illud est insensibile sensu tactus. Sed consequentia econtrario non valet in istis nisi gratia materie.

Valet etiam consequentia in ipso terminorum in relatiue oppositis quatuor conditōnibꝰ obseruatis. scilicet ꝙ ponatur constantia subiecti consequentis. et ꝙ arguatur in predicatis per se etiam ꝙ ambo extrema vnius oppositiōis nō contineantur sub vno membro alterius. et etiaꝫ ꝙ arguatur in relatiuis secundum esse. et eodeꝫ modo dicatur de consequentia propositionum. Sed consequentia econtrario tam terminorum ꝙ propositionum non valet in ipsis nisi gratia materie.

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. Demonstrato homine dormiēte non sequitur iste homo est et non est videns. ergo est cecus. et tamen arguitur per locuꝫ a priuatiue oppositis. ergo talis locus non valet.

Secundo arguitur sic. inter esse et non esse que sunt contradictoria mediat relatio scilicꝫ contradictio. ergo male dicitur ꝙ inter contradictoria non est dare medium. Tercio arguitur sic. consequens est in plus ꝙ antecedens ergo oppositū ꝑsequētis est in plus ꝙ oppositū añtis. ꝛ sic nō valꝫ ꝯña econtrario in ꝯtradictorijs. Quarto arguitur sic. sicut affirmatio ē

ausa affirmationis ita negatio est causa negationis ex primo posteriorum. ergo si antecedens affirmatiuum inferat consequens affirmatiuum ita etiam contradictorium consequentis. ergo cõsequentia in ipso valet in contradictorijs.

Ad rationes. Ad primã dicitur q videns accipitur dupliciter. Uno modo vt dicit habitum videndi et sic consequentia illa est bona sed antecedens est falsum sicut z cõsequens. Alio modo accipitur vt dicit actum videndi et sic consequentia non valz nec arguitur per locum a priuatiue oppositis quia vidẽs hoc mõ acceptum nõ opponitur ceco. Ultra posset dici q illa ꝓsequentia non tenet eo q hõ nõ est susceptibilis visus pro tempore quo dormit.

Ad secundam dicitur q quanuis inter cõtradictoria mediat relatio que est respectiuum nõ tamen inter ipsa mediat ens absolutum neqz p abnegationem neqz per participationem. Ultra posset dici q talis relatio est ens rationis. et intelligitur in diffinitione contradictionis q non sit dare medium quod sit ens reale. Ad terciam dicitur negando consequentiam. quia ex quo cõsequens est communius antecedente suum contradictorium est minus commune q contradictorium antecedentis quia de paucioribus dicitur. Ad quartam negetur consequentia quia illa auctoritas solum intelligitur de terminis conuertibilibus.

Sunt autem alia opposita que dicũtur disparata que nõ sunt opposita secundum aliqõ genus predicte oppositionis. sed sunt diuersa. vt homo et asinus. Et a talibus sumitur sic argumentum. sortes est homo. ergo non est asinus. Maxima. De quo cunq dicitur vnum disparatorum abstractiue ab illo eodem remouetur et reliquũ Dicitur notanter abstractiue quia si concretiue sumerentur tunc non sequeretur: quia non sequitur. hoc est album. ergo nõ est quantum. sed bene sequitur hoc est albedo. ergo non ẽ quãtitas. Maius vt hic sumitur est quod supponitur alicui in potentia et virtute. Minus est quod ei supponitur.

Locus a maiori est habitudo ipsius maioris ad minus Et est semper destructiuus. vt rex nõ potest expugnare castrũ ergo nec miles. Maxima si id quod magis videtur ineſſe nõ ineſt nec id quod minus videtur ineſſe inerit. Locus a minori est habitudo minoris ad maius. Et est semper constructiuus. vt miles potest expugnare castrum. ergo et rex. Maxima. Si illud quod minus videtur ineſſe ineſt et id quod magis videtur ineſſe inerit. Similitudo est rerum differentiuz eadem qualitas. Locus a simili est habitudo vnius similium ad reliquum. Et tenet constructiue z destructiue. Constructiue sic. sicut risibile ineſt homini. ita hinnibile ineſt equo. sed risibile ineſt homini vt proprium. ergo hinnibile ineſt equo vt proprium. Maxima. De similibus idem est iudicium.

Destructine sic. sicut risibile in est homini ita hinnibile ineſt equo. sed risibile non ineſt homi nivt genus. ergo nec hinnibile ineſt equo vt genus. Maxima. De similibus idem est iudiciuz

Circa hunc textum notandum est primo q̄ hic consequenter autor determinat de locis a disparatis dicens q̄ disparata dicuntur illa que adinuicem aliquo modo opponuntur non ali qua oppositione predictarum. Illa enim dicun tur disparata que de se mutuo predicari nō pos sunt et sunt duplicia. quia quedam sunt substan tialia. vt homo et equus. Alia sunt accidenta lia. vt albedo nigredo. Locus a disparatis est habitudo vnius disparatoz ad reliquuz et tenet affirmatiue tm̄. Et ad arguendum p̄ hūc locū ponuntur alique regule. Prima est q̄ in dis paratis substantialib⁹ tā abstract⁹ q̄ concretis ab affirmatione vnius de aliquo subiecto ad nega tionem alterius de eodem est bona consequentia Illa enim dicuntur disparata que sunt diuersa generavel in diuersis generibus. vt sicut substā tia qualitas quantitas vel diuerse aut in diuer sis generibus. Ex quibus sequitur primo. q̄ arguendo in terminis disparatis accidentali bus in concreto sumptis non tenet consequen tia per hunc locum. vt non sequitur. album est dulce. ergo album non est amarum. Secundo se quitur q̄ valet consequentia per hunc locuz ar guendo negatiue. quia non sequitur. brunellus nō est homo. ergo brunellus est asinus. Tercio sequitur q̄ arguendo per hunc locum disparata debent poni a parte predicati nisi predicatuz qō predicaretur de ipsis esset terminus singu laris. Unde locus a disparatis habz redu ci ad locum a contrarijs. tamen disparata diffe runt ab ipsis contrarijs in hoc q̄ ipsa disparata nunq̄ possunt predicari de eodez subiecto sic cessiue. conueniunt tm̄ in hoc q̄ sicut ꝓtraria nō predicantur de eodē simul et semel sic nec dispa rata. Sequitur quarto q̄ in locis a disparatis i terminis accidentalibus in abstracto sumptis ab affirmatione vnius de aliquo subiecto ad ne gationem alterius de eodem valet consequentia vt bene sequitur. homo est albedo. ergo non est nigredo.

Scienduz est secundo q̄ hic consequēter autor determinat de loco a ma iori z etiam a minori primo sic diffiniens maius

Maius est quod superponitur alteri in potē tia et invirtute. vt rex superponitur militi. Min⁹ vero est quod supponit alteri in potentia et vir tute. vt miles supponitur regi. Maius autem et minus accipuntur quadrupliciter. Primo mo do aliquid dicitur maius aut minus secundum quantitatem. vt centum libre sunt maioris quan titatis q̄ decem. Secundo modo dicitur maius qō habet fieri difficilius. vt debellare ciuitatem est magis q̄ debellare castruz. Tercio accipitur maius pro illo quod excedit alteruz in potentia vel virtute. et minus pro eo quod excediturab altero. Et hoc dupliciter. Uno modo accipitur maius proprie pro eo quod supraponitur alteri vt rex quantum ad aliquid superponitur militi et econtra de minori. Alio modo dicitur maius quod excedit alterum in potentia vel virtute q̄ tum ad verificationem locutionis eo q̄ ipsum magis videtur ineſſe q̄ aliud. et econtra accipi tur minus. Et secundum hunc modum generali ter illud est maius quod facilius ineſt. illud ve ro minus quod difficilius. Et hoc modo accipi endo maius et minus intelliguntur maxime po site in textu. Unde locus a maiori est habi tudo maioris ad minus. Et tenet negatiue tan tum. vt bene sequitur rex non potest debellare castruz. ergo nec miles. Maxima. Si illud quod magis videtur ineſſe nō ineſt nec illud quod mi nus. Et ad arguendum per hunc locum ponuntur due regule. Prima est a non meſſe ma ioris ad non meſſe minoris est bona consequen tia. vt bene sequitur rex non potest debellare ca strum. ergo nec miles ponendo maius et minus a parte subiecti. Sed a non meſſe minoris ad nō meſſe maioris valet consequentia. si maius et minus ponantur a parte predicati. vt bene se quitur rex non potest debellare castruz. ergo nec ciuitatem. Secuda est ab meſſe minoris ad meſſe maioris subiciēdo maius et minus est bo na consequentia. vt bñ sequitur miles potest de bellare castrum. ergo rex. Ex quo sequitur q̄ arguendo a maiori ad minus accipiendo ma ius et minus primo aut secundo modo arguen dum est econtrario eo q̄ illud quod est maius se cundum aliquem illorum modorum est minus secundum quartum et minus videtur ineſſe. Et econtra illud quod est minus secundum aliquē illorum modorum maius videtur ineſſe. Secū do sequitur q̄ secundum hunc modum triplici ter potest argui. Uno modo comparando vnuz predicatum pluribus subiectis. Alio modo cō parādo ꝑdicata pluravni subiecto. Tercio⁹ cō pārdo pla ꝑdicata plib⁹ subiectis. Et possz argui

scom hunc scom modum a maiori ad minus. pro quo ponuntur due regule. Prima est ab affirmatione alicuius de minori in potentia ad affirmationem eiusdem de maiori est bona consequentia. vt bene sequitur. miles potest debellare castrum. ergo rex. Secunda est. a negatione alicuius de maiori in potentia ad negationem eiusdē de minori est bona consequentia. vt bene sequitur. rex non potest debellare ciuitatem. ergo nec miles. Et semper debet argui quo ad proprietates in quibus maius excedit minus. Sed locus a minori ad maius est habitudo ipsius minoris ad maius. et tenet constructiue si arguatur respectu illius in quo maius excedit minus. vt bene sequitur. miles potest debellare ciuitatem. ergo rex. Maxima. Si illud quod minus videtur inesse inest et illud quod magis. Et per hanc regulam confirmant aliqui logici hanc regulam. Ad impossibile sequitur qlibet. et similiter hāc Necessarium sequitur ad quodlibet. eo q minus videtur q impossibile sit verum q quodcunq; aliud. Ideo si impossibile sit verum quodlibet erit verum. similiter magis videtur q necessarium sit verum q quodcunq; aliud. Ideo si quodcūq; aliud sit verum necessarium erit verum.

Sciendum est tercio q

similitudo est rerum differentiū eadem qualitas et nō sufficit ad similitudinē idēptitas in gne qr si sic album et nigrum essent similia cum conueniant in eadē qualitate gnica. nec requiritur q sit eadem qualitas in numero quia accidens variatur secundum variationem sui subiecti. ita q est aliud accidens numeraliter in vno supposito et aliud in alio. sed requiritur eadē qualitas in specie. Et isto modo duo alba dicerentur similia Et nō capitur hic similitudo proprie prout capitur in predicamento qualitatis. sed capitur generaliter pro similtudine seu conuenientia tam essentiali q accidentali. Et intelligitur sic diffinitio precedens. Similitudo est rerum differentiuz eadem qualitas. idest similitudo est relatio que habet pro fundamēto et termino qualitates numero differentes. Unde locus a simili est habitudo vnius similium ad reliquum. et tenet cōstructiue et destructiue. cōstructiue sic. sicut animal inest homini ita inest equo. sed animal inest homini vt gen⁹. g⁹ aial inest equo vt gen⁹. Maxima. De similibus simile est iudicium. Destructiue sic. sortes nō est hinnibilis. ergo plato nō est hinnibilis. Maxima. Quicquid removet ab vno similium ea parte qua similia sunt remouetur a reliquo. Unde secundum q vult aristoteles similitudo in proposito nihil aliud est q equalis apparētia siue similis qua vnum predicatum insit alicui subiecto qualis est apparentia q aliud insit alteri subiecto sicut illa duo predicata risibile et hinnibile respectu hois et equi.

Et ita patet q similitudo in proposito nihil aliud est q predicatum quo equaliter siue similiter videtur inesse suo subiecto sicut alterum videtur inesse suo subiecto.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Opposita opponuntur aliquo genere oppositōis. sed disparata sūt opposita. ergo opponuntur aliquo genere oppositionis. Secundo arguitur sic. Non sequitur deus non potest peccare. ergo sortes non potest peccare. et tamen arguitur per locum a maiori ad minus negatiue. ergo sequitur q talis locus non valet. Tercio arguitur sic. Non sequitur sortes potest portare decem libras. ergo potest portare centum. et tamen arguitur per locuz a minori ad maius affirmatiue. ergo talis consequentia non valet. Quarto arguitur sic. Nō sequitur rex non potest bibere potum vini. ergo neq; miles. et tamen arguitur per locum a maiori ad minus negatiue. ergo talis consequentia non volet. Quinto sic arguitur Non sequitur. sicut oculus inest corpori ita intellectus anime. sed oculus inest corpori vt pars integralis. ergo etiam intellectus inest anime vt pars integralis.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q quamuis omnia opposita opponantur formaliter aliquo genere oppositionis. non tñ ea q̄ opposita sunt virtualiter cuiusmodi sūt disparata. Ad secundam dicitur q ibi non arguitur a maiori ad minus. quia maius puta deus non excedit minus puta hominem in illa proprietate que est non peccare. neq; quantū ad verificationem locutionis. quia suum oppositū scilicet peccare nullo modo potest cōuenire deo

Ad terciam dicitur q ibi non arguitur a minori ad maius secundum verificationem locutionis sed arguitur a maiore secundum quantitatem ad minus affirmatiue. quia portare decem libras magis videtur cōuenire alicui q portare centum. Ad quartam dicitur q ibi nō arguitur a maiori ad minus quo ad proprietates in quibus maius excedit minus. Ad quintam dicitur q ibi nō arguitur ea parte qua sunt similia sed ea parte qua sunt distincta. intellectus enim et oculus conueniunt in hoc q vterq; est pars. sed differūt quia oculus est pars integralis corporis. intellectus vero pars potestatiua anime.

Proportio est rerum differē

tium eadem habitudo. Locus a proportiõe est habitudo vnius proportionabiliuz ad reliquum. vt sicut se habet rector nauis ad nauez. ita se habet rector scolariuz ad scolas. sed in naui regenda eligendus est rector non sorte sed arte. ergo in scolis regendis eligendus ẽ rector non sorte sed arte. Maxima. De proportionabilib9 idẽ est iudicium. Differt autem iste loc9 a loco a simili. quia in loco a simili sumitur comparatio secundum similitudinem inherẽtie. vt sicut risibile inest homini ita hinnibile inest equo. In loco autem a proportione non attẽditur similitudo inherentie sed comparatio habitudinis. vt sicut se habz rector nauis ad nauem ita se habet rector scolariuz ad scolas. Trãsumptio est duplex. Quedam enim est quando dictio vel oratio vnum significans transumitur ad significandum aliud pp ter similitudinem aliquam in eis repertam. vt hec dictio ridere transumitur ad significãduz florere cum dicatur pratum ridet. Similiter oratio transumitur cuz dr littus aratur. idest opera perditur sicut solz dici cũ quis in vanum laborat. Et hec transumptõ pertinet ad sophisticum. Alia est quando nomẽ magis notum sumitur pro nomine minus noto. vt si debeat probari q9 philosophus nõ inuidet et fiat transũptio ad hoc nomen sapiens. et ista transũptio pertinet ad dialeticum.

Locus a transumptione est habitudo transumptionis ad transumptum. vt sapiens non inuidet. ergo philosophus non inuidet. Maxima. Quicquid alicui conuenit sub nomine magis noto eidem cõuenit sub nomine minus noto. Differt autez iste locus a loco a nominis interpretatione. quia in loco a nominis interpretatõne accipitur diffinitio siue expositio nominis. vt si exponatur hoc nomen philosophus per hoc q9 ẽ amator sapientie. In loco autem a transumptione nõ accipitur expositio siue descriptio nominis. sz pro vno noie min9 noto accipit̃ aliud nom̃ magis notum per qõ faciliter potest probari propositum. Auctoritas vt hic sumitur est iudicium sapiẽtis in sua scientia. Unde iste loc9 solet denominari a rei iudicio. Loc9 ab auctoritate

est habitudo auctoritatis ad illud quod per eam probatur. Et tenet constructiue solum. vt astronomus dicit celum esse volubile. Maxima. Unicuiq; experto in sua sciẽtia credendũ ẽ

Circa hunc textum notandũ est primo q̃ cõsequenter auctor determiat d̃ loco a proportõe ipsam sic diffiniens. Proportio est rex differentium eadem vel similis habitudo. In qua diffinitione ponitur habitudo loco generis. et ponitur similis siue eadem. qr omnis proportio seu proportõabilitas est similitudo partiz differentiz

Unde locus a proportiõe est habitudo vnius proportõis ad aliam proportõez sibi similem et magis proprie diceretur locus a proportõabilitate q̃ a proportione. Ex quo sequitur q̃ in tali loco debent esse quatuor termini quorum duo cõparantur ex vna parte et alij duo ex alia parte. Et significat in maiore q̃ talis est hitudo primi ad scõm qualis est tercij ad quartiz. Locus autẽ a proportõe tenet affirmatiue et negatiue arguẽdo scõm illud scõm qd̃ est ꝓportio siue similitudo. Et tenet iste locus magis ꝓprie in terminis significantibus excessum. ideo ad arguẽduz i illis ponũtur due regule. Prima est qñ sũt aliq̃ que ꝓportionant sic admicẽ q̃ primũ excedit secũdũ tũc q̃to primus excedit scõm tãto tercũ excedit q̃rtũ. vt sicut se hñt sex ad tria. ita se hñt nouẽ ad sex. sed sex excedũt tria in tribus. g9 noues excedũt sex in tribus. Scõa regula est si aliqua ꝓportionantur admicem et primuz non excedat scõm ꝓportõe data nec terciuz in eadez proportõne quartuz excedet. vt sicut se hñt duo decim ad sex ita octo ad quatuor. sed duodecim nõ excedunt sex in proportione tripla. ergo octo nõ excedũt quatuor in proportõne tripla. Et debent iste regule intelligi de excessu eiusdem ꝓportionis et non eiusdez quantitatis. Unde ꝓportõ ab euclide quinto libro sic diffinit Proportõ ẽ duaꝝ q̃titatum quantecunqz sint eiusdez gẽris alterius ad alteraz certa habitudo. Et ponit duarum quantitatũ. quia ꝓportio primo reperitur inter quãtitates cuz nõ sit nisi quedã habitudo scõm quã vnum d̃ altero magis vel minus eq̃le. Et ita triplex est proportõ. Quedam est maioritatis sicut ꝓportio dupli ad dimidiuz. Alia est proportio minoritatis sicut dimidij ad dupluz Alia est equalitatis sicut est proportio dupli ad duplum. Et non solũ reperitur proportio in quãtitate sz etiã in ponderib9. potentijs. z sonis. Qz in sonis satis patet in musica. et q̃ in potentijs clarum est in philosophia naturali. et q̃ in ponderibus sit proportio patet in libro de ponderibus. Postremo ponitur eiusdem generis quia linea est proportionalis alteri linee et vna superficies alteri superficiei. Sed proportionalitas est similitudo vnius proportionis ad aliã Et locus qui vocatur a transmutata proportõe fundatur in loco eo q̃ ad hoc q̃ arguatur a trãsmutata proportione oportet q̃ consequens sit simile antecedenti loci a proportione. et deide oportet comparare primum ad tercium et secundũ ad quartũ. vt sic arguendo. sicut se hẽnt sex ad tria ita quatuor ad duo. ergo per locuz a trãsmutata proportione sicut se habent sex ad quatuor ita se habent tria ad duo. sed sex excedunt quatuor i tercia parte. g9 tria excedũt duo i tercia pte. Et iste loc9 proprie tenet in terminis iportantibus quantitatem. Unde loc9 a simili et a proportione differunt sicut superius et inferius quia omnis locus a proportione est loc9 sumptus ex habitudine similitudinis vnius proportionis ad aliam. z sic quilibet talis locus sumitur a similitudine et hoc videtur esse de intentione aristotelis qui in secundo thopicorum nõ enumerauit locũ a ꝓportione eo q̃ reputauit ipsum contineri sub loco a simili de quo determinat. Et quanuis auctor ponat differentiaz inter locum a simili et a proportione penes hoc q̃ locus a simili sumitur a simili ratione et locus a ꝓportõne sumitur penes similiter se habere sic q̃ arguentes per locum a simili debent vti ista forma sicut se habet risibile ad hominem et hinnibile ad equum. et arguendo per locum a proportione debent vti ista forma. sicut se habent ꝛc|. tamen hec differentia non tollit quin locus a ꝓportione contineatur sub loco a simili.

Sciendũ est secundo q̃ consequenter auctor determinat de loco a transumptione primo distinguendo duplicem transumptionem que distinctio patet in textu. Et dicit q̃ a primo modo transumptionis non sumitur locus dialeticus sed a secundo. quia tamẽ aliqui dicunt oppositum. ideo pro concordia ponuntur due conclusiones Prima est si predicatũ transumptum dictum de aliquo subiecto attribuitur illi subiecto tanq̃ proprie dictũ de eo tũc a tali transumptiõe non sumitur locus dialeticus sed sophisticus. patet quia secundum talez modum fiunt paralogismi in secundo modo fallacie equiuocationis sicut facile est videre per exemplum. Secunda conclusio si predicatum trãsumptiue dictum de aliquo attribuatur ei tanq̃ transumptiue dictuz de eo tunc a tali transumptione sumitur locus dialeticus. patet quia secũdum aristotelez rethorica et poetria sunt partes dialetice. Ideo primo rethorice habetur q̃ hec

propositio rethorica est affectiua dialetice.i. imitatiua.Et ille modus arguendi est maxie vsitat⁹ apd rethores et poetas vt dicēdo de aliquo rapace q̄ est lupus. Unde locus a transumptōne est habitudo nominis magis noti ad nomen minus notū.Et tenz affirmatiue et negatiue subiciendo et predicando.vt sapiens currit ergo philosophus.Maxima. Quicquid cōuenit alicui sub nomine magis noto cōuenit ei sub nomine minus noto. Sed dubium est vtrum locus a transumptōne sit locus extrinsecus vel intrinsecus.Ad dubium respondetur ponēdo duas propositiones.Prima est q̄ locus a trāsumptōne primo⁹.dicta est locus extrinsecus.patet qz terminus inferēs nō conuenit termino illato ꝑ aliquem modum essendi in.vt pz sic arguēdo.iste ē philosoph⁹ ad modū,vsi.ergo debet vocarivr sus.Secunda ꝓpositio. locus a transumptōe secūdo mō dicta est intrinsecus.pz quia ille locus est intrinsecus cuius terminus inferens et terminus illatus supponunt pro eodem. sed sic est in loco a transumptiōe secūdo modo dicta.g⁹ ꝛc. Verbi gratia sic arguendo sapiens nō inuidet. ergo ꝓphilosophus non inuidet. Ibi philosoph⁹ et sapiens supponunt pro eodem.

Sciendum est tertio q̄

hic ꝓnter auctor determinat de loco ab auctoritate dicens. Auctoritas est iudicium sapiētis in sua scia experti.vt cuz astrologus iudicat solem esse maiorem tota terra. illa ꝓpositio sic dicta ab astrologo vel iudicata dicitur esse eius auctoritas. Auctoritas enz accipitur dupliciter Uno mō pro excellentia vel eminentia dicentis vt cū dr aliquis philosophus fuit magne auctoritatis. Alio⁹ capitur pro iudicio alicuius sapientis experti in aliqua scientia de pertinentibus ad suam scientiā.et sic capit auctoritas ab auctore nostro et a boetio. nam boetius talem locū vocat a rei iudicio. Et tenet affirmatiue tm̄ z hoc duabus conditionibus obseruatis. Prima est q̄ iudicās sit sapiēs in illo in quo iudicat.Scōa cōditio est q̄ illud sit ad suā scientiā pertinēs et q̄ ipse sit expertus in sua scientia. Et non tenet negatiue quia non sequitur philosophus non determinat tēpus fuisse ante motū vel econtra.g⁹ tps fuit.nō valz ꝓna. Et ē loc⁹ ab auctoritate habitudo auctoris ad auctoritatē seu hītis auctoritatē iudicādi ad suū dcm̄vl ad suā auctoritatē ad istuz locū reducitur locus a cōi fama.z fit tale argumentū.cōis fama dicit istuz esse latronez g⁹ iste est latro.ꝓna tenet per locuz ab auctoritate. Similiter ad euz reducit locus la iuramento.vt sic arguēdo.ꝑsona proba et honesta iurat per fidem suā q̄ plato debet sibi decē francos. g⁹ ita est.et tenet per locū ab auctoritate. Uñ scd̄m aristotelē scōo thopicoz ꝓbabile ē q̄ videt oibus vel pluribus vel sapiētibus.z hoc vel oibus sapientibus vel pluribus vel maxime notis

Uñ boetius dicit istū locū esse artificialem eo q̄ ad ipm̄ reducunt ꝑsuasiones inartificiales.et idē boetius dicit de aliquib⁹ de quib⁹ aristoteles determinat primo rethorice siue que sunt quatuor.s.leges.testes.tortura et iuramentum. vt sic arguendo. testes deponunt q̄ iste cōmisit furtū.ergo ita est.ibi est locus ab auctoritate.et tm̄ possibile est q̄ testes nō sint sapientes.Similiter si arguat.sortes in torturis cōfessus est se cōmisisse furtū.ergo est fur.iste ē locus ab auctoritate et tm̄ nō oportet q̄ ille qui est i torturis sit sapiens. Itē ali⁹ est locus ab auctoritate puta diuina seu auctoritate sacra.z talis locus est infallibilis sicut deus dixit antixp̄m fore. g⁹ antixp̄s erit. Alius est locus ab auctoritate humana et tunc talis est sepe fallax z debilis. verūtamen est ꝓbabilis.vt nō sequitur aristoteles dicit mūduz ē ꝑpetuuz.g⁹ mundus est perpetuus.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic.Non sequitur.sicut se habz homo ad non hominem ita animal ad non animal.ergo per locum a transmutata proportione sicut se habz homo ad animal ita non homo ad non animal.,sed omnis homo est animal. ergo omne non homo est non animal.

Secundo arguitur sic.non sequitur sortes est homo.ergo sortes est humanitas.et tamē arguitur per locum a transumptione. quia homo et humanitas idem significant. Tercio sic arguitur.a transumptione sumitur locus sophisticus.ergo sequitur q̄ non sumitur locus dialeticus. Quarto arguitur sic. bene sequitur philosophus dixit substantiam non esse in subiecto.ergo substantia non est in subiecto.z tamē arguitur p locū ab auctoritate negatiue. g⁹ ꝛc.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ vt dictum est superius ille locus non valet proprie nisi in terminis importātibus quātitatem. in alijs autem reperiuntur mille instantie. Ad secundam dicitur negando consequentiam vltimaz quia homo et humanitas nō significant eodem modo quanuis significēt idē vt patet cuilibet intuenti Ad terciam dicitur q̄ duplex est transumptio. quedam est quando ꝟbum proprie nō significat aliquam rem trā sumitur tamen ad significandū illaz ꝓpter similitudinem in ipsis repertā.et a tali sumitur loc⁹ sophisticus.Alia est quando sumitur nomē magis notum per nomen minus notum que quidā nomina significant vnam et eandem rem et a tali sumitur locus dialeticus. Ad quartam dicitur q̄ ibi non arguitur negatiue eo q̄ negatio non precedit hoc verbum dicit.

Equitur.de locis medijs

Quidautez ſit locus medius dictum eſt prius. Locorum mediorum alius a coniugatis.alius a caſibus.et alius a diuiſione.Cõiugata et caſus differunt ſic.quia vniuocum ſiue principale ſiue abſtractum quod idem eſt dicitur coniugatum cum ſuo denominatiuo.vt iuſticia et iuſtum. albedo et album. Caſus autem dicuntur ea que cadunt a principali vt iuſtum et iuſte a iuſticia. Et differentiam hanc aſſignat ariſtoteles in ſecundo thopicorum

Locus a coniugatis eſt habitudo vnius coniugatorum ad reliquum.vt iuſticia eſt bona.ergo iuſtum eſt bonum. Maxima Quicquid conuenit vni coniugatorum conuenit 7 reliquo. Et ſi vnum coniugatorum ineſt ineſt et reliquum. Locus a caſibus eſt habitudo vnius caſus ad reliquum.vt iuſtũ eſt bonum. ergo quod iuſte fit bene fit. Maxima. Quod vni caſui conuenit.conuenit et reliquo. Et econuerſo ſumitur argumẽtum a caſibus et a coniugatis.

Diuiſionum alia fit per negationem. vt ſortes eſt homo aut non homo.ſed non eſt non homo.ergo eſt homo.Maxia. Si aliqua duo condiuidant aliquod tercium poſito vno remouetur reliquum. Alia autem fit non per negationem.et hec fit.ſex modis.tribus per ſe et tribus per accidens. Prima diuiſio per ſe eſt generis in ſpecies.vt animaliuz aliud homo aliud brutum. Scõa eſt totius integlis i ſuas partes.vt domꝰ alia pars eſt paries alia tectuz alia fundamẽtum Tercia vero ẽ vocis in ſignificata.vt canis alius latrabilis. aliꝰ piſcis marinus.alius ſydus celeſte. Diuiſionum vero per accidens. Prima eſt ſubiecti in accidentia. vt animalium aliud ſanum aliud egrum.Secunda diuiſio accidentis in ſubiecta. vt ſanoruz aliud brutum aliud homo Tercia eſt accidentiſ in accidẽtia.vt ſanorum aliud calidum aliud frigidum. Locus a diuiſione eſt habitudo vnius condiuidentium ad reliquum.vt ſi ſortes eſt animal.aut ẽ animal rationale aut irrationale. ſed non eſt irrationale.ergo rationale.Maxima. Poſito vno mẽbrorum diuidentium in aliquo ſubiecto remouetur reliquum. Et ſimiliter in qualibet alia di

uisione. Et hec de locis dicta sufficiant.

Circa hunc textum notandū est prio. q̄ post q̄ auctor determinauit de locis extrinsecis et de locis intrinsecis hic p̄ñter autor determinat de locis medijs. Et rō quare vltimo determinat de ipsis est ista. q̄ mediū nō potest cognosci sine cognitōne extremoꝝ. ideo locus medius non potest cognosci sine cognitione intrinseci et extrinseci.

Tamē locus ñ dicitur medius eo q̄ mediet inter locū intrinsecū et extrinsecū sed ꝺr medius eo q̄ terminus inferens partim cōuenit cum termino illato et partim differt. Quid autē sit locus medius visum est prius. Et diuiditur sic q̄ alꝰ est a coniugatis alius a casibus. et alius a diuisione. Uñ coniugata sunt abstracta et cōcreta que ideo dicunt̄ ꝯiugata quasi subvno iugo significationis posita. Important enim et significant eandem essentiam et conueniunt in significato principali. q̄ abstractum significat formā sc̄m se et sine cadentia ad subiectum concretū ꝺo illam eandē rem significat. ſz hoc est cum cadentia et cōcretione ad subiectum. Ex quo seq̄tur q̄ arguendo per locum a coniugatis non debet argui respectu eiusdem predicati sed respectu diuersorum. Unde locus a coniugatis tenet affirmatiue et negatiue dupliciter. ſ. arguendo ab abstractis ad concreta et ecōtra. Et maxima per quā arguitur ab abstractis est ista. Si abstractum de abstracto et concretum de concreto. Arguendo vero a concretis est hec. Si concretum de concreto et abstractus de abstracto. Et ad arguēdum affirmatiue p hūc locum ponūtur due regule. Prima est a predicatōe abstracti de abstracto ad predicatiōem cōcreti de concreto in omnibus est bona consequētia. vt bene sequitur. Justicia est bona. ergo iustus est bonus. Scōa regula. a predicatōe cōcreti de cōcreto ad predicationem abstracti de abstracto m non vltimate abstracto ꝛ in non predicatiōibus per accidens ē bona p̄ña. vt bñ sequitur. virtuosus ē bonus. gꝰ virtus ē bona. Ad arguendum autem negatiue ponūtur due regule. Prima ē. a negatōe abstracti de abstracto ad negatōem concreti de concreto non valet consequentia in predicatōibus essentialibus et m vltimate abstractis. sed in alijs bñ valet. Exemplum primi. vt non sequitur humanitas nō ē asalitas ergo homo nō est asal. Exemplū sc̄i. vt bñ sequitur albedo nō est color. gꝰ album nō ē coloratū. Scōa regula ē a negatōe cōcreti de concreto ad negatōez abstracti ꝺ abstracto ē bōa p̄ña. vt bñ sequit̄ albū non ē coloratū. gꝰ albedo nō ē color

Sciendū est secundo q̄

casus dicūtur adiectiuū nois et aduerbiū ab eo descendens. vt iustum et iuste. malum ꝛ male. Et dicūtur casus a cado cadis nō quia vnuz cadit ab altero sed q̄ ambo cadunt ab vno tercio. sc̄z ab abstracto. vt iustus et iuste a iusticia. Et q̄ uis vnum coniugatorum cadat ab altero. sc̄z cōcretum ab abstracto. non tamen dicuntur casus quia ambo nō cadunt ab vno tercio. Uñ locus a casibus tenet affirmatiue et negatiue. affirmatiue sic. iustum est bonuz. ergo q̄ iuste fit bñ fit. Maxima. Si concretum de cōcreto et aduerbium de aduerbio. Negatiue sic. q̄ est iustuz nō est vicioſum. ergo quod iuste fit non vicioſe fit. Maxima. Si concretū negat̄ de cōcreto ꝛ aduerbiuz de aduerbio. Et tenet iste locus solū arguēdo in his que sunt ordinata essentialiter siue ſzᵒ superius et inferius. Et ꝺr hic locus a casibꝰ q̄ ponuntur plures casus in añte. et similiter dicendum est de loco a coniugatis.

Sciendum est tercio q̄

ad notificandū locum a diuisione auctor ponit spēs diuisionis dicens q̄ diuisionū quedā fit p negatōez. vt asaliuz aliud homo aliud nō homo. Alia fit per affirmatōez. vt asalium aliud ratōale aliud irratōale. Differunt añt diuisiones tripliciter. primo q̄ prima diuisio. ſ. ea que fit p negatōez semp fit in duo mēbra tm̄. alia ꝺo aliqñ fit per duo et aliqñ per plura. Secundo differūt q̄ prima fit per immediata eo q̄ fit per ꝓtradictoria inter que nō est mediuz. sc̄da ꝺo nō semper fit inter immediata. Tercio differūt q̄ prima fit per opposita formaliter. secūda vero aliqñ fit p opposita virtualiter tm̄. Sed diuisio facta p affirmatōem diuidit̄ q̄ quedaz est per se alia est per accñs. Diuisio per se est triplex. quedaz est generis in spēs. vt asalium aliud hō aliud brutum. Alia est totiꝰ integralis in suas ptes. vt domus diuiditur in parietem tectum et fundamentum. Tercia est vocis multiplicis in suas significatōes. i. in sua significata. vt canū alius latrabilis alius piscis mannus alius sydus celeste.

Similiter diuisio per accñs est triplex. q̄ quedā est subiecti in accñtia. Alia est accñtis i subiecta. Et alia est accidentis in accñtia. Et ꝺr diuisio per accñs eo q̄ diuisuz non inest p se mēbris diuidētibus sic q̄ illa mēbra sint essentialiter ordinata sub diuiso. ſz ipsa accidūt diuiso aut diuisum eis accidit. aut taz diuisuz q̄ diuidentia ei accidūt. Et q̄uis sc̄m naturam diuisio subiecti nō causetur per diuisionē accidentium. tñ possibile est quo ad nos diuisionē fieri per accidētia

Uñ locus a diuisione tenet affirmatiue et negatiue. p quo ponitur talis regula. Ab affirmatōe diuisionis vel diuisi ꝛ vnius mēbroꝝ diuidētiuz de aliquo subiecto ad negatōez alterius de eodem subiecto est bona p̄ña. vt bñ sequit̄. Sortes est hō vel non hō. sed est hō. gꝰ nō est nō hō.

Ad arguendū autē negatiue ponuntur tres regule. Prima est in diuisionibus datis per duo membra solum ab affirmatione diuisi vel diuisionis ⁊ negatōe vnius membroꝝ diuidentiuꝫ de aliquo subiecto ad affirmationem alterius dee odez est bōa ꝯsequētia. vt bene sequitur. sortes est aial et nō est irratōalis. ergo est ratōalis. Secunda rla in diuisionibus datis per plura membra duobus ab affirmatōe diuisi vel diuisionis et negatōe vnius membroꝝ ad affirmatōez alterius non valet ꝯña. vt nō sequit. sortes est coloratus et nō est niger. ergo est albus. Tercia regula. in talibus diuisionibus ab affirmatōne diuisi vel diuisionis ad negatōem oīm membroꝝ diuidentiū de aliquo subiecto exceptovno ad affirmatōez illius de eodē est bona ꝯña. vt bene sequitur. sortes est coloratus et non est niger neqꝫ medio colore coloratus. ergo est albus.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Non sequit hō est anial. gꝫ humanitas est aialitas. et tñ arguit per locuꝫ a cōiugatis. ergo ꝛc. Scōo arguitur sic. abstractum est causa formalis cōcreti. gꝫ arguēdo ab abstracto ad cōcretuꝫ est locus a causa formali.

Tercio sic arguit. non sequitur. iustus est liberalis. ergo qđ iuste fit liberaliter fit. et tñ arguitur per locū a casibus. gꝫ talis locus nō valet.

Quarto arguitur sic. membra diuidētia sunt disparata ſꝫ a disparatis nō sumitur locus medius. gꝫ locus a diuisione non est medius.

Ad rationes. Ad primā

dicitur ꝙ vt dictuꝫ est prius locus a coniugatis non tenet arguendo a concretis ad abstracta vltima abstractione nec in predicationibus accidē talibus sed solum tenet a cōcretis ad abstracta a subiecto. Ad scōam dicitur ꝙ non arguitur ab vno abstracto ad vnum concretum. ſꝫ arguitur per locuꝫ a causa formali. vt dicendo album est. ergo albedo est. sed arguendo a duob⁹ abstractis ad duo concreta vel econtra sumitur locus a coniugatis. Ad terciam dicitur ꝙ iustum et liberale non sunt subordinata essentialiter. locus autem a casibus vt dictum est soluꝫ tenet in his que essentialiter subordinantur.

Ad quartam dicitur ꝙ si considerentur disparata secundum suas proprias rationes sic ab ipsis sumitur locus extrinsecus si vero considerentur inquantum partim conueniunt scilicet in diuiso et inquantuꝫ partim differūt. ſ. scōm suas rōes ꝓprias sic ab ipsis sumit locus medius. Et ita in hoc loco semper in antecedente ponitur diuisum vel diuisio cum vno membroꝝ diuidentium. Et hec de locis dialeticis dicta sufficiant. et per consequens de hoc tractatu.

Incipit sextus tractatus de fallaciis.

Ilogismoꝝ alius demonstratiuꝰ. alius dialeticus. alius sophisticus siue litigiosus. Silogismus demonstratiuus est qui ex primis veris et inmediatis est silogisatus. aut ex talibus que per aliqua prima et vera principium sue cognitionis sumpserūt.

Dialeticus est qui ex probabilibus est silogisatus. Sophisticus vt diffinitur ab aristotele in elencis est qui apparet esse silogismus et non est. Aut qui est silogismus sed nō est cōueniens rei.

Iste ē sextus tractat⁹ summulaꝝ magistri Petri Dyspani qui postꝙ determinauit de silogismo dialetico consequenter determinat de silogismo sophistico. Ratio ordinis est quia silogismus dialeticus est vere silogismus et habet fieri ex vere probabilibus. Silogismus vero sophisticus est silogismus apparens solum aut fit ex probabilibus apparenter sed vere probabile precedit id quod est probabile apparenter solum. ergo silogismus dialeticus precedit silogismum sophisticum. Ex quo sequitur ꝙ silogismus sophisticus est subiectuꝫ huius tractatus vt inferius probabitur. ⁊ quāuis iste tractatus vocetur tractatus de fallacijs non tamen rō qꝫ fallacia est subiectum eius sed eo ꝙ fallacia est principium affirmatiuum silogismi sophistici. sicut enim locus dialeticus est principium affirmatiuum argumenti dialetici. sic fallacia est principium confirmatiuum silogismi sophistici. Sed dubitaret aliquis vtrum noticia sophistica sit ars. et si sit ars vtrū sit bona ⁊ vtilis. et vtrum sit specialis vel generalis. Ad primā partem respondetur per distinctiōem eo ꝙ noticia sophistica po

potest capi dupliciter. Uno modo pro habitu conclusionis argumentationis sophistice acquisito per talem argumentationem propter impericiã soluendi eam per quem habitum adheremus tali conclusioni isto modo noticia sophistica non est ars neq; aliquis habituũ intellectualiũ enumeratorum ab aristotele sexto ethicorum. Sed ẽ habitus erroneus alicui talium habituum contrarius. Secundo potest capi noticia sophistica pro quodam habitu per quem scimus subtiliter componere argumentatiões sophisticas. et per quem etiam ex ipsis compositis faciliter et subtiliter dissoluim⁹ quicquid hẽtur ꝺ silogismo sophistico et eius potentia. et sic noticia sophistica ẽ ars seu noticia intellectiua et ita capitur in presenti tractatu. Ad secundam partem dubij respondetur ꝙ ars sophistica secundum se ẽ bona eo modo quo dictum est immediate. tamẽ potest applicari ad malum finem sed hoc ex malicia habentis eam. sicut scientia decretorum est bona secundum se et tamen quandoq; a malis iuristis ad malum finem applicatur. Ultra dicitur ꝙ ars sophistica est valde vtilis tam sapientibus ꝙ ignorantibus. sapientibus quidez ne argumentationibus sophisticis inuoluti a via veritatis cogantur discedere. quia vt ait aristoteles tam sapientes ꝙ ignorantes per istam artem a sophistis redarguuntur. Utilis est etiam ignorantibus gloriam ex sua disputatione querentibus. quia illi qui sunt experti in ista scientia t in alijs scientijs sunt ignorantes per istam artem possunt apparere sapientes in omni arte et scientia. Ad terciam partem dubij respondetur ꝙ ars sophistica est generalis quantum ad vsum vt satis patet per aristotelem quarto methaphisice dicentem ꝙ methaphisica dialetica t sophistica circa oia. Sed sophistica docens ꝓponere argumentationes sophisticas in alijs scientijs ẽ specialis et non generalis.

Sciendum est primo ꝙ

silogismus in commum diuiditur in silogismuz dialeticum demonstratiuum et sophisticum. et hoc facit auctor vt eliciat membrum de quo est ad propositum. Et etiam quia silogismus sophisticus est quedam obliquitas et priuatio veri silogismi. ideo conuenienter ponunt diffinitões aliorum silogismorum vt ex consequenti veniamus in cognitionem silogismi sophistici ꝙ priuatio habet cognosci per habitum. Et predicte diuisionis sic habetur sufficientia. Quia omnis silogismus fit in materia necessaria vel probabili. si primum sic est silogismus demonstratiuus. si secundũ hoc ẽ dupliciter. q; vel fit i materia necessaria et simpliciter probabili et sic est silogismus dialeticus. vel apparenter tantum t sic est sophisticus. Et hec diuisio quantum ad aliquam sui partem est gñis in suas spẽs. Et quãtum ad aliam est diuisio equiuoci in sua equiuocata. vt si diuideretur animal per rationale vel irrationale et animal pictum. Silogismus enim dicitur vniuoce de silogismo demonstratiuo et dialetico et equiuoce de illis duobus et de silogismo sophistico simul. Sicut enim animal pictum non est animal nisi equiuoce. sic etiã silogismus sophisticus peccans in forma non est silogismus nisi equiuoce et secundum quid et de isto magis alias videbitur.

Sciendu⁹ est secundo ꝙ

silogism⁹ demõstrati⁹ ẽ ex pris ꝺis t immediat⁹ silogisat⁹ aut ex talib⁹ que per aliqua prima vera t immediata principium sue cognitionis sumpserunt. In hac autem diffinitione subintelligit⁹ silogismus loco generis. Et dicitur ex primis veris ad excludendũ silogi⁹ sophisticũ peccantez in materia. Et residuũ ponitur ad differentiaz silogismi dialetici t sophistici peccantis in forma.

Et quia duplex est genus demonstrationis iõ ibi ponuntur due particule. Quedaz enim est demõstratio propter quid que est potissima. et illa procedit ex primis veris et immediatis. i. indemõstrabilibus. ideo hec particula ponitur in predicta diffinitione. Dicuntur autem prima vera que per seipsa fidem habent. i. cognoscũtur cognitis significationibus terminoꝝ sicut sunt principia indemonstrabilia. Alia vero est demõstratio nõ potissima que scilicet procedit ex veris ꝛ non ex primis t immediatis. quia procedit ex demonstrabilibus et ex his quorum cognitio ab alijs principijs descendit. ideo ponitur in diffinitõe aut ex talib⁹ q̃ per aliqua prima vera et immediata principium sue cognitionis sumpserunt.

Sed silogismus dialeticus est qui ex probabilibus est silogisatus. Per hoc ꝙ dicitur ex probabilibus excluditur silogismus sophisticus et demonstratiuus. sophisticus quidem peccans i materia potest etiam excludi per genus diffiniti Per hoc autem ꝙ dicitur si logisatus excluditur silogismus peccans in forma. Et quia in diffinitione silogismi dialetici dicitur ꝙ procedit ex probabilibus ideo ratione huius diffinitur probabile. Et est illud qꝰ videtur omnibus vel plurib⁹ vel maxime sapientibus. Silogismus sophisticus est qui est apparens silogismus et non existens. In omni autem silogismo sophistico ẽ duplex causa apparentie et causa defectus. et ratõne prime cause dicitur apparens. et ratione secõe dicitur non existens. Et diffinitur sic ab aristotele. silogismus sophisticus est qui ex apparentibus silogisat et ex probabilibus aut ex apparẽtibus est apparens. In qua diffinitione ponuntur tres particule per quas tangitur triplex silogismus sophisticus. scilicet peccans in forma. et

peccans in materia.et peccans in materia et forma simul.Unde silogismus sophisticus peccãs in forma est qui procedit ex ambabus premissis veris sed indebite dispositis in modo et figura. vt cum argueretur minore negatiua vel maiore particulari in prima figura.Silogismus vo peccãs in materia est q̃ ꝓcedit ex premissis falsis dispositꝫ in debita forma silogismi.Sed silogismꝰ peccans in materia et forma simul est qui procedit ex aliqua premissa falsa vel est indebita forma silogismi.

Sciendum est tercio ꝙ

silogismus sophisticus est subiectum huius scie tie probat quia ei conueniunt conditiones subiecti attributõnis.ergo est subiectũ.antecedens patet primo qz de ipso supponitur quid ẽ z qz ẽ Secundo quia de ipso demonstrantur passiões per qõ quid est ipsius.Et ergo quia omnia cõsiderata in hac scientia habent reductionem z attributionem ad ipsuz. et potest in hac scientia fieri tãs demonstratio.oĩs silogismus qui silogizat ex apparentibus aut ex probabilibus vel ex apparentibus est apparens est generatiuus deceptionis.silogismus sophisticus est huiusmodi.ergo silogismus sophisticus est generatiuus deceptionis. Et si obicitur silogismus sophisticus est priuatio veri elenchi. sed eadem est scientia priuationis et habitus. ergo sequit ꝙ hec scientia non est distincta a vero elencho.et p cõsequens male dictum est ꝙ silogismus sophisticus est hic subiectum et ꝙ de ipso est scientia. Ad obiectionem respondetur ꝙ silogismus sophisticus non est pura priuatio veri elenchi sed est aliquod ens positiuuz quod non est tale quale apparet.quia apparet esse dispositꝰ in modo et in figura et non est z apparet probare conclusionem suã et nõ est probans et sic est aliqd positiuuz quamuis habeat priuationem annexã.qz vnum contrarium includit priuationem alteriꝰ. Ex quo patz ꝙ non opponitur vero elencho priuatiue sed potius contrarie. Et si replicet sic oppositorum eadem est disciplina.ergo sophisti et veri elenchi erit eadem disciplina.Respondetur concedendo ꝙ oppositorum eadem est scientia communis nõ tamen specialis. sic ergo tã de vo elẽcho ꝙ de silogismo sophistico est logica.et tamẽ de ipsis sunt scientie speciales distincte que sunt partes logice. Silogismus autez sophisticus potest capi dupliciter. Uno modo prime intentionaliter.scz pro oratione composita ex premissis falsis aut aliqua earum vel indebite dispositis in modo et in figura.z sic nõ est subiectum huius scientie cum sit quid complexum.Alio modo capitur secunde intentiõaliter pro intentione secunda fundata in huiusmodi complexo :et de ipso denominatiue predicatur. et sic de ipso est scientia huius libri tanꝙ de subiecto proprio et adequato. Et si arguatur.de subiecto cuiuslibet scientie debz suppoñi scz q̃d est et quia est.Sz aristoteles primo elenchorum ꝓbat silogismũ sophisticũ esse. gꝰ sequit ꝙ silogismus sophisticus non est subiectũ huius tractatus.Ad hoc respondetur vno modo sic ꝙ nõ oportet semper presupponere subiectum esse sic ꝙ nullo modo probetur esse.potest enim probari esse per aliqua communia quamuis non possz subiectũ esse,ꝓbari p ꝓpria principia illius scientie cuius est subiectum cum enim subiectum debeat esse principium in scientia non potest probari per aliqua priora pertinentia illi scientie. si tamẽ non sit manifestum ipsum esse nihil prohibet ipsum probari per principia communia et persuadere ipsuz esse per aliquas similitudines. modo philosophus hoc modo probat silogismum sophisticum esse et non per propria principia a huiusi scientie. Aliter ab alijs dicit ꝙ philosophꝰ non probat silogismum sophisticum esse. sz probat aliquem silogismum sophisticum esse apparentem et deceptorem.

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic.In hac diuisione non ponitur silogismus tentatiuus nec silogismus falsigraphus et tamẽ sunt silogismi ab alijs distincti.ergo diuisio est insufficiens. Secundo arguitur sic.silogismus dialeticus aliquando procedit ex necessarijs.ergo diffinitio eius non est bona. Tercio arguitur sic.de non ente nõ est scientia.sed silogismus sophisticus est non ens quia dicitur ꝙ est apparens et nõ existens.ergo de ipso non est scientia. Quarto arguitur sic.si de silogismo sophistico esset scientia illa esset sophistica sed sophistica scientia non est scientia.ergo de ipso non est scientia.Et confirmatur quia sophista non est sciens.ergo sophistica nõ est scientia.

Ad rationes. Ad primã

dicitur distinguendo maiorem vel formaliter et expresse et sic conceditur.vel virtualiter et tanꝙ contenta sub membris silogismi dispositis z sic negatur.non enim ab eis distinguntur ex parte materie neqz ex parte forme quamuis ex parte finis.finis enim silogismi tentatiui est sumere experimentum de scientia respondentis.Et est silogismus tentatiuus qui ex his que videntur respondenti silogizat.Silogismꝰ vero falsigraphꝰ est qui procedit ex principijs alcuius scietie male intellectis. Ad secundam dicitur ꝙ quãuis silogismus dialeticus aliquando procedat ex necessarijs.tamen illa non accipiuntur vt necessaria sed vt probabilia. Ad terciam dicitur concedendo maiorem ꝙ de nõ ente simpli-

citer non est scientia. Et ad minorem dicitur q̄ silogismus sophisticus non est non ens. ymo est est ens. sed non tale quale apparet. apparet enim esse silogism⁹ bonus et non est bonus silogism⁹ sicut aliq̄ apparent pulcri et non sunt pulcri. ⁊ tamen non sunt non entia. sed sunt non entia talia qualia apparent. Ad quartam dicitur q̄ aliqua scientia potest dici sophistica dupliciter Uno modo intrinsece et formaliter sic scz q̄ appareat esse habitus scientificus et nō est. ⁊ sic scientia sophistica nil aliud est q̄ habitus acquisitus de conclusione illata per silogismum sophisticū. et talis non est scientia neq; illa sophistica est sciens. Alio modo potest dici aliqua scientia sophistica extrinsece et obiective. quia scilicet eius obiectum est silogismus sophisticus et tūc talis noticia acquisita de illo obiecto per ei⁹ propria principia est scientia. et illa vocatur sophistica docens q̄ per talē habitū nos scimus ꝓponere silogismos sophisticos et eos dissoluere. et sic sophistica dicta a tali noticia sophistica docente est sciens.

Disputatio est actus silogisticus vnius ad alterum ad aliquod propositum ostendendum

Disputatōis quatuor sunt species. scilicet doctrinalis. dialetica. tēptatiua. et sophistica

Disputatio doctrinalis est que silogisat ex propriis principijs vniuscuiusq̄ discipline ⁊ non ex his que videntur respō denti. Et huius disputationis instrumentum est silogismus demonstrati⁹. Disputatio dialetica est que ex probabilibus silogisat. ⁊ est collectiua contradictionum. Et eius instrumentum est silogismus dialeticus.

Tēptatiua vero disputatio est que silogisat ex his que videntur respondenti. et necesse est eum scire qui se simulat habere scientiam. Huius autem disputationis instrumentum est silogismus tēptatiuus. Silogismus tēptatiuus est qui procedit ex his que videntur respondenti. Disputatio sophistica ē que procedit ex his que videntur probabilia et non sunt. Huius autem disputationis instrumentum est silogismus sophisticus.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ posita diffinitione silogismi sophistici ⁊ differentia eius ab alijs silogismis consequenter autor determinat de causa finali eius ostendēdo quo modo ordinatur ad quiq; methas sophistice disputationis. Et quia silogismus sophisticus ordinatur ad disputationem sophisticam mediate ⁊ mediate illa ordinatur ad ipsas methas. iō prius videndum est de disputatione q̄ de methis

Et primo sic diffinit disputationem. Disputatio est actus silogisticus vnius ad alterum ad aliquod propositum ostendendum. In qua diffinitione ponitur actus loco generis. Et in ipsa quinq; tanguntur requisita ad disputationem. s. oppositio respondentis. accus disputandi. discursus silogisticus qui est instrumentum quo fit disputatio. et finis disputationis qui est ostēdere aliquid de aliquo. quia omne agens a proposito agit propter finem. Et dividit disputatio in communi in quatuor species. scz in doctrinalem. dialeticam. tēptatiuam. et sophisticam. Cui⁹ diuisionis sic habetur sufficiētia. Quia omnis disputatio fit propter aliquem finem. aut ergo ille finis propter quem fit est sumere experimentū de habitu genito et causato. et sic est disputatio tēptatiua Uel fit ad generandum habitū ⁊ hoc dupliciter. quia vel ad generandum habitum erroneum apparentem et non existentem. et sic est disputatio sophistica siue litigiosa. vel fit ad generandum verū et hoc est dupliciter. q̄vel talis habitus est firmus et sine formidine de opposito. et sic est disputatio doctrinalis que est generatiua scientie. vel fit cum formidine de opposito et dubitatione quadam et sic est dialetica que est generatiua oppinionis.

Sciendum est secundo q̄ iste quatuor disputatōes predicte dupliciter dif

ferunt scilicet ex parte instrumentorum quib⁹ exercentur et ex parte finium qui a disputationibus intenduntur. Ex parte instrumentorū sic differunt quia disputatio doctrinalis exercetur p demonstrationes et dialetica per argumentationes dialeticas. et temptatiua per argumentationes temptatiuas. et sophistica siue litigiosa per argumentationes sophisticas siue litigiosas. Et disputatio rethorica reducitur ad disputationē dialeticam. quia secundū aristotelem rethorica et poetria sunt partes dialetice. Secundo differunt ex parte finiū quia disputatio doctrinalis ordinatur ad generandum scientiam de aliqua cōclusione in discipulo. et in ista disputatōe opponens scz doctor vel magister et respondēs scilicet discipulus eundem finem intendunt. scz generare scientiam in discipulo ideo sic diffinitur. Disputatio doctrinalis est que ex propijs principijs alicuius scientie silogisat et non ex his q̄ videntur respondenti. Ex quo patz q̄ ad generādum scientiam in aliquo duo requirunt. Primū est q̄ procedatur ex propijs principijs scientie. Secundum est q̄ adiscens ea credat que sibi dicuntur quia non generaretur scientia in addiēte nisi assentiret verbis que sibi dicuntur. nunq̄ ei principia generant scientiam in aliquo nisi ille in quo scientia apta nata est generari assentiat ipsis principijs. et hec duo tanguntur in predicta diffinitione. Sed disputatio dialetica ordinatur ad generandum oppinionem de questo seu de questione que in medio disputationis adducitur. Et debet sic fieri q̄ opponens et respondens accipiant partes contradictorias. vterqz probet suam partem per rationes probabiles et soluat rationes in oppositū adductas. Deinde istis captis opponens z respondens possunt cōparare adinuicem rationes vnius partis contradictionis rationibus alterius partis. et similiter solutiones solutionibus. Et tandem debent acquiescere illi parti que ex rationibus fortioribus roboratur. Et diffinitur disputatio dialetica. Est que ex probabilibus est collectiua contradictionis. quia ex probabilibus potest argui ad vtrāq3 partem contradictionis. ideo ipsa dicitur collectiua contradictionis quia scilicet per eaz vtraq3 pars contradictōnis probari potest Scz disputatio temptatiua ordinatur ad habendū experientiam de scientia vel ignorantia respondētis. Et sic diffinitur disputatio temptatiua. Est q̄ ex his que videntur respondenti silogisat. Et necesse est eum scire qui simulat se habere scientiaz quia disputatio temptatiua vt dictum est ordinatur ad sumendum experimentum de scientia respondentis. Tale autem experimentum non potest sumi nisi arguendo ex his que videntur respondenti probabilia. Et quia huiusmodi experimentum maxime debet sumi circa cōmunia quibus ignoratis ignorantur z propria. ideo ipsa procedit ex his quevidentur sciri ab eo qui videtur habere scientiam.

Sciendum est tercio q̄

disputatio sophistica ordinatur ad apparentem scientiam ita scilicet q̄ per hanc scientiaz sophisticam ducere nititur respondentem ad aliquaz methā apparenter per argumentationē sophisticā. Et inquantū ipe respondens nititur⁹ ostendere opponentem non adducere ad oppositum suam rationem eam soluendo apparenter. ideo finis eius non est vt sit sapiens sed vt appareat sapiens in hoc q̄ exercz apparenter opera sapientis. Et diffinitur sic. Disputatio sophistica est que ex apparentibus et non existentibus silogisat. Et ratio huius diffinitiōis est quia ipsa ordinatur ad generandum scientiam apparenter in opponente et deceptionem in respondente. hoc autem non potest fieri nisi ex apparentibus ergo ꝛc. Unde sunt duo opera sapiētis. Primum scz non mentiri de his que nouit. Nam sapiens debet preponere oppositiones veras z eas sustinere et confirmare rationibus. Secundum op⁹ est mentiētez posse manifestare. i. q̄ possit soluere ratiōes sophisticas. Unde sophista sic diffinitur est vir copiosus ab apparenti sapientia et non existente eo q̄ talis sophista habet exercere apparenter opera sapiētis. ideo dicit aristoteles primo elenchorum q̄ quibusdam magis o pereprecium est non esse et videri q̄ esse et nō videri cuiusmodi est sophista.

Sed contra predicta ar

guitur. Primo sic. Disputatio aliquando est actus inductiuus. scilicet quando fit per inductionem et entimematicus quando fit per entimema ergo male dicitur q̄ disputatio est actus silogisticus. Secundo arguitur sic. Disputatio sophistica fit ad generandum deceptionem in respondente. ergo ipsa non fit ad ostendendum aliquod propositum. Tercio arguitur sic. nō potest similiter habere oppinio de duobus contradictorijs. sed disputatio dialetica est generatiua oppinionis. ergo ipsa non est contradictionis collectiua. Quarto sic arguitur. aliqua disputatio est rethorica z tamen non continetur sub aliquo istorū membroz. g⁹ diuisio est nulla

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ quis disputatio aliquando fit per inductionem vel per entimema tanq̄ instrumentuz imperfectum tamen fit solum per silogismuz tā q̄ instrumentum perfectum ad quod omnia alia instrumenta per que fit reducunt. Ad secun

daz dicitur q̄ quis disputatio sophistica fiat ex consequenti ad generandum deceptionem in respondente. tamen primo ordinatur ad concludē dum aliquid contra respondentem. quod est aliquod propositum ostendere. Ad terciaz dicitur q̄ disputatio dialetica non dicitur collectiua contradictionis sic q̄ simul et semel faciat opinari contradictoria. sed quia per ipsaz vtraqz pars contradictionis dialetice potest predicari. Et quis nullus simul et semel habeat opinionē de duabus. tamen potest bene habere dubitationem de ipsis. Ad quartam dicitur q̄ disputatio rethorica continetur sub disputatōe dialetica.

Silogismus sophisticus ordinatur ad quinq̄ metas. que sunt redargutio. falsum. inopinabile. soleocismus. et nugatio

Est autem metha inconueniens quoddam ad quod opponens sophista nititur videri ducere respondentem. Redargutio est prenegati ꝯcessio vel preconcessi negatio in eadem disputatione vi argumentationis facta. vnde nisi vi argumētationis hoc quis faciat nō propter hoc erit redargutus. Similiter nec in diuersis disputationibus. Falsum vt hic sumitur est manifeste falsum. Nam si sophista ducat respondentez ad falsum occultum non propter hoc assequitur suum finem.

Inopinabile est quod est contra opinionem omniz vel plurium vel maxime sapientuz vt matrem non diligere filium.

Soleocismus est vicium in contextu partium orationis cōtra regulas artis grammatice actum. vt vir mea. Nugatō est vnius et eiusdem ex eadem parte inutilis repetitio. vt homo homo currit. dico autem ex eadem parte quia si in diuersis partibus idem repetatur nō esset nugatio. vt homo est homo risibile est risibile. Dico autem inutilis repetitio quia si idem repetatur ad maiorē expressionem laudis affectōnis vel vituperij non esset nugatio. vt deꝰ deus meus. latro latro quo vadis. Iste autem quinq̄ fines vlteriꝰ non ordinantur ad vnū finem principalez qui est apparens sapientia et non existens. Sophista autem non ducit adistos fines suum respondentez nisi per eos deueniat ad vltimū finem principalez qui est apparens sapientia. Et cum quilibz debet premeditari suum finem ideo determinatio finiuz debz precedere determinationez fallaciarum. Fallacia est ydoneitas decipiendi faciens credere de ente q̄ sit non ens. 7 de nō ente q̄ sit ens mediante fantastica visione.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ ꝓsequenter autor determinat de methis que sūt fines disputationis sophistice. Et primo diffinit

sic metham. Metha est inconueniens ad quod opponens sophista nititur videri ducere respondentem. Et capitur hic metha transumptiue pro quadam similitudine ad metham proprie dictam. Metha enim proprie dicta est terminus alicuius spacij. Et dicitur a metior metiris quia secundum tale spacium metimur. Similiter est in disputatione sophistica. Metha enim est terminus vltra quem non procedit disputatio. Postq; enim respondens ductus est ad aliquod inconueniens per opponentem vere vel apparenter cessat disputatio sophistica. Et dicitur in diffinitione methe nititur videri ducere respondentem eo q; sophista magis appetit non esse sapiens z videri q; esse et non videri. ideo sibi sufficit q; videatur ducere respondentem ad inconueniens.

Et sunt quinq; methe scz redargutio. falsum. inopinabile. soleocismus. et nugatio. Cuius diuisionis sic habetur sufficientia. quia omnis meta est inconueniens. vel ergo illud inconueniens se tenet ex parte rei vel ex parte sermonis. si ex parte rei hoc est dupliciter. quia vel se tenet ex parte rei absolute. et sic ē falsum. vel respective hoc est dupliciter. quia vel sumitur per respectum ad dicta respondentis et sic est redargutio. vel per respectum ad opponentem vel eorum quos videtur insequi respondens in doctrina sua. et sic est inopinabile. Si ex parte sermonis hoc est dupliciter. vel se tenz ex parte substantie eius. sic ē nugatio. vel ex parte suorum actuum z sic est soleocismus.

Sciendum est secundo q

redargutio est preconcessi negatio vel prenegati cōcessio vi argumentationis et in eadem disputatione. fit enim redargutio quando respondēs negat illud quod primo concesserat. vel concedit qō primo negauerat. Et dicitur vi argumentationis quia si aliquis in eadem disputatione concedat voluntarie duo contradictoria tamen propter hoc non dicitur esse redargutus. Et dicitur in eadem disputatione quia si non eadem disputatione concedat vnum contradictorium et in alia reliquū non tamen dicitur duci ad metham redargutionis. Sed metha falsi est manifeste falsi concessio. vt si quis concedat ignem non esse calidum. Et dicitur manifeste falsi quia cedat falsum obscurum nō videtur inconueniens assistentibus nec respōdens deduceretur ad methaz. per hoc opponens sophista acquirit sapientiam apparentem. Ex quo sequitur q; quis quicunq; redargutus concedat falsum non tamen semper ducitur ad metham falsi quia talis non semper concedit manifeste falsum eo q; aliquando vtrūq; contradictoriorum est obscurū

Sed inopinabile dicitur quod est cōtra opinionem omnium vel plurium vel maxime sapientum vel eorum quos respōdens insequitur Et est metha inopinabilis concessio alicuius talis inopinabilis. Unde si respondens concedat aliquid quod est contra opinionem assistentiū aut eorum quos ipse insequitur in arte et doctrina ducitur ad metham inopinabilis. Ex quo sequitur q; aliqñ possunt duci ad metham inopinabilis concedendo verum eo q; aliquod verius potest esse contra opinionē qui assistunt respōdenti. Soleocismus est vicium in contextu partium orationis contra regulas artis grammatice factum. vt si dicatur vir mea. sponsa meus. Et metha soleocismi est cōcessio huius nominis orationis. Et pertinet hic metha ad grāmaticum inquantum reprehendit congruitatem oratōis. ad sophistam vero inquantum impedit veritatē propositionis. Barbarismus autem nō est vna metha. eo q; metha est inconueniens qō pōt concludi contra respondentem. barbarismus autem non potest concludi eo q; fit in litteris et syllabis. Sed nugatio est vnius et eiusdez in eadem parte inutilis repetitio. quia si in diuersis partibus idem repeteretur non per hoc esset nugatio. vt cum dicitur homo est homo. et dicitur inutilis quia si fieret causa laudis vel vituperij non esset ibi nugatio. vt cū dicitur deꝰ deꝰ meus

Sciendum est tercio q

hic cōsequenter autor determinat de fallacijs secundum quas formantur silogismi sophistici. scz autē autor determinat in speciali de singulis fallacijs primo diffinit fallaciam in cōmuni dicens. Fallacia est ydoneitas decipiendi faciens credere de nō ente q; sit ens. et de ente q; sit non ens mediante fantastica visione. Ex quo patet q; cuiuslibet fallacie duplex est causa. scz causa apparentie et causa defectus. Per hoc q; dicit ydoneitas decipiendi tangitur causa apparentie. et per residuum tangitur causa defectus. Uñ causa apparentie est que mouet ad credendum quod non est. Causa defectus est que falsificat creditū Et dicitur mediante fātastica visione. quia quā do aliquis decipitur per fallaciam tunc apparz sibi esse qō non est vel non esse qō est. Et sic mouetur ad credendum aliquid esse tale quale non est. Et sic fantastica visio est apprehensio alicuius apparentis et non existentis tale quale apparet. Aliter autez potest diffiniri fallacia. q; est deceptio imperiti in arte sophistica propter ignorantiaz artis sophistice. Unde ars sophistica maxime valet ad duo. scz ad bene et faciliter arguendum sophistice. et ad bene et faciliter argumenta sophistica soluendum. Ideo si quis fallatur per argumentum sophisticum hoc erit. propter ignorantiam huius artis. Ex his infertur

vnum correlarium & fallacia est quedaz noticia existens subiective in aia nostra alicuius principij silogisini sophistici confirmantis silogismo sophistico apparenter. per quam noticiaz scim9 ipsa argumenta sophistica componere. Unde sicut locus dialeticus diuiditur per locū maximam et locum differentia maxime, sic et locus sophisticus siue fallacia. Unde locus sophisticus maxima est propositio falsa que nulla alia falsa magis apparet vera et hoc in suo genere sicut in fallacia equiuocatōnis. Locus maxima est iste. omnis dictio actualiter habet vnuz significatuz. Locus vero differentia maxime ē quo vna maxima sophistica differt ab alia. Unde in disputatione sophistica duo sunt a quibus pōt sumi causa apparentie. scilicet res de quibus disputatur quaruz multotiens habitudines ignorantur. et dictōnes vel voces per quas fit disputatio sunt etiam causa apparentie. quia aliquis credit q̄ sicut vox ē vna q̄ et] significatū sit vnū

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. Nullum inconueniens ē finis alicuius cum omnis finis habeat rationem boni. sed metha est finis disputatōnis. ergo metha non est inconueniens. Secundo arguitur sic. Non loqui est metha disputationis sophistice et tamen non est hic enumerata. ergo diuisio est insufficiens. Tercio arguitur sic. omne manifeste falsuz est inopinabile. ergo metha falsi non distinguitur a metha inopinabilis.

Quarto arguitur sic. impossibile est credere de non ente q̄ sit ens. ergo diffinitio fallacie est mala. Antecedens patet quia impossibile est credere q̄ ens sit non ens.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ omnis finis debet habere rationez boni vere vel apparenter. modo licet inconueniēs non habeat rationem boni simpliciter habet tamen rationem boni apparenter quia opponens sophisma acquirit vanam gloriam et apparentez sapientiam. Ad secundam dicitur q̄ non loqui non est metha specialis sed ille qui ducitur ad hoc q̄ taceat dicitur duci ad eandem methā ad quam duceretur si loqueretur. Ad terciam dicitur q̄ licet manifeste falsum et inopinabile aliquando sunt idem tamen inopinabile est magis commune. et etiam differunt formaliter quia aliquid dicitur falsum ratione rei significate quando scilicz non est ita a parte rei sicut significatur. sed dicitur inopinabile respectu audientium quando scilicet audientes opinantur oppositum illius esse verum q̄ respondens dicit

Ad quartam dicitur q̄ antecedēs pōt habere duplicez sensum. vnus est. hec propositio ē impossibilis aliquis credit q̄ ens sit non ens. et sic antecedens est verum. Alius sensus est de aliquo de quo veruz est dicere q̄ est non ens impossibile est credere q̄ sit ens. et sic in isto sensu diuisionis antecedens est falsum.

Fallacie sunt tredecim quarum sex sunt in dictione. et septem extra dictionem. In dictione sunt equiuocatio. amphibologia. compositio. diuisio. accētus. et figura dictionis. Et septem extra dictionem sunt accidens. secunduz quid ad simpliciter. ignorantia elenchi. petitō principij. consequens. non causa vt causa. secundum plures interrogationes vt vnaz. Qō autem sint sex in dictōe probat aristoteles inductōne et silogismo. Inductione sic. Equiuocatio fit aliquo istorum sex modorum. Amphibologia fit aliquo istorum sex modorum. et sic de alijs. ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo istoruz sex modorū. Silogismo sic. omnis deceptio facta ex eo q̄ eisdem dictionibus vel orationibus non idē significamus fit aliquo istorum sex modorum. sed omnis fallacia in dictione fit ex eo q̄ i eisdem dictionibus vel orationibus nō idez significamus. g° omis falla i dictōe fit aliquo istorū sex mōz. Iste silogism9 ē in prio mō prie figure. Probatio maior]. ois mltiplicitas dictōis

sit aliquo istorum sex modorum sed omnis deceptō facta ex eo q̄ eisdem dictionibus vel orationibus non idez significamus fit ex multiplicitate dictōis vel orationis. ergo oīs deceptio facta ex eo q̄ eisdez dictionib9 vel orationibus non idem significamus fit aliquo istorum sex modorum. Et hec fuit maior. Probatio minoris. omnis multiplitas dictionis fit ex eo q̄ eisdem dictionibus vel orationibus non idē significamus. Sz omnis fallacia in dictione fit ex multiplicitate dictionis vel orationis. ergo omnis fallacia in dictione fit ex eo q̄ eisdez dictionibus vel oōnibus nō idē significam9. Et hec fuit minor Et isti duo silogismi sunt in primo modo prime figure. Sciendum autez vt vult alexander in cōmento supra librum elenchorum triplex est multiplex. Aliud est enim multiplex actuale. aliud potētiale. et aliud fantasticum. Multiplex actuale est quando dictio vel oratio eadem secundum substantiam et secundum modum proferendi diuersa significat. dictio vt in equiuocatione. vt canis. oō vt in amphibologia: vt liber aristotelis. Multiplex potentiale est quando dictio vel oratio eadem secundum substantiam diuersa tamen secūduz modum proferendi diuersa significat. dictio: vt in accētu: vt populus cuius prima sillaba potest esse breuis vel longa: et secunduz hoc diuersa significat. oratio: vt in compositione vel diuisiōe. vt quicquid viuit semper est. Aliud habet enim modum proferendi prout est diuisa: et prout ē ꝓposita vt postea patebit. De multiplici fantastico videbitur in fallacia figure dictionis Et quia multiplex actuale veriori modo est multiplex q̄ potentiale. ⁊ potentiale q̄ fantasticum. ideo primo dicēdum est de fallacijs facientib9 multiplex actuale q̄ de alijs. et postea de potentiali. et vltimo de fantastico. Unde primo dicendum est de equiuocatione ⁊ amphibologia q̄ de alijs fallacijs in dictione. quia in equiuocatione et amphibologia ē mltiplex actuale et per consequēs eadem dictio vel oratio secundum substantiam et secundum moduz proferendi. in alijs aūt nō. Jn istis enī pl9 est de idēptitate q̄ in alijs. Jtem adhuc

prius est dicendum de equiuocatione q̃ de amphibologia. quia equiuocatio fit in dictiõe amphibologia vero in oratione. dictio autem prior est oratione. Sciendum est q̃ fallacia dupliciter sumitur. Quandoq; enim fallacia idem est qõ causa decipiendi. et quandoq; idez est quod deceptio facta ex illa causa. Et hoc primo modo sumitur hic fallacia.

Circa hunc textum notandum est primo q̃ posita diffinitõne fallacie consequẽter autor ponit diuisionem eius et diuiditur per fallaciaz in dictione et per fallaciam extra dictionem. Et nõ accipitur hic dictio prout distinguitur contra orationem. sed accipitur pro quocunq; signo instituto ad placitum. Unde fallacia in dictiõe est que sumit causam apparentie ex parte vocis significantis. Sed fallacia extra dictionem est q̃ sumit causam apparentie ex parte rei significate. Ex quo sequitur q̃ non dicitur fallacia extra dictionem eo q̃ fiat preter dictiões. sed quia non sumit suam causam apparentie ex parte dictionis sed ex parte rei significate. Sepe enim ignoratur habitudo propter quam contigit deceptio. Et melius dicitur fallacia extra dictionez q̃ fallacia rei. quia res secundum se nõ causant deceptionez. Oõ patz quia si res secundũ se causarẽt deceptionem tunc apud quemcunq; intellectum apprehenderentur causarent deceptionẽ sed hoc est falsuz. ergo ꝛc. Maior patet quia qõ conuenit alicui secundum se semper sibi conuenit. ergo si res secundum se causarent deceptionem et etiam apud quemcunq; intellectum causarent deceptionem. Ideo res causant deceptionem secundum q̃ significantur per dictiones. Et quis ordine nature res precedant dictiones tamen in disputatione sophistica dictiones precedunt res. quia non fit disputatõ de rebus nisi secundum q̃ per dictiones significantur. ideo primo determinat de fallacijs in dictione. Diuiditur enim falla in dictione per fallaciam equiuocationis amphibologie compositionis diuisionis accentus et per fallaciam figure dictionis. Quarum sufficientia sic habetur. Quia oĩs fallacia fit secundum aliquod multiplex. aut ergo fit secundũ multiplex actuale aut potentiale aut fantasticum. Si secundum multiplex actuale hoc est dupliciter. quia vel est secundum multiplex actuale dictionis et sic est equiuocatio. vel est secundum multiplex actuale orationis et sic est amphibologia. Si secundum multiplex potentiale hoc dupliciter. quia vel fit in dictione vt dictio distinguitur contra orationẽ et sic est accentus. vel in oratione et hoc dupliciter. quia vel talis oratio in sensu composito est vera et in sensu diuiso est falsa et sic est fallacia diuisionis. vel econtra et sic est fallacia compositionis. Si vero fiat secundum multiplex fantasticum sic est fallacia figure dictionis Sed quereret aliquis ãre ab autore nõ ponitur aliq̃ falsa figure oratõis sicut ponit vna fallacia figure dictionis. Et quare secundum multiplex potẽtiale dictionis non sumuntur due fallacie sicut secundum multiplex potentiale orationis. Ad primam partem questionis respondetur q̃ sicut ẽ aliq̃ fallacia figure dictõis incõplexe ita est aliq̃ fallacia figure oratõis quando scilicet fit deceptio propter similitudinem vnius oratiõis cũ alia quantum ad formam propter quam conuenientiam creditur q̃ vna earum habeat eandem significationem sententiam et proprietatez sicut et alia et illa vocatur fallacia figure dictiõis generaliter accipiendo fallaciam figure dictionis.

Ad secundam partem dubij respondetur q̃ sicut secundum multiplex potentiale orationis sumuntur due fallacie ita secundum multiplex potẽtiale dictionis pñt sumi due fallacie. Uerũ tamen quia non ita frequenter decipiũt ideo neq; aristoteles neq; autor noster curauerunt distinguere illas duas fallacias quia de ipsis esset eodem modo dicendum proportõaliter sicut de fallacijs compositionis et diuisionis. Et hic autor noster probat numerum istarum fallaciarum duobus modis scilicet inductione ꝛ silogismo vt clare patet in textu.

Sciendus est secundo q̃ fallacie in dictione distinguntur penes modos multiplicis. ideo autor diffinit illos modos. Et diffinit sic multiplex. Multiplex est dictio vere vl̃ apparenter plura significans. Ex quo sequitur q̃ ad muultiplex requiritur vnitas vocis et pluralitas significatorum. Et diuiditur multiplex in multiplex actuale et potentiale et fantasticum Quorum sic habetur sufficientia. quia in omni multiplici est vnitas vocis et pluralitas significatorum. vel ergo illa vox habet vere plura significata vel apparenter. Si apparenter sic ẽ multiplex fantasticum. Si vere hoc est dupliciter q̃ vel illa vox est vna actualiter et sic est multiplex actuale. vel potentialiter et sic est multiplex potẽtiale. Et dicitur multiplex quasi multa plicans in vnum. ideo multiplex actuale in quo est

multiplex vnitas plurium significatorum est p/fectius multiplex ꝙ multiplex potentiale. Ideo autor primus determinat de fallacijs que habent fieri secundum multiplex actuale ꝙ de alijs.

Unde multiplex actuale est dictio vel oratio vna secundum substantiam et modum proferendi diuersa tamen significans. In qualibet enim dictõe sunt duo scz materia que sũt littere et sillabe. et forma que est modus proferendi.

Et circa hoc põt oriri duo dubia. Primum est vtrum multiplex actuale significet sua significata simul copulatiue aut disiunctiue. Ad qõ respondetur ꝙ terminũ multiplicem significare sua significata copulatiue aut disiũctiue põt eẽ dupl'r. Uno mõ ꝙ cõstructio copulat hoc vbum significat pluries sumptũ. vt si dicat canis curit. canis significat canez latrabilez. ꝛ significat piscem marinũ. et significat sydus celeste. et sic ois terminus multiplex significat sua significata tã copulatiue ꝙ disiunctiue. Alio mõ põt intelligi sic ꝙ oratio in qua ponitur tale multiplex subordinetur vni mentali copulatiue aut disiunctiue composite ex significatis illius multiplic/ et sic multiplex nec significat sua significata copulatiue vel disiunctiue sed inconiuncte. Cuius ratio est quia si significarz ea copulatiue aut disiunctiue tunc propositio in q̃ poneret' tale multiplex equiualerz vni copulatie aut disiunctiue et sic nulla talis propositio esset distinguenda. ſz omnis talis essz simpliciter concedenda vel simpliciter neganda.

Sciendum est tercio ꝙ

aliud dubium incidens circa multiplex actuale est istud. Utrum signum vniuersale additus termino multiplici distribuat ipsum vnica distributione pro omnibus suis significatis. Ad hoc respondetur ꝙ non. et ratio est quia si distribueretur pro omnibus suis significatis tunc ibi esset bonus silogismus. omnis canis currit. sidus celeste est canis. ergo sidus celeste currit. consequens est falsum. ergo et id ex quo sequitur. Et consequẽtia patet quia talis regularetur per dici de omni et ibi aliquid subsumeretur sub subiecto distributo pro omnibus suis significatis. Sed si debeat talis terminus equiuocus distribui pro omnibus suis significatis oportet ꝙ tot distributionibus distribuatur quot habet significata. Sed vltra hoc est dubium aliud. vtrum scilicet omnis propositio in qua ponitur terminus equiuocus sit distinguenda. Ad hoc respondetur per duas conclusiones. Prima est nulla propositio in qua ponitur equiuocum a consilio ratione talis equiuoci est distinguenda. Probatur quia vel tale equiuocum per se sumit' et sic stat pro eius principaliori significato. vel sumitur cum determinatõe distrahente ꝛ sic stat pro eius minus principali significato. sed nulla istarum est distinguende ratione talis equiuoci. ergo conclusio vera. Maior patet quia distinctõ prouenit ratione multiplicitatis. sed in nulla illarum propositionum ponitur equiuocum a casu sed a consilio per se vel cum restrictione. Et tales propositiones in quibus ponuntur ipsa equiuocata a consilio non sunt distinguende. ergo ꝛc. Secunda conclusio est ista. Omnis propositio in qua ponitur equiuocuz a casu nõ restrictum per aliquam restrictionem ad standum precise pro vno suorum significatorum est distinguenda. Probatur quia omne tale habet plura significata eque primo. et per consequẽs omnis propositio in qua ponitur tale equiuocũ est distinguenda quia habet plures sensus ratõne cuius multiplicitatis sensuum debet distingui. Et notanter dicitur nisi tale equiuocum sit restrictum quia si esset restrictum per aliquaz determinationem ad standum precise pro vno suorum significatorum tunc ratione illius propositio non esset distinguenda. Unde multiplex potentiale est dictio vel oratio eadem secundum substantiam et diuersa secundum modum proferendi diuersa significans. Exemplum de dictione vt populus. aliquando enim pfertur prima longa et aliquando prima breui et secunduz hoc habet diuersa significata. Exemplus dẽ oratione vt album esse nigrum est possibile. hec enis oratio est multiplex secundum compositionem ꝛ diuisionem. Et in tali multiplici est vnitas vocis siue materie et non modi proferendi siue forme. Potentia enim se tenet ex parte materie. Multiplex autem fantasticum est dictio vnum significans que tamẽ videtur aliud significare propter conuenientiam eius in parte cum alia dictione. vt vigere significat qualitatez eo ꝙ significat vigorem que est naturalis potentia et tamen pp ter conuenientiam eius cum agere in parte cum alia dictione videtur significare actionem. Et dicitur multiplex fantasticum eo ꝙ in rei veritate non habet plura significata sed solum secundum visionem seu apparentiam.

Sed contra predicta

arguitur. Primo sic. Unius signi tantum est vnum significatum. ergo vna dictio non potest plura significare. Secundo arguitur sic: Significatio est forma dictionis. ergo dictõ plura significans non est vna formaliter. Tercio arguitur sic. De ratione multiplicitatis ẽ pluralitas. ergo vbi est maior pluralitas ibi est perfectius multiplex et minor vnitas. Sed quando dictio est diuersa secundum significatum et modum proferendi ibi est maior pluralitas ꝙ quã do est diuersa secundum significata tantum. g? mltiplici actuali erit vnitas voc/ ꝛ mõi pferẽdi

Quarto arguitur sic. oñe multiplex hz plura significata. sz multiplex fantasticū ñ hz plura significata. ergo tale non est multiplex.

Ad rationes. Ad primā dr cōiter q ꝙuis vnius significati capti formaliter sit tm̄ vnuz significatū nō tm̄ materialiter capti pñt esse plura significata. Dicit' vltra z melius negando añs. q sicut vnius patris pñt esse plres filij ꝙuis referat' ad illos p diuersas paternitates. sic etiā vni⁹ signi pñt esse plura significata ꝙuis referat' ipm ad illa per diuersas significationes. Ad scdam dr q si accipiat' dictio ppie sp aggregato ex voce z significatōne sic significatio est forma dictōis. Si vo accipiatur p voce tm̄ sic modus proferendi est forma eius. Ad terciam dr q de rōe multiplicitatis est q ibi sit multitudo significatoz sz nō pluralitas vocis z modi pferēdi. Ideo vbi ē maior vnitas vocis dū tm̄ ibi sit multiplicitas pfecta significatoz ibi pfectius est rō multiplicitatis. Ad quartā dr q ꝙuis multiplex fantasticū scōm rei veritatē nō hē at plura significata tm̄ hēt ea scōm apparentiaz z hoc sufficit. Ad hoc enī q aliquid dicat' multiplex sufficit q significet plura vere vl apparēter

Equiuocatio est multiplicitas dictōis eiusdē scōz substantiā z modū proferendi. vt in hoc nomine canis. Sciendū est q in q̄libz fallacia ē duplex causa. s. causa apparētie z causa defectus. Causa apparētie in qualibz fallacia est q̄ mouet ad credendū id qđ nō ē credendū. Causa defectus est que ostēdit creditū esse falsuz. Causa apparētie in equiuocatiōe ē vnitas dictōis eiusdē scōm substantiā z scōm modū proferendi diuersa significantis. Causa defectus siue falsitatis est diuersitas significatoz. Unitas enīz p̄dicta in equiuocatōe mouet ad credendū qđ nō est. scz vnitatē significādi. Diuersitas autē ostēdit creditū esse falsum

Equiuocatōis tres sunt mōi Sz prio videndū ē q̄d sit fallacia equocatiōis. Uñ fallacia equocatōis est deceptio ꝓueniēs ex eo q aliq̄ dictio manēs vna scōm substantiā z scōm modū proferendi diuersa significat.

Primus autē mod⁹ ꝓuenit ex significatōe vel ꝙsignificatōe dictōis. Ex significatōe sic paralogisat'. oīs canis currit. sid⁹ celeste ē canis. g° sydus celeste currit. Solutio vtraqz p̄missaz est duplex. q hoc nomē canis ē multiplex equiuoce significās aial latrabile. sydus celeste. et piscez marinū z sic maior vno mō est vera. z alio mō falsa. z similr minor. Uel sic. oñe expediens est bonū. malū est expediēs g° malū est bonū. Solutio expediēs dr equiuoce. Uno mō idē est qđ bonū. Alio mō idez ē qđ necessariū qđ accidit in minus malū. qđ oportet fieri ad euitā duz maiꝰ malū. Uñ vtraqz premissaz ē duplex. q vno mō est vera. alio mō ē falsa. Ex ꝙsignificatōe paralogisat' sic. iste pānus ē de āglia. āglia ē terra. g° iste pānus ē de terra. Non sequit q prima est duplex ex eo q hec

prepositio de potest dicere circumstantiam cause materialis et sic est falsa. vel potest dicere locum et originem et sic est vera. vel sic in quocūq; est egritudo ipsum est animal. sed in humorum inadequatōe est egritudo. g̃ humor inadequatio est aial. Prima ē duplex. q̃ hec prepositio potest dicere causā efficientem et sic est falsa. vel causam formalez siue subiectuz in quo est et sic est vera. Similiter dicendum est de minori. vel sic. proprium est qualitati secundū eam simile dissimile dici. sed secundum similitudinem dicitur aliquis similis vel dissimilis. ergo similitudo vel dissimilitudo sunt qualitates qō falsum est. ymo sunt relationes. Prima est duplex eo q̃ hec prepositio secundum potest dicere circumstantiam cause efficientis et sic est vera quia due qualitates eiusdem speciei faciunt vnam similitudinem et sic qualitas est causa efficiēs similitudinis. Si autem dicat circumstantiā cause formalis sic est falsa. q̃ qualitas non est causa formalis similitudinis. Et econuerso dicēdū est de minori. Similiter omne sanū est animal. vrina est sana. ergo vrina est animal. vtra q̃ premissaz est duplex q̃ sanū dicitur de aiali vt de subiecto. et de vrina vt de signāte vel iudicante. de cibo vt de efficiēte. de dieta vt de seruante. et sic alio z alio modo sanitas ad hec cōparatur. et scōm hoc habz diuersas significatōes Ex significatiōe sic paralogisat̄. quicunq; sanabat̄ sanus est. laborans sanabat̄. ergo laborās sanus est. Minor est duplex ex eo q̃ hoc participiū laborās pōt dicere pñs tempus et sic est ꝟa z tunc est sensus laborās nunc sanabatur. Si autē dicat preterituz sic est falsa. z sic est sensus laborans tunc sanabatur. et econuerso dicendū est de cōclusione. laborans enim equiuocuz ē ad laborantē nūc z ad laborantē tūc. Et eodē mō est hic. q̃ cunq; surgebat stat. sedens surgebat. ergo sedēs stat. z eodez modo respondēduz est sicut fuit responsum ad alium paralogismuz: Alio modo potest fieri ecōuerso quando dictio pōt teneri materialr vel cōsignificatiue sicut hic. deꝰ ē vbiq;. vbiq; ē aduerbiū. ergo deꝰ est aduerbiuz. Dicenduz q̃ prima est duplex eo q̃ hec dictio vbiq; pōt

teneri materialiter vel consignificatiue. si materialiter sic est falsa. si consignificatiue sic est vera. sed nō sequitur conclusio

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. In hac ꝓpositione. hoīes esse aīal est necesse est compositio. et tamen non est eorum que debent diuidi falsa vnio. ergo diffinitio compositionis non est bona Secundo arguitur sic. fallacia compositionis et diuisiōis habent eandem causam apparentie. gꝰ nō sunt fallacie distincte. antecedēs patet quia causa apparentie vtriusq; est materialis vnitas dictiōis

Tercio arguitur sic. oratio primo significat compositionem siue diuisionem suorum extremorum. sed duo extrema nō possunt vniri diuersis vnionibus. ergo eadem oratio non potest habere diuersas significationes. Quarto arguitur sic. modus proferendi in oratione se tenet ex parte prolationis litterarum et sillabarum dictionis. sed in oratione compositā et diuisa eodem modo proferuntur littere et sillabe. ergo ille orationes non differunt secundum modum proferendi.

Ad rationes. Ad primā dicitur q̄ si accipitur compositō generaliter pro ordinatione partium orationis sic conceditur q̄ illa est compositā. sed si accipiatur specialiter. ꝓut solum reperitur incompositā falsa sic in illa oratione non est compositio. Ad secundaz dicitur q̄ fallacia compositōis et diuisionis habent bene eandem causam apparentie generalē scilicet materialem vnitatem orationis. sed non specialem. causa enim specialis apparentie fallacie compositōnis est materialis idēptitas orationis diuise vere et composite false. et econtra est de fallacia diuisionis. Ad terciam dicitur q̄ eorumdem extremorum non est diuersa cōpositio secundum eandem acceptionem intellectus sed tamen bene possunt diuersimode cōponi secundum diuersas acceptōes. Ad quartam dicitur q̄ licet in oratione compositā et diuisa eodem modo proferuntur dictiones secundum se. non tamen proferuntur quantum ad vnitatem earum inter se. quia quandoq; diuidūtur adinuicem et quandoq; componuntur.

Equitur de fallacia accētus. Accētus est certa lex et regula ad eleuandū vel deprimendū sillabam vniuscuiusq; dictōis. Et iste accētus diuiditur in accentū grauez acutum et circūflexum. Grauis est qui deprimitur in fine. Acutus accentus est qui in fine eleuatur. vel acuit. Circūflexꝰ est qui acuit̄ z deprimit̄ sil. vel circūflexus est qui pcedit ab ymo z procedit in altū. z finalr tendit in ymū. vt hierusalē. Fallacia accētꝰ ē ydoneitas decipi

endi proueniens ex multipli⸗
citate dictionis eiusdē scōz sub
stantiam: diuerse secundum
modum proferendi diuersa sig
nificantis. Causa apparent ie
huius fallacie est vnitas dictio
nis secundum materiam vel se
cundum substantiam solum.
Causa defectus est diuersitas
significatorum. Istius fal⸗
lacie duo sunt modi. Prim9
modus prouēit ex eo q aliqua
dictio potest proferri diuersis
accentibus. Ut hic. omms po⸗
pulus est arbor. genus ē popu⸗
lus. ergo genus est arbor. Di⸗
cendū ē q maior est duplex. q
prima sillaba huius dictionis
populus potest proferri longa
et sic est vera ⁊ non sequitur cō
clusio. vel potest esse breuis. et
sic est falsa. et sic sequitur con⸗
clusio. Similiter hic. ois ara
ē i tēplo. stabulū porcoz ē ara.
ergo stabulum porcorum est iu
templo. Dicendum hic sicut
prius. Similiter hic.
Quicquid hamatur hamo ca⸗
pitur. mulier amatur. ergo mu
lier hamo capitur. Dicendum
q maior est duplex ideo q hec
dictio hamat̄ potest referri cū
aspiratione. vel sine aspiratio⸗
ne. si primo modo sic est vera ⁊
non sequitur conclusio. si secun
do modo sic ē falsa et sequitur
conclusio. Vel sic. Quoscun
qviros iustum est pendere dig
num est penam pati. sed iustos
viros iustum est pendere. ergo
iustos viros dignum est penaz
pati. Unde vtraq premissaruz
est duplex eo q hec dictio pen⸗
dere potest proferri media lō⸗
ga vel media breui. Secū⸗
dus modus prouenit ex eo q a
liqua vox potest esse dictio vel
oratio. Ut hic. Tu es qui es. sz
quies est requies. ergo tu es re
quies. Dicendum q maior est
duplex eo q quies potest eē di
ctio vel oratio. si sit dictio tunc
est falsa et sequitur conclusio.
si sit oratio sic est vera ⁊ non se
quitur conclusio. Similiter
hic. Quicquid fecit deus inui⸗
te fecit deus coacte. sz deus fe⸗
cit vinum in vite. ergo deus fe
cit vinum coacte. Dicenduz q
maior ē duplex eo q inuite po
test esse oratio vel dictio. si dic⸗
tio sic est vera. et non sequitur
conclusio. vel potest esse oratio
et sic est falsa et sequitur con⸗
clusio. Similiter quicunq
habet dilectionem supernam
habet dilectionem dei. vsura⸗
rius habet dilectōez sup mnaz

ergo vsurari9 hz dilectõez dei Dicendum q hec dictio supernã põt capi dupliciter. vno mõ vt est dictio z sic minor est falsa et sequitur conclusio. Alio modo potest esse oratio et sic est vera et non sequitur conclusio. similiter hic metuo longanas pareunte nocte lidia dormis vnde hec dictio metuo potest esse dictio vel oratio.

Circa hunc textum notandum est primo q hic consequenter autor determinat de fallacia accentus. accentum sic diffiniens. Accentus est certa lex vel regula ad eleuandum vel deprimendum sillabam vniuscuiusqz dictionis. Per hoc q dicitur ad eleuandum vel deprimendum tangitur causa finalis. Et per hoc q dr sillabã vniuscuiusqz dictionis tangitur causa materialis i qua. Accentus enim primo conuenit sillabis et per sillabas dictionibus. et per dictiones oratõnibus. Et diuiditur in accentum grauem circumflexum et acutum. Accentus grauis est qui fit cum depressione. Accentus acutus est qui fit cum eleuatione sillabe. Accentus vero circumflexus est qui fit cum est mixtus ex depressione z eleuatione. Ideo accentus potest capi dupliciter. Uno modo stricte solum pro eleuatõne vl depressione cuiuslibet sillabe alicuius dictionis et isto modo capitur a prisciano qui diuidit eus in tria membra predicta. Alio modo capitur generaliter pro omni modo significatiuo proferẽdi vel scribendi aliquam dictionem incomplexã et isto modo capitur hic. Et notanter dicitur modus significatiuus quia eleuatio vel depressio sillabarum alicuius dictionis que fit secundum cantum non vocatur hic accentus quia talis eleuatio vel depressio non fit ad aliquid significandum sed propter melodiam habendam. Et ideo hic diffinitur accentus. Accentus est multiplicitas dictõis eiusdẽ scõm materiam et non secundum modum proferendi. Unde fallacia accentus est ydoneitas decipiendi proueniẽs ex vnitate materiali dictiõis diuerse secundus modum proferendi diuersa significantis. Et eius causa apparentie est illa materialis vnitas dictiõis Sed causa defectus est multiplicitas significatorum illius dictionis in modo proferendi. Et maxima confirmatiua huius fallacie est ista. omnis dictio eadem secundum materiam habet vnum significatum et vnum acccentum.

Scienduz est secundo q huius fallacie duo sunt modi. Primus prouenit ex eo q aliqua dictio potest regi diuersis accentibus sic scilicet q potest habere eandez sillabã longam et breuem. vel potest secundum eandez sillabam scribi cum aspiratione vel sine aspiratione. vt hec dictio populus si habeat primam productam significat arborem. Si vero habeat primam breuem significat gentem. Similiter pẽdere potest habere mediam longam et sic significat penam pati. Alio modo potest accipi actiue vt descendit ab hoc verbo pendo pendis. et sic habet mediam breuem et significat inferre suspendium. Exemplum de secundo. vt si hoc verbum amo scribatur sine aspiratione tunc significat diligere. Si vero scribatur cum aspiratione tunc significat idem q capere hamo. vel est ablatiuus huius nominis hamus hami z sic significat instrumentum ad capiendum pisces. Et secundum hunc modum paralogisatur sic. quicunqz vult pendere vult suspendi. sed torto pẽdens homines vult pendere. ergo torto vult suspendi. Similitur quicquid hamatur hamo capitur. mulier amatur. ergo mulier hamo capit. Et debent solui per distinctionem illaruz propositionum in quibus ponitur dictio multiplex.

Sciendum est tercio q secundus modus huius fallacie prouenit ex eo q aliqua vox potest esse dictio vel oratio. vt prestat potest esse dictio vel oratio. potest enim esse verbum cum prepositione. Similiter supernam potest esse nomen accusatiui casus. et potest esse prepositio cum suo casuali. Similiter metuo potest esse vna dictio. et sic est verbum. et potest eẽ tres dictiones. scilicet duo pronomina cum interiectione. puta me. tu et o. z potest esse duo pronomina. scilicet me et tuo. et potest esse ablatiui causus huius nominis metus cum hac interiectione o. vt metu et o. Et secundum hoc sic potest paralogisari. quicunqz dicit metuo longas pereunte noctes lidia dormis non dicit se timere sed quicunqz dicit metuo longas pereunte noctes lidia dormis dicit se timere. ergo dicens se timere non dicit se timere. Et soluitur distinguendo premissas secundum distinctionem compositaz Similiter sic paralogisatur. quicunqz dicit heu quia nam tanti cinxerunt ethera nimbi respondet. sed dicens heu quia nam tanti cinxerunt ethera nimbi interrogat. g9 interrogãs respõdz Et soluitur per distinctionem huius dictõnis q nam ipsum potest teneri interrogatiue vel respõsiue. Et similiter possunt formari alij paralogismi qui oĩs similiter hẽnt solui sicut precedens

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. hec dictō populus est equiuoca. ergo facit fallaciam equiuocationis et nō accentus. Secundo sic arguitur. accentꝰ impedit deceptionem. ergo accentus non est ydoneitas decipiendi. Antecedens patet quia secūdum diuersos accentus distinguntur dictiones penes diuersa significata. Tercio arguitur sic. supernam aliter scribitur quando est vna dictio et quando est plures. ergo illa non est eadez ex parte materie nec potest aliquem decipere ex parte accentus. Quarto arguitur sic. nullus accentus est corpus. ergo nullus accentus est grauis.

Ad rationes. Ad primā dicitur q̄ si accipiatur equiuocatio generaliter pro omni multiplicitate vocis sicut hec dictō populus est equiuoca. sz si capiat̄ specialr pro multiplicitate dictionis eiusdem scōm materiam et formam sic ipsa non est equiuoca. Ad secundam dicitur q̄ illa dictio que potest regi diuersis accentibus habet duo sez vnitatem materialem vocis et ratione illius accentus est ydoneitas decipiendi. et cuz hoc habet diuersos modos proferendi qui apud sciētes sunt causa cognoscendi multiplicitatem significatorū. Ad terciam dicitur q̄ paralogismi secundi modi raro decipiunt in scripto. tamen bene decipiunt in voce eo q̄ in scripto faciliter percipitur differentia et in voce parua est differentia quia soluz in modo proferendi quia non potest faciliter percipi. Ad quartam dicit̄ q̄ si capiatur ly graue proprie sic solum conuenit corpori. Si vo trā sumptiue sic bene conuenit dictioni vel oratiōi

equitur de fallacia figure dictionis. Fallacia figure dictiōis vltimo ponitur inter fallacias in dictōne. quia facit multiplex fantasticum. Figura enim est que termino vel trminis clauditur. termino. vt circulus. terminis: vt triangul⁹ quadriangulus: z similitudinarie. Fallacia figure dictōis est similitudo dictionis cum dictione penes finalem terminationem in parte non idem significante et facit multiplex fantasticum. Est autem multiplex fantasticū quando aliqua dictio significat vnum et videtur significare aliud propter similitudinem quam habet in pte cum alia dictione. vt videre significat passionem et videtur significare actōez propter hoc q̄ est simile huic verbo agere. Causa apparentie huius fallacie est similitudo dictōis in parte cum alia dictione non idem significante. Causa defect⁹ huius fallacie est diuersitas eoruz que videnr̄ esse similia. Ista autem similitudo fit tribus modis. scilicet voce. significatione et suppositione. z secundū hoc tres sunt modi huius fallacie.

Primus modus prouenit ex simili terminatione dictiōis cū alia dictione. Ut qualiscunq̄ ē musa talis est poeta. sed musa est femini generis. ergo poeta est femini generis. Dicendū q̄ nō sequitur q̄ si aliqua sint eiusdem terminatiōis: q̄ sint pp terea eiusdem generis. Similiter hic. omnis aqua est humida. fluuius ē aqua. ergo fluuius est humida. Dicendum q̄ non oportet q̄ si fluuius sit aq̄

q̄ ergo quicquid dicatur de aqua q̄ hoc etiaz dicatur de fluuio sub eadem determinatõne Uel sic. Omnis homo est albꝰ mulier est homo. ergo mulier ẽ albus. Unde in omnibus predictis paralogismis masculinum interpretatur femininum Aut si formetur sic paralogismus. musa z poeta similiter terminant. sed musa est femini generes. ergo poeta. tunc non est ibi fallacia figure dictionis sed fallacia consequentis a cõmuniter accidẽtibus. vt postea patebit. Secundus modꝰ prouenit ex mutatõe vnius predicamenti in aliud. vel quãdo vna spẽs vnius predicamẽti mutat in aliã speciem. Ut hic. quicquid heri emisti hodie comedisti. carnes crudas heri emisti. ergo carnes crudas comedisti Dicendum q̄ non sequitur. q2 quicquid dicit rem de predicamento substantie. crudum dicit rem de predicamento qualitatis: z sic proceditur de vno predicamento in aliud. Et similiter hic. Quicquid heri vidisti hodie vides. sed vidisti heri album. ergo album hodie vides Dicendum q̄ non sequitur. q2 album significat per modum q̄litatis. quicquid vero dicit rez de predicamento substantie.

Similiter hic. Do tibi solũ denarium. sed solum denariuz non habeo. ergo do tibi qõ nõ habeo. Dicendum q̄ hec dictõ solum dicit relationem. quia vt habetur in secundo elenchorũ solum dicitur quasi non cum alio. z hec dictio quod dicit substantiam. et sic proceditur a relatione ad substantiam. Similiter est hic. Aliquis dat cito equum. sed nõ habet cito equũ ergo aliquis dat cito quod nõ habet. Dicendum q̄ non sequitur quia cito dicit modum actꝰ siue qualitatem. et quod dicit substantiam. z sic proceditur a qualitate ad substantiã. Similiter hic. si pceditur ab vna specie vnius predicamenti ad aliam. vt quantoscunq̄ digitos heri habuisti hodie habes. decem digitos heri habuisti. ergo decez digitos hodie habes posito q̄ vnuz amiseris. Dicendũ q̄ nõ sequitur: quia hec dictio quantoscunq̄ dicit quantitatẽ continuam. et hec dictio decez dicit quantitatem discretam.

Tercius modus prouenit ex diuersa suppositõne termini Ut homo est species. ergo ali-

quis homo est species. Et hec homo est dignissima creaturarum. ergo aliquis homo est dignissima creaturarum. hic ē progressus a simplici suppositōne ad personalem. Similiter hic. Omnis homo est animal. ergo omnis homo est hoc animal. Similiter hic. Animal est sortes animal est plato. et sic de alijs. ergo animal est omnis homo. hic fit processus a pluribus determinatis ad vnam determinatam. Et iste modus solet appellari. vniuocus. quia ille terminus animal vniuoce et equaliter sic se habz ad omnia suppositā vnde in qualibz premissarum supponit pro vno. in conclusione vero pro pluribus et sic variatur eius suppositio.

Et intelligendum q̄ in predictis quale quid iterpretatur hoc aliquid idest commune vel vniuersale interpretatur singulare. sic enim animal est hoc aliquid si tunc arguatur animal est sortes. animal est plato z sic de alijs. ergo animal est omnis homo. est bonum argumentum sicut hic. sortes currit. plato currit et sic de alijs. ergo oīs homo currit. Similiter hic nō sequitur quando fit processus ab immobili suppositione ad mobilem. vt omnis homo est animal ergo omnis homo ē hoc animal et sic de alijs. hos tres mō spōit aristoteles dicēs q̄ figura dictionis fit quando interpretatur non idem vel diuersum. vt masculinum femininuz vel neutrum vel econuerso. Et rursus quid interpretatur quale vel quantum iteruz quando commune interpretatur singulare vel hoc aliquid.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ consequenter autor determinat de fallacia figure dictionis que peccat secundum multiplex fantasticum. Unde figura accipitur dupliciter. vno modo accipitur proprie et sic diffinitur. Figura est que termino vel terminis clauditur. vt triangulus vel quadriangulus. Alio modo accipitur similitudinarie pro figura dictōis z hoc mō sic diffinitur. Figura dictōnis est similitudo dictōis in pte cū dcōe nō idē significante. Fallacia enim figure dictionis est ydoneitas decipiendi prouenies ex similitudine dictionis cuz dictione in parte non idem significante. Et debet hic accipi significatum generaliter. Causa vero appprentie est similitudo dictionis cuz dictione. Causa vero defectus est diuersitas earū penes significationem vel consignificationem. Et ita patet q̄ fallacia figure dictionis fit ex eo q̄ credunt similes dictiones habere similes significationes vel consignificatōes. Ad ad hoc q̄ fiat fallacia figure dictionis tres conditōnes requiruntur. Prima est q̄ ille dictiones sint eedē secundum materiam. Secunda est q̄ conueniāt secundum vocem et etiam q̄ conueniant in aliquo alio modo: Tercia est q̄ differant in significatione vel consignificatione. Et huius fallacie tres sunt modi principales. Primus modꝰ prouenit ex simili terminatione vnius dictionis cū alia dictione. scilicet q̄ prouenit ex eo q̄ propter similitudinem aliquarum dictionum in aliquo accidentevolumus inferre similitudinez in aliquo alio. Et quia tria sunt accidentia que cōmuniter se consequi videntur scilicet terminatō significatio et modus significandi. ideo iste primus modus diuiditur in tres partiales. Pri-

mus prouenit ex eo q̄ ex simili terminatione volumus inferre similem significationem aut similem modum significandi. vt si sic arguatur cale facere significat agere. ergo vigere significat agere. quia ille dictiones similiter terminātur. vel sic musa est femini generis. ergo papa est femini generis quia habent similem terminationem. Secundus modus specialis prouenit quando propter similitudinem in modo significandi volumus inferre similitudinem in re significata. vt calefacere significat agere. ergo audire significat agere. eo q̄ habent eundē modū significandi. Tercius modus est quando pp ter similitudinem aliquam in re significata volumus inferre similitudinem in modo significādi. vt petra et lapis idem significant. sed petra est feminini generis. ergo lapis est feminini generis. Solutio oim predictorum paralogismorum et similium debet dari negando consequentiam eo q̄ propter similem terminatiōem non sequitur similitudo in re significata aut in modo significandi. nec propter similitudinem in re significata sequitur similitudo in modo significandi aut econtra. Et ad istum modum reducuntur omnes paralogismi qui prouenium ex similitudine vnius propositionis cathegorice cū alia cathegorica. scz q̄ propositiones cathegorice creduntur habere easdem significationes vel proprietates propter hoc q̄ sunt similes in voce sicut hic semper homo fuit et homo fuit semper Et similiter reducuntur ad eum oīes paralogismi qui prouenūt ex similitudine vnius totalis argumentationis cuz alia. sic q̄ creditur aliqua argumentatio esse bona propter similitudinem quam habet cum alia argumentatione bona. vt sic paralogisando. q̄cunq; fuisti parisi⁹ fuisti homo. bis fuisti parisius. ergo bis fuisti homo. propter similitudinem quam habet cuz ista. quotienscunq; fuisti parisi⁹ totiens fuisti homo. bis fuisti parisius. ergo bis fuisti homo.

Sciendum est secundo q̄

secundus modus principalis huius fallacie prouenit ex eo q̄ fit mutatio vnius predicamenti in aliū. i. quādo sub termino distributo vnius predicamenti fit subsumptio de re alterius predicamenti. Vt si sic arguatur. Quicquid heri emisti hodie comedisti. crudum heri emisti ergo cruduz hodie comedisti. Similiter quicquid heri vidisti hodie vides. album heri vidisti. ergo album hodie vides. Similiter quicquid fuit heri nigrū hodie est album. album fuit heri nigruz. ergo album hodie est nigrum. Ad omnes istos paralogismos et similes respondetur negando consequētiaz quia in illis sub termino distributo prorebus de predicamento substantie subsumitur res de predicamento qualitatis. quicquid enim distribuit tantum de rebus de predicamēto substantie. et tamen album et nigrum et cruduz significant qualitatem in concreto nec sunt in predicamento substantie. Iste etiam modus cōmittitur quando fit mutatio vnius speciei vni⁹ predicamēti in aliā speciem eiusdē predicamēti. vt si sic arguatur. quantoscunq; digitos heri habuisti hodie hēs. sz decē digitos heri habuisti. g⁹ decem digitos hodie hēs. premissis existentibus veris conclusio est falsa. posito q̄ amiseris vnū digitum. ideo debet negari consequētia. quia in maiore fit distributio pro quantitate continua z in minore subsumitur pro quantitate discreta.

Sciendum est tercio q̄

tercius modus huius fallacie prouenit ex diuersa suppositōe. Et hoc contingit vno modo arguendo a suppositione simplici ad personalez aut econtra a personali ad simplicem. vt sic arguendo homo est species. ergo aliquis homo est species. aial est genus. ergo aliquod animal est genus. aliquis homo non est species. ergo hō non est species. z sic de similibus. Et debent sic solui ista argumenta negando consequentiaz eo q̄ fit mutatio simplicis suppositionis in personalem aut econtra. Secundo modo fit iste modus arguendo a pluribus determinatis suppositionibus ad vnam determinatam. Arguere autem a pluribus determinatis ad vnā determinatā est arguere ab antecedēte in quo omnia singularia alicuius vniuersalis predicantur de aliquo termino indefinite aut particulariter sumpto ad consequens in quo vniuersale illoz singulariuz vniuersaliter sumptum predicatur de eodem termino indefinite vel particulariter sumpto. vt sic arguendo. animal est sortes. aial est plato et sic de alijs. ergo animal est omnis homo. et ibi. caput habet sortes. caput habet plato. ergo caput habet omnis homo. Ista argumenta et similia soluuntur per negationem consequentie eo q̄ arguitur a pluribus determinatis ad vnam determinatam.

Sed contra predicta arguitur.

primo sic. nulla est fallacia figure oratonis. ergo nulla est fallacia figure dictionis. tenz consequentia eo q̄ sicut figura est determinatio dictionis ita est determinatio orationis a simili

Secundo arguitur sic. res vnius predicamenti nunq̄ mutatur in rem alterius predicamēti. substantia enim nunq̄ mutatur in quantitatē vel qualitatem. ergo male assignatur secundus modus. Tercio aguitur sic. deceptio que prouenit ex parte significatorum dictionis prouenit ex parte rei. ergo fallacia figure dictionis non est fallacia in dictione sed extra dictionem.

Quarto arguitur sic. multi sunt silogismi

in quib⁹ arguit'a diuersa suppositõe termini et tamen illi sunt boni et perfecti. ergo male dicit' q tercius modus huius fallacie prouenit ex diuersa suppositione termini. Antecedens patet i primo et tercio modis prime figure et in multis alijs vbi medium in prima propositione suppo nit distributiue et in secunda confuse tãtum vel determinate. ergo ibi est variatio suppositionis

Ad rationes. Ad primã

dicitur q ibi dictio non capitur pro dictione incomplexa sed pro omni significato ad placitũ instituto ideo figura dictionis reperitur tã in voce incomplexa q̃ oratione. Ad secundam dicitur q non est intelligendum q res vniusp̃dicamenti mutetur in rem alterius predicamẽti realiter sed mutatur tantum secundum subsumptionem. sic scilicet intelligendo q sub reb⁹ distributis vnius predicamenti fit subsumptio pro rebus alterius predicamenti. Ad terciam dicitur q paralogismi causantes fallacias figure dictionis possunt considerari dupliciter. vno modo ex parte rei et secundum se z sic sumitur fallacia extra dictionẽ ab ipsis. Alio modo considerantur secundus q in ipsis vna dictõ hz similitudinẽ cũ alia. et sic causant fallaciam in dictione. non est enim inconueniens q in eodem paralogismo sint plures fallacie et in dictione et extra dictiõez ymo frequenter vbi est fallacia figure dictionis ibi est fallacia accidẽtis Ad quartam dicitur q tercius modus huius fallacie habet fieri quando est mutatio suppositiõis vnius generis remoti in aliud genus remotum. et non propinquum.

Equitur de fallacijs extra dictionem que sunt septem. scilicet accidens. secundum quid ad simpliciter. ignorantia elenchi. petitõ principij consequens. non causa vt causa. secundum plures interrogationes vt vnam. Differũt iste fallacie a fallacia in dictione. quia fallacie in dictõne habent causam apparentie ex parte vocis. Sz fallacie extra dictionem habent causam apparentie et defect⁹ ex parte rei et non ex parte vocis. et propter hoc dicuntur extra dictõem.

Circa hunc textum notandus est primo q consequenter autor determinat de fallacijs extra dictionem que non dicuntur fieri extra dictionem eo q cum fiant non fiant per dictionem. sed quia non sumunt causam apparentie ex parte dictionis sed ex parte rei. fallacie enim tam in dictione et extra dictionem sumunt causam defectus ex parte rei. vt fallacie in dictione ex parte pluralitatis significatorum. et fallacie extra dictionem ex parte diuersarum habitudinum diuersarum rerum inter se que habitudines ignorantur a respondẽte. Sed differunt dupliciter. Primo q fallacie in dictione sumunt causas apparentie ex parte dictionis. fallacie vero extra dictionem ex parte rei. scz propter partiales conuenientiam aliquaz reruz inter se. Secũdo differunt in modo decipiendi. quia fallacie in dictione magis decipiunt hominẽ disputando cuz alio q̃ cum seipso ideo q ignorat multiplicitatẽ dictionis. Sed fallacie extra dictionez magis decipiunt hominem cum seipso disputantez q̃ cuz alio. quia homo silogisans per seipsum decipit' cum ignorat habitudinem rerum. Tercio differunt in solutione suorum paralogismorum quia omnes paralogismi in dictõne soluuntur per distinctionem premissaruz aut conclusionis. excepta fallacia figure dictionis cuius paralogismi soluuntur per negationem consequentie. Sz omnes paralogismi fallaciarum extra dictionẽ soluuntur per negationez consequentie. excepta fallacia petitionis principij. que soluitur per negationem antecedentis. Et sunt septem fallacie extra dictionem. scz accidens. secunduz quid ad simpliciter. ignorantia elenchi. petitio principij. consequens. non causa vt causa. et secundũ plures interrogationes vt vna. Quaz sufficientia sic habetur. Quia omnis fallacia extra dictionem peccat contra verum elenchum. aut ergo peccat in probatione tantum et sic est petitõ principij. vel in illatione et hoc dupliciter. q vel in ea est apparens consequentia silogismi vel entimematis. Si silogismi hoc est dupliciter vel silogismi ostensiui et sic est accidẽs. vel ad impossibile et sic est nõ causa vt causa. Si vero sit ibi apparens consequentia entimematica et habitudo logicalis hoc est quadrupliciter. quia aut ibi est apparenter locus a parte in modo ad suũ totum et sic est secundũ quid ad simpliciter. aut habitudo partium simul sumptarum ad suũ totum et sic est ignorantia elenchi. aut habitudo conuertibilium et sic est fallacia consequentis. aut habitudo totius integralis ad suas partes

et sic est fallacia secundum plures interrogationes vt vnam.

Sciendum est secundo q̄ fallacie extra dictionem sumunt suas causas apparentie ex parte rei. ideo numerus fallaciarum extra dictionem potest sumi secundum numerū diuisionum entis. Sunt enim septem diuisiones entis quarum vna est in substantiam et accidēs secundum quam sumitur fallacia accidentis. Alia est in ens perfectum et imperfectum secundum quā sumitur fallacia sc̄m quid ad simpliciter. Tercia est per ens oppositum ꝛ non oppositum secundum quam sumitur ignorantia elenchi. Quarta est per idem et diuersum secundum quam sumitur fallacia petitionis principij. Quinta per prius et posterius secundum quam sumitur fallacia consequentis. Sexta est per causam et effectum secundum quam sumitur fallacia a non causa vt causa. Septima per vnuz et multa secundum quam sumitur fallacia secunduz plures interrogationes vt vnam. Et quia in fallacia accidentis est maior ydoneitas decipiendi q̄ in alijs. ideo de ipsa autor noster determinat prius q̄ de alijs. Et q̄uis sint multe alie diuisiones entis priores istis. puta iste. Entium aliud reale aliud rationis. et entium realiuz aliud finitū et aliud infinituz ꝛ realiū finitoz aliud substantia aliud accidens. et sic de multis alijs diuisionibus. tamen iste diuisiones predicte sufficiēter videntur enumerari quo ad hoc scilz vt cuilibz istarum possit cozresponderе vna fallacia.

Sciendum est tercio q̄ solutio paralogismi ē manifestatio silogismi falsi. Et diuiditur per solutionem apparentez ꝛ per solutionez rectaz. Solutio apparens est manifestatio silogismi falsi nō ostendēdo propter quid est falsus. vt si negetur cōsequentia silogismi dicendo q̄ ibi est fallacia accidentis non ostendendo propter quid est fallacia. Sed solutio recta ē manifestatio silogismi falsi ostendendo propter quid est falsus vt cum ostenditur in speciali in aliquo silogismo propter quid est ibi fallacia. Et quia silogism⁹ potest dici falsus dupliciter. vno modo secundum premissas quando aliqua premissaruz est falsa. Alio modo secundum illationem quādo scz silogismus est peccans in forma ideo dupliciter potest fieri solutio recta que quidem est manifestatio silogismi falsi scz ostendendo falsitatem premissarum vel defectum quē habēt ita q̄ nō sunt disposite in modo et in figura

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. fallacie solum causant deceptionem in disputatione litigiosa. sed homo sibi ipsi non facit disputatōnez litigiosam. ergo male dictum est q̄ fallacie extra dictionem decipiūt hominem per seipsum considerando. Secūdo arguitur sic. fallacia consequentis est pars fallacie accidentis. ergo non sunt fallacie distincte. Tercio arguitur sic. ignorantia elenchi magis peccat contra verum elenchuz q̄ aliqua aliarū. ergo ipsa debet esse prior alijs. Quarto arguitur sic. paralogismi peccantes in forma debent solui per distinctionem vt dicitur secundo elenchorum. ergo paralogismi fallaciaruz extra dictionem cuz sint peccantes in forma debēt solui per distinctionem et non per negationē cōsequentie sicut prius dictum est.

Ad rationes. Ad primā dicitur q̄ q̄uis homo non faciat sibijpsi disputationem sophisticam credendo seipsum decipere. tamen quia ignorat habitudines rerum ideo disputando decipit seipsum. Ad secundam dicitur q̄ fallacia consequentis est pars fallacie accidentis in hoc sensu q̄ vbicūqz est fallacia cōsequentis ibi est fallacia accidentis. non tamen est pars formalis fallacie accidentis quia in eodem paralogismo sub diuersis rationibus reperiuntur ille diuerse fallacie. Ad terciam dicitur q̄ fallacie extra dictionem nō ordinantur secundum suas causas defectus sed secundum suas causas apparentie. ideo q̄uis ignorantia elēchi magis peccet contra verum elenchum q̄ aliqua aliarum. tamen quia in ea nō est maior causa apparentie q̄ in alijs ideo ipsa non debet esse prior alijs Ad quartam dicitur q̄ paralogismi extra dictionem possunt solui per distinctionem diuersarum habitudinum eiusdem rei. non tamen per distinctionem alicuius propositionis multiplicis de qua distinctōne intelligitur in presenti passu. et dictum aristotelis in secundo elenchorum intelligitur de distinctione diuersarū habitudinum eiusdem rei.

Inter has autem primo dicendum est de fallacia accidentis. Unde accidēs prout hic sumitur idem est quod extraneuz in parte idem et in parte diuersum. vt hic. homo ē species. sortes est homo. ergo sortes ē species. homo enim est in parte idē cum specie. scilicet quando arguit̄ pro re vniuersali. ꝛ in par

te est diuersum a specie. scilicet quando sumitur pro suppositi

Notandum q̄ in fallacia accidentis sunt ista tria. scilicz accidens et res subiecta et attributum. exemplum. vt homo est species. sortes est homo. ergo sortes est species. hoc medium homo est res subiecta. et minor extremitas est accidens. et maior extremitas est attributum. Causa apparentie est conuenientia aliquorum duorum in aliquo tercio secundum partem siue est partialis ydemptitas aliquorum duorum. Causa defectus est diuersitas eorundem.

Huius fallacie tres sunt modi. Primus modus prouenit ex eo q̄ aliquid vere predicat̄ de aliquo subiecto et pp ter hoc creditur dici de accidē te eius a quo est diuersum. vel quādo aliquid primo attribuitur rei subiecte in premissis. et postea attribuitur eius accidēti in conclusione. Ut hic. homo est species. sortes est homo. ergo sortes est species. Dicendū q̄ nō valet qr ille termin⁹ spēs qui est attributū assignat̄ inesse sorti qui est accidens eo q̄ dicitur de homine quod est res subiecta. Similiter hic. Animal est genus. homo est animal. ergo homo est genus Similiter hic. omne es est naturale. statua est es. ergo statua est naturalis. nō sequitur quia naturale vere predicatur d̄ ere ⁊ propter hoc attribuitur in conclusione statue quod non est verbū

Similiter hic. Cognosco corstrum. corstrus est veniēs. ergo cognosco venientem. Dicendū q̄ non oportet q̄ si cognoscas corstruz secunduz se q̄ propter hoc cognoscas sub illo accīte quod est vemens. Secūdus modus prouenit ex particulari ydemptitate aliquorum duorū in aliquo tercio. vel quando aliquod cōmune predicatur de aliquibus duobus cuz quibus est in parte idem et in parte diuersum. et propter hoc illa duo creduntur esse eadem inter se. Ut hic. sortes est homo. plato est homo. ergo sortes est plato Similiter hic. homo est animal equus est animal. ergo equus est hō. Dicendum q̄ non oportz q̄ si aliqua duo cōueniāt in aliquo tercio q̄ propter hoc cō ueniant inter se. Tercio⁹ modus prouenit quando ex duobus aliquibus duisiz sumptis male infertur aliquod ꝯiunctū

ſecundum accidens. vt iſte eſt albus et eſt monachus. ergo eſt albus monachus. Similiter hic iſte canis eſt pater ⁊ tuꝰ ergo eſt pater tuus. non ſequitur quia licz illa conueniant in aliquibus ſecundum partem. tamen ſecundum partem aliaz differunt. Et ſciendum qꝫ nõ licet inferre ex diuiſis coniunctuz vt habetur ſecundo periarmenias quãdo predicantur diuerſa accidentia ſibi inuicez p accidens conuenientia. ſicut album eſſe monachuz. Similiter quando duo predicantur quorum ſecundũ intelligitur in primo vt vniuerſale in ſuo ſpecialiori. vt iſte eſt homo et eſt aial ergo homo ẽ animal. quia animal intelligitur in homie ſicut album in homine albo. Sed in omnibus alijs licet ex diuiſis inferre coniunctum. Unde notandum eſt qꝫ quando aliqua duo accidentia predicantur de aliquo quorum primum in ſubiecto eſt per alterum ⁊ non per ſe. ex talibus diuiſim captis nõ licet inferre coniunctum vel econtra. vt iſte eſt albus. et ẽ monachus. ergo eſt albus monachus. naz albedo nõ eſt in ſubiecto ſecundum ſe ſed ſecundũ habitum. Similiter ex coniunctis non licz inferre diuiſum qñ illa que coniunguntur diminuunt de ratione alterius. vt iſte homo eſt mortuus. ergo eſt homo mortuus. In omnibus autem alijs licet ex coniunctis inferre diuiſum. ſed illud vltimũ argumentuz facit fallaciam ſecundum quid ad ſimpliciter.

Accidens ſic diffinitur ab ariſtotele. Accidens eſt quod ẽ extraneum in parte idem et in parte diuerſum. Secunduz accidens vero fiunt paralogiſmi quando idem ſimiliter fuerit aſſignatum ineſſe rei ſubiecte et accidenti. vt homo eſt ſpecies. ſortes eſt homo. ergo ſortes eſt ſpecies. homo enim ſecũdum qꝫ ſibi conuenit eſſe ſpeciẽ aliter capitur a modo per quez conuenit ſorti et platoni. qz cõuenit ei eſſe ſpeciem vt eſt eſſentia quedaz communis predicabilis de pluribus ⁊ prout eſt in pluribus ſic eſt in ſorte et platone. et ſic ſortes eſt accidens homo vero res ſubiecta. ⁊ ſpecies ſignificatur vtriſqz ineſſe. Unde accidens nõ ſumitur hic vt diffinit̃ a porphirio ſzvt dcm ẽ

Circa hunc textum notandum eſt primo qꝫ hic conſequenter autor determinat de fallacijs extra dictionẽ in ſpeciali. et primo de fallacia ac

cidētis ex eo ꝙ est efficacior ad decipiendū. Ratione cuius primo diffinit accidens dicens. Accidēs est quod est extraneū. i. in pte idē et in parte diuersum. Et potest accidens multis modis accipi. Primo pro illo qđ inheret secunde substantie et isto mō distinguitur contra substantiam et isto modo accipitur in illa diuisione entium aliud substantia aliud accidens. Scđo modo accipitur pro omni illo qđ aduenit rei et est extra intellectum eius. vt homo respectu asalis. Tercio modo capitur pro quinto predicabili. Quarto capitur pro casuali et fortuito. Quinto modo capitur pro propositione contingenti que ex eo dicitur accidens quia quandoqz est vera quandoqz falsa. Sexto mō capitur pro medio nō sufficienter ordinato ad ferendum conclusionem silogistice et de necessitate ꝙ. s. est extraneuz alterius quantū stat sub vno tercio. et hoc mō inferi ñ solū accidit superiori. et isto sexto capit hic. Unde dicit aristoteles primo elēchoꝝ ꝙ paralogismi huius fallacie deficiūt in hoc ꝙ ex premissis ñ sequit conclusio licet videatur sequi ex eo ꝙ habent apparentiam vere forme silogistice. Et dicit ꝙ hec est magis efficax ad decipiendum ꝑ quecunqz alia fallacia. et ꝙ scientes ab in sciis redarguūtur et tam sapientes ꝑ insipientes per eam decipiuntur. Unde in hac fallacia tria reperiuntur. scz attributuz accidens et res subiecta. Unde predicatum conclusionis in proposito vocatur attributum quia attribuitur subiecto. sed subiectum conclusionis dicitur res subiecta eo ꝙ subicitur in conclusione. et accidens dicitur mediuz talis silogismi eo ꝙ non est sufficienter ordinatuz ad inferendum conclusionem de necessitate in qua attributuz predicatur de re subiecta. Et quia concludendo directe maior extremitas est predicatū conclusionis et minor extremitas est subiectum ideo in paralogismis directe concludētibus maior extremitas est attributū et minor extremitas est res subiecta.

Sciendū est secundo ꝙ

aliqui sic diffiniunt fallaciam accidentis. Fallacia accidentis est deceptio proueniens ex ordinatione terminorum et duarum propositionum secundum propinquam formam vere forme silogistice propter quam apparet esse vera forma silogistica ex eo ꝙ omittitur aliquod requisitū ad veram formam silogisticam. Et ita causa apparentie eius est ordinatio terminorum et propositionuz in forma propinqua vere forme silogistice apparenter. Causa vero defectus est omissio alicuius requisitorum ad formam silogisticam. Et secundum hoc assignantur tres modi. Primꝰ habet fieri quando accidens est superius ad rez subiectam propter quod omne illud quod attribuitur accidenti sit attribuendum rei subiecte. Et secundum hoc paralogisatur sic. animal ē genus. homo est animal. ergo homo est genus. Similiter. omne es est naturale. statua est es. gꝰ statua est naturalis. Et iste paralogismus. hō non est indiuiduum. sortes est homo. ergo sortes nō est indiuiduum. Omnes isti paralogismi et sibi similes soluuntur negando consequentiam ex eo ꝙ propter partialem ydemptitatem accidentis et rei subiecte nō sequitur ꝙ quicquid attribuitur accidenti ꝙ attribuēduz sit rei subiecte. aut quic quid remouetur ab vno remoueatur ab altero. quia non oportet ꝙ si quid affirmetur vel negeꝫ de superiori ea parte qua differt ab inferiori ꝙ propter hoc negetur vel affirmetur de inferiori. quia medium non tenetur sub eadez ratione in ambabus premissis. Sed secundus modus huius fallacie prouenit ex eo ꝙ aliquod commune conuenit duobꝰ et propter hoc creditur illa inter se cōuenire. vt sic arguendo. plato est homo. sortes ē homo. ergo sortes est plato. Similiter homo est animal. asinus est animal. ergo asinus est homo Et omnes isti paralogismi soluūtur negando cō sequentiam propter causam prius dictam. Ex quo patet ꝙ ad hunc modum reducuntur oñes conbinationes inutiles de secunda figura et etiā de tercia. Et isti duo mōi possunt reduci ad vnū modum in quo reponuntur omnes conbinationes inutiles de quibus dictuz est in tractatu de silogismis simpliciter.

Sciendum est tercio ꝙ

tercius modus huius fallacie prouenit ex eo ꝙ ex aliquibus diuisis infertur coniunctuz. vt hic iste canis est pater et est tuus. ergo est pater tuꝰ. Similiter hic iste est monachus et est albus. ergo est monachus albus. Similiter hic. iste est clericus et est magnꝰ. gꝰ ē magnꝰ clericꝰ. Iste enim sequentie non valent eo ꝙ non oportet ꝙ si aliq̄ diuisim dicantur de aliquo ꝙ ipsa coniunctim sūpta dicantur de eodez. Non tamen est semper hec fallacia quandocunqz arguitur a diuisis ad cōiuncta. quia vt in pluribus in eis est bona consequentia suppositis aliquibus conditionibꝰ que videbuntur in secundo periarmenias. Dic enim est bona consequentia sortes est animal et est rationalis. ergo est animal rationale. Sed hec consequentia non valet. sortes est animal et est hō. ergo sortes est animal homo. eo ꝙ in cōclusione est nugatio. Nec etiam sequitur canis est pater et est tuus. ergo canis est pater tuus. eo ly tuus per se positum possessionem significat. non aūt quā do coniungitur cum hoc qđ est pater. Nec sequit iste est bonus et est scriptor. ergo est bonus scriptor. eo ꝙ bonum per se sumptum bonitatem moralem importat. non autez coniunctum huic qđ est scriptor. sd significat bonitatez artis. Et omnes tales paralogismi soluuntur per negationē

consequentie ostendendo causam quare non sequitur. Similiter qñ in cõclusione aliquis terminus appellat suã ratõez formalem quã tñ non appellabat in premissis cõmittitur fallacia accidentis penes primũ modum. vt nõ sequitur cognosco cozuscum. et cozuscus est venẽs. ergo cognosco venientem. Similiter non sequitur tu cognoscis quot denarios habeo in bursa mea. et hoc volo interrogare. ergo tu cognoscis quod volo interrogare. Jn minoꝛi autem istoꝛuꝫ paralogismoꝛ predicata nõ appellant suam rationẽ eo ꝙ ponit ibi aliqua dictio significãs actũ aie interioꝛẽ. et tñ in cõclusione appellãt suaꝫ rõem formalẽ eo ꝙ ponũtur ꝛba actuꝫ aie interioꝛem significantia.

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. nulla est fallacia substãtie. gꝰ a simili nulla est fallacia accñtis. Scõo arguitur sic. Jn oi paralogismo mediũ est in parte idẽ et in parte diuersuꝫ cuꝫ extremitatibus. gꝰ si hoc causat fallaciaꝫ accidentis in oi paralogismo erit fallacia accidentis. Tercio arguit sic. qõ est de quantitate rei nõ est sibi accidẽs. sꝫ superius est quantitate sui inferioꝛis. gꝰ superiꝰ non accidit suo inferioꝛi. Quarto arguitur sic. a diuisis ad cõiuncta est bona ꝯña. vt patet per aristotelem scõo periarmenias. gꝰ tercius modus male assignatur.

Ad rationes. Ad primã negatur ꝯña qꝛ non accipitur hic accidens prout distinguitur cõtra substantiaꝫ. sꝫ accipitur ꝓ extraneo qõ est in parte idez et in parte diuersuꝫ iõ substantia hoc mõ põt habere rõem accidentis prout capitur hic accidens Ad secundam dicitur ꝙ ꝯ in oñi silogismo mediuꝫ sit in parte idem et in parte diuersuꝫ. non tñ semp accipit vt conueniens et differẽs. Quis enim medium partim cõueniat et partiꝫ differat. silogismus tamẽ est bonus dũ in eo accipiatur vt idez tñ vel differens tantũ. Ad terciã ꝛ ꝙ licet nullũ superius simpliciter et absolute accidat suo inferioꝛi tñ bene accidit cõparatiue et per respectũ ad vnũ terciũ qõ conuenit inferioꝛi prout differt a superioꝛi. Ad quartã dicitur ꝙ arguendo a diuisis ad cõiuncta est bona ꝯña. ſ. aliquibus conditionibus obseruatis. sed si ille non obseruantur non valet consequentia.

Equitur de fallacia secũduꝫ quid ad simpliciter. Dictũ secũdñ quid appellatur hic determinatio diminuẽs de ratõe vel de esse cui adiũgitur. vt cũ dico. hõ moꝛtuus. moꝛtuũ ei diminuit de rõe hois. Dcñ simpliciter appellatur aliquid nõ diminutũ. vt hõ. Fallacia secundum quid ad simplr est ydoneitas decipiendi proueniens ex apparẽti conueniẽtia dicti secundũ quid ad dictũ simpliciter. Causa apparentie huius fallacie est conueniẽtia huius dicti qõ est scõm quid ad illud qõ ẽ simpliciter. ⁊ ecõuerso Causa falsitatis est diuersitas significatoꝛ. Fit autem hec fallacia tot mõis quot modis contingit addere alicui determinatõez diminuentẽ. Prio mõ secundũ partez in mõ. vt ille est hõ moꝛtuus. ergo est hõ. non sequit qꝛ moꝛtuũ diminuit de ratõe hois. et hic. chymera est ens opinabile. ergo chymera est ens. nõ sequit. qꝛ opinabile diminuit de ratõe huiꝰ quod est esse. Secundo modo secundum partem integralem. vt ethiops est albus secundũ dentes. ergo est albus.

Tercio modo in his que sunt ad aliquid. vt diuicie non sunt bone male vtenti. ergo diuicie non sunt bone. non sequitur. licet enim diuicie comparate ad aliquid non sint bone. ta

men in se sunt bone. Quarto modo in his que secundum locum sunt. vt bonum est mactare patrē in triuallis. ergo bonum est mactare patrem suum. Vel sic. Bonum est vti dieta in locis egrotatiuis. ergo bonum est vti dieta. Quinto modo in his que sunt secundum tempus. vt bonum est ieiunare in quadragesima. ergo bonuz est ieiunare. vel sic. Expedit alicui mederi quando egrotat. ergo expedit alicui mederi. nō sequitur. quia licet expediat mederi secundum quid. non tamen simpliciter. Sciendum autez q̄ in omnibus istis inspiciendum est ad contradictionem. vt si aliquis respondens dicat q̄ nō expedit mederi z opponens assumat q̄ expedit quando egrotat. non contradicit ei. sed stat in fallacia secundum quid ad simpliciter. Et sciendum q̄ eadem est fallacia si ex eo q̄ est secūdum quid inferatur simpliciter et ecouuerso. Et intelligēdū est q̄ ista fallacia quādo fit ab esse secundum quid vt in pluribus fit affirmatiue. ꝫ quā do fit a dicto simpliciter. vt in pluribus arguitur negatiue.

Circa hūc textuz notandū est primo q̄ hic ꝓpiter autor determiat de fallacia scōm quid ad simpliciter. rōe cuius primo videndū est quid sit dictū scōm quid et quid sit dictū simpliciter. Unde dictū simpliciter est dictio sumpta sine dictione ap̄liante vel distrahente seu alienante vel diminuēte. sicut hō mortuus vel ens opinabile Uñ determinatio distrahens est illa que contrahit terminuz ad alienā significatōez. vt pictum. Ampliās autē est illa que facit terminuz tenere tam pro his que sunt q̄ pro his que non sunt. vt opinabile ymaginabile et sic de alijs. Sed determinatio priuās est illa que negat seu dicit negationē eius cui adiungitur. vt mortuū corruptum et sic de alijs. Fallacia autē scōm quid ad simpliciter sic diffinitur. Est ydoneitas decipiendi proueniens ex apparenti cōuenientia dicti secundū quid cū dicto simpliciter. propter quam vnionez seu conuenientiā vnū dicitur contineri sub alio. Et de quocunqz ōr vnum de eodem alterum videtur dici. Causa apparentie eius ē apparens cōuenientia dicti secundū quid cū dicto simpliciter. Causa ꝛō defectus est diuersitas dicti scōm quid cū dicto simpliciter. Et debet intelligi predicta diffinitio fallacie scōz quid ad simpliciter sic q̄ est deceptio proueniens ex inclusione dicti simpliciter in dicto scōm quid propter quā inclusionē creditur q̄ a dicto secundum quid sequatur dictū simpliciter. vel q̄ ad remotionē dicti simpliciter remoueatur dictum scōm quid. Et paralogismi huius fallacie possunt habere tres causas apparētie. quaz due prie pertinent ad figurā dictōis. et tercia ad istam fallaciam. Prima causa apparentie est similitudo in voce dicti scōm quid ad dictuz simpliciter ex eo q̄ dictuz scōm quid vocaliter includit dictuz simpliciter. ideo si propter istaz inclusionē credimꝰ dictū simplr et dictuz scōm quid sic se hēre q̄ dictuz secūdū quid inferat affirmatiue dictuz simpliciter z dictū simpliciter inferat negatiue dcm scōm quid est fallacia figure dictōnis. Secunda causa apparentie est si propter similitudinē paralogismoz huius fallacie ad argumenta dialetica que tenent per locos dialeticos videlicza p te m mō et toto i modo credamꝰ paralogismos huiꝰ fallacie esse bona argumenta dialetica. z tenere p ꝓdictos locos tunc ē fallacia figure dictōnis pertinens ad tercium moduz. Tercia causa apparentie est si ex eo q̄ dictū secundum quid in sua ratōe vel conceptu includat cōceptuz vel rationē dicti simpliciter credamus q̄ ad dictuz secundū quid sequatur dictū simpliciter. et ad negatōem dicti simpliciter sequatur negatio dicti scōm q̄d tunc causatur deceptio pertinēs ad istā fallaciam. Ex quo patet q̄ in eodem paralogismo possunt esse plures fallacie et in dictione et extra dictionem.

Sciendus est secundo q̄ huius fallacie duo sunt mōi principales. Primus est cum arguitur a dicto scōm quid ad dictum simpliciter. ꝛ continet sub se sex modos speciales. Primus est cum arguitur cum dictione restringente. vt hic sortes non est homo albus. ergo sortes non est homo. Secundus est cum arguitur cū determinatōe diminuēte. sicut hic sortes est homo mortuus. ergo sortes est homo. Tercius ē cuz arguit cū determiantōe distrahente seu alienante propriaz significatōez ꝛ suppositionem termini. vt lapis est homo pictus. ergo lapis est homo. Quartus est cum arguitur cuz determinatione sumpta secundum locum. vt bonū est occidere patrem in triuallis. ergo bonum est occidere patrem. Quintus modus fit arguendo penes determinationem determinantem secundum partem integralem. vt ethiops est albus secundum dentes. ergo ethiops est albus. Duplicia enim sunt accidentia inherētia parti integrali. Quedam sunt que determinant sibi aliquam partem in qua habent esse sic q̄ non possunt eē in alia. vt simitas determinat sibi nasum et cecitas oculum et in talibus non committitur fallacia secundum quid ad simpliciter arguendo ab inesse accidentis secundum partem ad inesse siue ad denominari ipsum totum. Alia sunt accidentia que indifferenter insunt cuilibet parti. vt albedo nigredo ꝛ similia. Et illa per hoc q̄ insūt vni parti non sufficiunt denominare totuz, ideo in arguendo in huiusmodi accidentibus cōmittitur hec fallacia. Sextus modus est cum arguitur indebite a coniunctis ad diuisa. sicut hic sortes est bonus faber. ergo sortes est bonus.

Sciendum est tercio q̄ secundus modus principalis huius fallacie fit quando arguitur a dicto simpliciter ad dictum secundum quid. Et similiter continet sex modos speciales proportionabiles sex modis prius dictis de quibus facile est exempla ad propositum adducere. Debet etiaz hec fallacia obseruari qñ cunqz arguitur affirmatiue a secunduz quid ad simpliciter. quia tunc non valet consequentia sz cōmittitur hec fallacia. sic etiaz arguendo a simpliciter ad scōm quid negatiue non valet ꝓña. sz committitur hec fallacia. Et licet dictum in quo ponitur dictio contrahens tantuz causat locum dialeticum scilicet a parte in modo ad suuz totum. tamen dictum secunduz quid quod fit cū determinatione propria que est diminuens ꝛ amplians et sic de aliis bene causat locum sophisticum. Et talis determinatio impropria potest fieri quinqz modis. quandoqz enim est absoluta et quandoqz respectiua. Si sit absoluta hoc ē dupliciter. quia vel determinat dictum cui additur ratione totius diminuendo eius rationem vt ens impositibile vel homo pictus. vel determinat ipsum ratione partis integralis. vt albus secundum dentes. Illa autem que est respectiua ad aliquod extrinsecum fit tripliciter. quia quedam sumitur per relationem ad aliquod extrinsecum. vt hic. diuitie sunt male vtenti. Et quādo qz sumitur respectu mēsure que est locus vt bonum est occidere patrem in triuallis. et quando qz sumitur respectu temporis. vt bonum est proicere merces in mari tempore tēpestatis. vel bonum est ieiunare in quadragesima et in omnib⁹ istis committitur hec fallacia.

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. Ab inferiori ad superius est bona consequentia. sed dictum secundum quid est inferius ad dictum simpliciter cum sit minus commune. ergo a dicto secundum quid ad dictum simpliciter affirmatiue est bona consequentia. Secundo arguitur sic. Bene sequitur sortes est homo mortuus. ergo sortes est mortu⁹ et tamen arguitur a dicto secundum quid ad dictuz simpliciter. ergo. ꝛc. Tercio arguitur sic. Quadragesima nō diminuit de rōe h⁹ quod est ieiunare. ergo ibi non arguitur a dicto secundum quid. bonuz est ieiunare in quadragesima. ergo bonum est ieiunare Quarto arguitur sic. A toto in modo ad suas partes sunt plures loci dialetici. ergo a dicto secunduz quid ad simpliciter erūt plures fallacie et nō. tantū vna consequentia patet a simili.

Ad rationes. Ad primā dicitur q̄ dcm̄ scōm quid qđ fit sine determinatione restringente bene est infertus saltem per accidens ad dictum simpliciter. non tamen secundum quid quod fit sine determinatione diminuente. Ad secundam negatur minor quia q̄ uis homo mortuus sit dictum secunduz quid respectu huius quod est homo. non respectu hui⁹ quod est mortuum. Ad terciam dicitur q̄ in quadragesima non diminuit de ratione huius quod ē ieiunare. quia bene sequitur iste ieiunat in quadragesima. ergo iste ieiunat. tamen diminuit de rōe huius quod est bonum. ideo ibi arguitur a dicto secundum quid ad dictuz simpliciter. Ad quartam dz non q̄ est simile quia a dicto secundum quid ad simpliciter est tantuz vna causa apparentie ideo ibi non sunt plures fallacie. vel dicitur q̄ sicut est vna fallacia a dicto scōm quid ad dcm̄ simplr ita ecōuerso sz per vnaz faciliter possumus intelligere reliquā quare non oportet illam distinguere.

Lenchus est silogismus contradictionis vnius ꝛ

eiusdem non nominis tantum. nec etiam rei tantum. sed nominis et rei simul. non synonimi. sed eiusdem. et ex his que data sunt de necessitate accidere. nō connumerato eo quod erat in principio. ad idem. secundū idē similiter. et in eodem tempore. Elenchus est silogismus cōtradictionis. idest concludens cōtradictoriam propositionis date a respondente. In diffinitione elenchi quedam ponuntur ratione silogismi. vt ex his que data sunt ex necessitatate accidere. per quod remouetur fallacia accidentis. Et ponitur nō connumerato eo quod erat in principio. per quod remouetur petitio principij. vt postea patebit. Alia ponūtur ratione cōtradictionis. vt vnius et eiusdē idest vnius subiecti et vni⁹ predicati. vnde nisi esset idem subiectum et idem predicatum nō esset ꝫdictio. vt hic ethiops est niger. ethiops non est niger secundum dentes. ex quo non est idem predicatum ideo non est contradictio. Et similiter hic. nullus homo mortuus currit. ꝛ quidam homo currit. nō est cōtradictio quia non est ibi idem subiectum. Item secundū idē ad idem. similiter. et in eodem tempore. ponuntur ratione contradictionis. Et ꝓtra istas quatuor partes peccat hec fallacia que dicitur ignorantia elenchi secundū q̄ est vna de tredecim fallacijs. Alio modo accipitur generaliter. ꝛ tunc sic diffinitur. Ignorantia elenchi est vnus defect⁹ generalis ad quē reducuntur oñes alie fallacie ostendendo quomodo peccant contra istas particulas vt postea patebit. Iste enim particule non nominis tantum. nec rei tantum. sed nominis et rei simℓ non synonimi. et sic de alijs ponuntur ratione silogismi et ratione contradictionis. quia iste exigunt q̄ nomen sit vnuꝫ ꝛ res vna et q̄ non sit nomen synonimum. vnde non est ibi contradictio. marcus currit et tullius non currit. nec est ibi silogism⁹ omnis gladius scindit. quoddaꝫ instrumentū est ensis. ergo quoddā instrumentuꝫ scindit.

Fallacia ignorantie elēchi est ydoneitas decipiendi puniens ex apparenti obseruatione particularum diffinitionis elenchi que conuenunt ratione cōtradictōis tm̄. s. ad idē scōꝫ idē similiter et in eodem tempore.

Causa apparētie huius fallacie est cōuenientia dictoꝝ scōm quid ad dicta simpliciter. Causa falsitatis est diuersitas eorūdem. Unde huius fallacie sunt quatuor modi. Primus modus est contra hāc particulam ad idez. vt duo sunt duplū vnius et non sunt dupluz triuz ergo sunt dupluz ꝛ nō duplum ꝛ in vtraq; premissaꝝ non sumitur dupluz ad idez. ꝛ ideo non sequitur. Secundus modus peccat contra illam particulaz scōm idez. vt hoc est duplū illi scōm latitudinem ꝛ non est duplum scōm longitudinez. ergo est duplum et non dupluz. Nō sequitur qz dupluz nō sumitur secunduz idez licēt sumatur respectu eiusdem. Tercius modus peccat contra illam particulaz similiter. vt hō est species nullus hō est species. ergo idez est species ꝛ nō species. non sequit qz ibi nō ē ꝓtradictio in p̄missis qz ille terminus hō non sumit similiter. qz in vna suppo nit pro suis inferioribus. in alia vero non sed pro se toto vt pro sua forma. Quartus modus peccat contra hanc particulā in eodez tpe. vt manus mea ē clausa in hoc instanti. et nō ē clausa in hoc instanti. ergo est clausa et non clausa. non sequitur qz no est in eodem tempore

Differt autem hec fallacia a fallacia secundū quid ad simpliciter. qz in illa est processus ab vno scōm quid sumpto ad vnum sumptum simpliciter. vt hoc est dupluz scōm longitudinē. ergo est duplū. in istavero ē ꝓcessus a duob⁹ scōz quid sūptis ad duo sumpta simpliciter. vt hoc est duplū illi secundum longitudinē. et nō secundum latitudinez. ergo est duplū et non duplum. Sequitur de fallacia petitionis principij.

Circa hunc textum notandum est primo ꝙ hic consequenter autor determinat de fallacia ignorantie elenchi. que peccat contra aliquas ꝓticulas in diffinitione veri elenchi positas. ratōne cuius primo diffinit elenchum dicens. Elenchus est silogismus contradictōis vnius et eiusdem non nominis tantum nec rei tantum. sz rei et nominis simul. non synonimi sed eiusdem et ex his que data sunt de necessitate accidere non connumerato hoc quod erat in principio. ad idē secundum idem similiter et in eodem tempore. In qua diffinitione ponitur silogismus loco generis. Et contradictionis ponitur loco differentie silogismi non contradicentis positioni respōdentis. Et ponitur vnius et eiusdem non nominis tantum nec rei tantum sed nominis et rei simul non synonimi tam ratione silogismi ꝙ contradictionis. Ad vtrunq; enim requiritur ꝙ termini maneant ijdez secundum rem ꝛ vocē simul et per hoc remouentur fallacie in dictōne. Et ponitur ex his que data sunt de necessitate accidere ꝓpter silogismum in quo debet esse necessaria ꝓña. ꝛ ꝙ hoc remouetur fallacia accidētis. Et cū hꝰ alie nō hñtes ꝓñaz necessariā. Et nō ꝓnūerato hoc qđ erat in principio ponit rōe ꝓbatōis qz elēchus ē silogismus ꝓbatiuus. et ꝙ hoc remouet petitō principij q̄ videt ꝓbare ꝛ nō ꝓbat. Residuz diffinitōis ponit rōe contradictōis tm̄ qz ille quatuor ꝓditōes requirunt ad verā ꝓtradictōes

Tamen est aduertendum q̄ hic non capitur elenchus specialiter solus. sed pro silogismo probatiuo conclusionis contradictorie positiōi respondentis siue talis argumentatio sit silogistica siue inductiua siue entimematica siue exemplaris. Quia q̄uis opponens magis appetat probare contradictoriam positionis respondentis per consequentiam silogisticam. Tamen si ipse non possit hoc vtitur alijs argumentationibus a silogismo. Et ad talem argumentationem tres conditiones requiruntur. Primo requiritur illatio ideſt q̄ sit bona consequentia. Secūdo requiritur probatio vt scilz premisse si sint ignote possunt fieri note z euidentes. Tercio requiritur cōtradictio. vt scilicet contradictio elenchi contradicat positioni respondentis. Juxta istas conditiones sic potest diffiniri elenchus. Elenchus est silogismus illatiuus probatiuus et contradictorius positioni respondentis. Et dicitur ab e qđ est cōtra et elēchos sumptio. quasi cōtra sūptio

Sciendum est secundo q̄

ignorantia elenchi capitur dupliciter. Uno modo generaliter pro omissione cuiuscūq; particule in diffinitione elenchi posite z sic non est fallacia specialis ab alijs distincta. sed ōnes alie ad eam reducuntur. Alio modo capitur specialiter pro omissione alicuius quatuor particularuz in diffinitione elenchi positaruz necessario ad contradictionem requisitarum. et sic est fallacia specialis ab alijs distincta. Et q̄uis omnes alie fallacie possint contra verum elenchum deficere tamen quia contradictio est vltima differentia elenchi ideo illa que peccat contra aliquam particularum positarum requisitarum ad contradictionem magis debet vocari ignorantia elenchi q̄ fallacie peccantes contra alias particulas.

Unde fallacia ignorantie elenchi sic diffinitur est ydoneitas decipiendi prouenīs ex apparanti obseruatione quatuor vltimarum particularum que tamen non obseruantur. Et causa apparentie huius fallacie est apparens obseruatio conditionum requisitarum ad veram contradictionem. ratione cuius creditur q̄ in antecedente paralogismi sit vera cōtradictio vbi tamē est cōtradictio apparens tantum. Sed causa defectus eius est omissio alicuius illarum quatuor particularuz. Unde ignorantia dr negatō siue cū aptitudine ad ipsam. Et diuiditur per ignorantiam pure negatōnis que est pura carentia cognitionis actualis et habitualis sicut est in pueris nihil cognoscentibus. Alia est ignorātia prauedisp̄ositionis que est falsa cognitio rei z erronea Et diuiditur quia quedam est ignorantia principiorum quando scilicet principia falsa attendūtur vel intelliguntur simplici apprehensione siue discursu. et dicitur composita quia ibi multa concurrunt ad ignorantiam conclusionis. Non autem accipitur hic ignorantia pro ignorantia pure negationis siue composita sed pro ignorātia simplici que fit propter ignorantiam alicuius requisiti ad rationē elenchi.

Sciendum est tercio q̄

huius fallacie quatuor sunt modi secundum q̄ sunt quatuor particule posite in diffinitiōe elenchi. Primus prouenit ex eo q̄ non arguitur ad idem. vt hic. aer est supra terraz et non est supra celum. ergo est supra et non supra. Similiter sortes est filius et non est filius iohannis. ergo est filius et non filius. Secundus modus prouenit ex eo q̄ ibi non arguitur secunduz idez vt si sic argueretur sortes videt secundum oculos et non videt secundum aures. ergo videt et non videt. Tercius modus prouenit ex eo q̄ non arguitur similiter. vt hic sortes currit cōtingenter et nō currit necessario. ergo sortes currit et non currit. Quartus modus prouenit ex eo q̄ non arguitur pro eodem tempore vt non sequitur sortes curret cras et non curret p⁹ cras. ergo curret et non curret. Soluuntur autem omnes isti paralogismi et similes per negationem cōsequentie eo q̄ non arguitur ad idē secundum idem vel similiter z pro eodē tēpore.

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. Elenchus est contradictio. sed silogismus non est contradictio. ergo elenchus non est silogismus. Secundo arguitur sic contradictoria non possunt enunciari de eodem ergo ad contradictionez non requiritur affirmatio et negatione in eodem tempore. Tercio arguitur sic. Ad contradictionez requiritur affirmatio et negatio eiusdem de eodem z tamē non ponitur alius modus a predictis contra aliam particulam. ergo modi huius fallacie sunt i sufficienter assignati. Quarto arguitur sic. Omnes fallacie elenchi reducuntur ad ignorantiaz elenchi. ergo fallacia ignorantie elenchi male ponitur hic vna specialis fallacia.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ contradictio accipitur dupliciter. vno modo formaliter pro repugnātia cōtradictoriarum et sic nec silogismus nec elenchus est cōtradictio. Alio modo accipitur materialiter pro propositione contradicente propositioni respondētis. et sic tam elenchus q̄ silogismus est contradictio. magis tamen proprie debet concedi q̄ elenchus sit contradictorius q̄ contradictio.

Ad secundaz dicitur q̄ q̄uis contradictoria de eodem non possunt enunciari in eodem tempore. tamen bene possunt enunciari pro eodem tempore et hoc sufficit ad contradictionem.

Ad terciam dicitur q in omni fallacia requiritur causa apparentie. ideo ad fallaciam ignorantie elenchi requiritur apparens contradictio. si autem non esset affirmatio et negatio eiusdem de eodem non esset apparens contradictō. ideo non ponitur alius modus peccans contra illam particulam. Ad quartaz dicitur q si capiatur ignorantia elenchi generaliter pro ignorantia eiusdez particule diffinitionis elēchi indifferenter sic fallacia ignorantie elenchi ē cōsequens ad omnes alias. Sed si capiatur specialiter pro ignorantia quatuor vltimarz particularum aut alicuius earz sic est fallacia specialis q habet causas apparētie distinctas et causas defectus etiam distinctas ab aliis.

Petere id quod est in principio est quando conclusio que debet probari sumit in premissis. cum ergo idem sub eodem nomine non potest seipsuz probare. vt homo currit. ergo homo currit. in talibus ei ē petitō principij. sed talis argumentatio est ridiculosa nec cadit sub arte. nec est petitio huiꝰ quod est in principio. Aliud enim est petere principium z aliud est petere illud qō erat in principio. quia petere principium est qñ petitur idez sub eodez nomine. vt homo currit. ergo homo currit. z isto mō nulla est fallacia. q non continetur sub aliqua specie argumentationis. nec scōm veritatez. nec secundum apparentiaz. sed talis petitio principij peccat contra silogismum simpliciter dictum

Sed petere illud quod est in principio est quando idē petitur sub diuerso nomine. vt animal rationale currit. ergo homo currit. Vel sic. Petere illud quod est in principio est quando minus notum sumitur ad probationem magis noti. Causa apparentie huiꝰ fallacie est diuersitas conclusionis cum premissis. Causa falsitatis ē diuersitas eorumdē. Petitur autem illud quod est in principio quinqz modis. vt patet octauo thopicorum: Primo modo quando diffinitū petitur in diffinitione et econtra. vt si dubitaretur vtrum homo curratvel non currat. fiat argumentum animal rationale currit. ergo hō currit nulla est ibi probatio. q quando alterum dubitatur necesse est alterum dubitari. et ita si sumaturvnum ad probandū aliud peccatum est. Secundus modus est quando particulare petitur in vniuersali. vt nullꝰ homo currit. ergo sortes non currit. vel si aliquis debeat probare q omnium contrariorum est eadem disciplina. et assumat omnium oppositorum est eadez disciplina. ergo oium cōtrariorz est eadez disciplina. hic petitur ꝛclusio in premissis

Tercius modus est quando vniuersale petitur in particularibus. vt si aliquis debeat probare q̄ omnium oppositorum est eadem disciplina. et sumat istam. omnium contradictoriorum contrariorum. ⁊ sic de alijs est eadem disciplina. ergo omnium oppositorum eadem est disciplina. Vel sic. sortes currit. plato currit. et sic de alijs. ergo omnis homo currit. Quartus modus est quando coniunctum petitur in diuisis vel econtra. vt si aliquis debeat probare q̄ medicina est disciplina sani et egri. et dicatur sic. Medicina est disciplina sani et medicina est disciplia egri. ergo medicina est disciplina sani ⁊ egri

Quintus modus est quando vnum relatiuorum petitur in alio. vt si quis debeat probare q̄ sortes sit pater platōis. probetur sic. plato est filius sortis. ergo sortes est pater platōis. nō sequitur. q̄ hoc assumitur qđ ē probandum. Sciendum est q̄ hec fallacia non impedit silogismum inferentem. sed probantem ita fallacia petitionis peccat contra silogismum.

Circa hunc textū notandum est primo q̄ cōsequenter autor determinat de fallacia petitōis principij. Rōe cuius primo diffinit petitionē principij dicens. Petitio principij est q̄n idem sumit ad probandū seipsum. Unde principium in proposito vocatur illa propositio quam opponens a principio intendit probare cōtra respondentem et contradicit positioni respondentis.

Est autem duplex petitio principij. quedam est statim alia est nō statim. Petitio principij statim est q̄n idem sub eodem nomine assumitur ad probandū seipsum. vt sic arguendo. hō currit. ergo homo currit. Et talis petitio principij non est fallacia eo q̄ nullam habet causam apparentie. ⁊ opponens qui sic arguit non dicitur petere principium proprie. Petitio principij non statii est q̄n idem secundum eque vel magis dubium assumitur ad probandum aliquam conclusionē. Et potest sic diffiniri fallacia petitionis principij q̄ est ydoneitas decipiendi prouenies ex apparenti diuersitate antecedentis et p̄ñtis propter quā credimus antecedens esse notius p̄ñte ⁊ habere virtutem probatiuam consequentis quam tamē nō habet propter iprobabilitatē. Unde causa apparentie huius fallacie est apparens diuersitas antecedentis et p̄ñtis. ratione cuius credimus antecedens habere virtutem probatiuam consequentis. Sed causa defectus huius fallacie est ydemptitas antecedentis et consequentis propter quā antecedens non habet virtutem probatiuam cōsequentis. Unde diffinitio potest dupliciter considerari. Uno mō inquantum includit principia essentialia diffiniti que sunt causa passionum subiecti a diffinitione. Et hoc mō sumitur locus demonstratiuus et non dialeticus. Alio mō consideratur inquantum stat sub cōi intentione diffinitionis et hoc dupliciter. q̄ vno modo accipitur respectu predicatorum que notiori mō conueniunt diffinitioni ꝙ diffinito. et sic a diffinitione ad diffinitum sumitur locus dialeticus. Alio mō sumitur respectu predicatorum que notiori modo conueniunt ipsi diffinito. et sic arguendo a diffinitione ad diffinitū causatur petitio principij.

Sciendum est secundo q̄ petere principium in proposito nihil aliud est q̄ assumere propositionem eque vel magis dubiam conclusione ad quā conclusionem probandā ipsa accipiebatur. Unde aristoteles istam fallaciā non vocat petitionē principij ꝫ vocat petere id quod est in principio quia si proprie velimus nominibus vti. Petitio principij est quando eadem propositio assumitur ad probandum ipsammet Et sēm istā petitionē principij vt prius dictus ē nō assumitur aliqua fallacia. Sed petere id quod ē in principio est cum aliquis nititur probare aliquā p̄ñem per aliam ppōem eque vel magis dubiam p̄clusione. ideo hec fallacia peccat in probatione. quia si aliquis silogismus non habeat antecedens notius consequente dicimus esse petitio

nē principij. Et ita paralogismi huius fallacie deficiunt a vero elencho q; non sunt probatiui sue conclusionis. Ex isto sequitur q; nisi cōcurrat aliqua fallacia omnes paralogismi huius fallacie habent bonā ꝯñam illatiuā sed non probatiuam. Et mōi huius fallacie multis mōis possunt assignari. Unde scōm aristotelem scōo priox tres sunt modi huius fallacie. Primus est cōis demonstratori et dialetico. et talis est si premissa sumpta sit eque vel magis dubia conclusione. sicut si aliquis intēdat demōstrare istā omnis asinus est corruptibilis. et arguatur sic. omne hēns materiaz est corruptibile. ois asinus habet materiā. ergo ois asinus est corruptibilis maior ibi est magis dubia conclusione. nulli enī dubitant de cōclusione. ꝫ multi dubitāt de maiore. Et propter hoc dixerūt aliqui celuz non habere materiā sicut dicit auerois. Alijvo dixerūt ipsum habere materiā. et scōm eos maior eēt falsa. Secundus modus est proprius demonstratori et est iste. si ad demonstrandu aliquam propositōez assumatur aliqua propositio demōstrabilis indemonstrata quantūcuqz sit vera et necessaria in tali casu petitur principium. patet sic. ois demonstratio debet procedere ex primis veris et immediatis aut ex talibus que p aliqua prima vera et immediata suc cognitionis principium sumpserunt. ꝫ talis demonstratio que procedit ex aliqua propositōe demōstrabili indemōstrata nō ē huiusmōi. gꝰ ꝛc. Tercius modꝰ ē qui proprie peccat cōtra demonstratōez propter quid. et talis est. si arguatur a posteriori quantumcūqz premisse sunt notiores cōclusione. vt si demonstrator proposuerit aliquaz propositionē demonstrare propter quid et procedit a posterioribus tunc sibi respondetur q; petit principiū qz nō probat suā conclusionez a priori. et hi modi breuiter tāguntur ab aristotele scōo priox. istis tñ tribus modis pōt superaddi quartus.

Sciendum est tercio q;

qñcunqz opponens accipit premissam ex quavi detur respōdēti q; ex illa sequatur ꝯclusio cōtra ipsum. respondens aūt debz negare ꝛ dicere opponēti q; petit principiū quia eiusdē oppinionis est cōcedere conclusionē quā intendit pbare opponens et premissaz quā assumit. Et sub isto mō cōprehenduntur mōi quos ponit aristoteles octauo thopicox cū aliquibus aliis. Primus est si diffinitio petatur in diffinito vel econtra. Secundus est si partes in quantitate petantur in suo toto. Tercius est si toū in quantitate petatur in suis partibus. Quartus est si vnuz relatiuorum petatur in reliquo. Quintus est si coniunctuz petatur in diuisovel econtra. Et non soluz sub isto quarto modo continentur isti quinqz mōi ymo et multi alij. puta qñ spēs petit in gñevl ecōtra vi si causa petatur in effectu vel ecōtra: Et ita quasi per omnes locos dialeticos possit fieri petitio principij. ideo tot sunt modi sub isto quarto mō quot modis contingit antecedēs esse notius cōsequente. et hoc cōtingit tribus mōis. Prio qñ maior est notior ꝯclusione. scōo ecōtra qñ maior est notior cōclusione. tercio qñ totale antecedēs nō est notius consequente et hoc in idem redit cum modis ab autore positis in textu.

Sed contra predicta ar

guitur. Primo sic. Omnes paralogismi peccant in materia aut in forma. sed paralogismi huius fallacie non peccant in materia. quoniā aliquando petitio principij procedit ex veris et probabilibus. nec peccant in forma cum cōclusio de necessitate sequatur. gꝰ petitio principij non debet enumerari inter fallacias. Scōo arguitur sic. A diffinitōe. a toto in quantitate. a toto vniuersali sumitur locus dialeticus gꝰ nō sphisticꝰ

Tercio arguitur sic. A diuisis ad coniuncta sumitur fallacia accidentis. gꝰ non petitōis principij. Quarto arguitur sic. In paralogismis huius fallacie antecedēs non est notius ꝯñte nec apparet cū idē scōm rem ꝛ vocē nō appareat notiꝰ alio. gꝰ in ipsis nō cōmittitur hec fallacia cū in omni fallacia oporteat esse causaz apparentie et causam defectus.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q; paralogismi huius fallacie peccant in materia. et ꝙuis petitio principij aliquando procedit ex probabilibus in se ꝛ scōm se. non tamen ex probabilibus in ordie ad aliud qz ille ꝑmisse nō sunt notiores cōclusione. Ad scōam dicitur q; ab oibus illis sumitur locus dialeticus si arguatur respectu predicatox que notiori mō cōueniunt terminis in antecedente positis ꝙ in consequente. si vero aliter arguatur cōmittitur hec fallacia. Ad terciā dicitur q; si indebite arguatur a diuisis ad coniuncta sic q; ex diuisis nō sequatur coniunctū fit fallacia accidētis ꝫ si argueretur debite quo ad illationem ꝛ antecedens non esset notius consequente cōmitteret hec fallacia. Ad quartā ōr q; in paralogismis in quibus añs est idem secundū rem et vocem cōsequenti nō cōmittitur hec fallacia qz ibi nulla est causa apparentie. Scd in istis in quibꝰ antecedēs est idē scōm rez consequenti et differt ab eo scōm vocē tunc committitur hec fallacia quia ibi est apparens probabilitas.

Ē fallacia consequentis dicendum est. Secundum consequens fiunt paralogismi eo q; credimus consequē

tiam conuerti que non conuertitur. Fallacia cõsequentis est ydoneitas decipiẽdi proueniens ex apparẽtia cõsequentis quod non cõuertitur. Causa apparentie huius fallacie est cõuementia vnius consequentie vere ad aliã non veraz. Causa falsitatis est diuersitas eorũdẽ

Et sciendũ q; bñ tenet argumentuz a positõe añcedentis ad positionez consequẽtis. Huius fallacie tres sunt modi.

Primus modus est qñ arguit a destructõe antecedentis ad destructõez consequentis. vt si hõ est animal. ergo si hõ non est animal nõ est. vel a positõe cõsequentis ad positõez antecedentis. vt si mel est rubeuz est. ergo si rubeũ est mel est. Ad istuz eni moduz reducuntur omnes prave argumentatões ab inferiori ad superius destructiue. Unde quotienscunq; fit processus ab inferiori ad superius cuz distributõe superioruz. vt omnis hõ currit. ergo oñe animal currit. ibi cõmittitur ista fallacia. vel nullus hõ currit. ergo nulluz animal currit. Scõus modus solet poni ab insufficienti inductõe singulariuz. vt sortes est animal et ecõuerso. plato est animal z ecõuerso. ergo omnis hõ est animal z econuerso. hic enumerant oñes singulares illius ois hõ est aial. z nõ huius omne aial est hõ. que significant; cõpositionez huius qõ est econuerso ad hanc omnis hõ est anial

Tercius modus prouenit a cõiter accidentibus. z dicuntur cõiter accidentia que se aliquãdo consequuntur et aliqñ non. vt ille est comptus. ergo est adulter. Similiter hic. Musa et poeta similiter terminantur. sz musa est femini generis. ergo z poeta. Non sequitur q; ydemptitas gñis z terminatõis aliqñ se cõsequuntur z aliqñ nõ eo q; nõ est in oibus. sz in aliquibus

Si aliquis dicat q; in hoc vltimo tercio mõ non tenet ecõuerso. vnde ibi nõ est cõsequentia. Dicendũ est ergo q; secunduz quosdaz sumitur cõsequentia cõmuniter ad consequentiã necessariam z probabilez. et in istis nõ sumitur cõsequentia necessaria sed probabilis. taliter autem ordinãtur isti modi ab aristotele isto modo ordinato.

Circa hunc textũ notandũ est primo q; ꝑñ trr hic autor noster determiat de fallacia ꝑñtis. Ratione cuius primo videndũ est quid sit añs et ꝑñs. Antecedens eniz est propositõ cathegorica vel ypothetica inferens conclusionez. sz cõsequens est cõclusio illata ex ãtecedente Et ꝑña est habitudo antecedẽtis ad consequens reatiõe

cuius habitudinis antecedens infert ꝓñs. Est aũt duplex ꝓña. ſ. cõſequentia ſimplex ⁊ ꝓña vt nunc. Conſequẽtia ſimplex eſt que tenet pro oĩi tpe ita ꝙ ſimpliciter eſt ipoſſibile añs eſſe verã ſine ꝓñte. Conſequẽtia aũt vt nũc eſt que tenz pro aliquo determinato tpe ⁊ pro oĩ. vt hic oĩis hõ currit. gꝰ ſortes currit. ipſa eĩ eſt bona tm̃ ꝓ eo tpe quo ſortes ẽ. Et iterꝝ ꝓña ſimplex diuidit ꝙ quedaz eſt mere ſimplex. Alia eſt compoſita. Et ōr ſimplex vel cõpſita denoiatione extrinſeca Cõſequentia ſimplex mere eſt qñ ex vno ſolo añ cedente infert vnũ conſequẽs. Et cõpoſita cõſequentia habet fieri quatuor mõis. Primo mõ arguendo a poſitõe añtis ad poſitõez cõſequentẽ Scõo fit arguẽdo a poſitõe ꝓñtis ad poſitioẽz añtis. vt ſi hõ eſt animal eſt. ſz animal eſt. gꝰ hõ eſt. et ibi cõmittitur hec fallacia. Tercio fit a deſtructõe cõſequentis ad deſtructõez añtis. vt ſi hõ eſt animal eſt. ſz nullũ animal eſt. gꝰ nullꝰ hõ eſt. et iſtis duobus mõis. ſ. primo et tercio eſt bona ꝓña. Quarto mõ arguendo a deſtructione añtis ad deſtructionẽ conſequẽtis. vt ſi hõ eſt animal eſt. ſz nullus hõ eſt. gꝰ nullũ animal eſt. et ibi cõmittitur hec fallacia. Ex predictis ſequitur ꝙ ꝓña ſimplex eſt duplex. qz quedã opponit conſequentie vt nũc. Alia eſt que opponitur cõſequentie compoſite et ſic accipitur hic.

Sciendũ eſt ſecundo ꝙ

fallacia ꝓñtis ſic diffinit. eſt ydoneitas decipiẽdi. ꝓueniens ex apparenti ꝓuertibilitate ꝓñtis ⁊ añtis. que tm̃ ſunt cõiter diuerſe inter ſe. Et cauſa apparentie huius eſt apparẽs cõuertibilitas antecedentis et ꝓñtis. ꝓpter quã credimus ꝙ ſicut antecedens infert conſequẽs ita ecõtra. ſ. ꝙ ꝓñs inferat antecedẽs. Cauſa vo defectus eſt diuerſitas antecedẽtis ⁊ ꝓñtis. rõe cuius ꝓñs nõ infert añs ſicut ecõtra. Et ꝓuis ſcõm hãc fallaciam qñqz arguit̃ a deſtructõe añtis ad deſtructionez ꝓñtis. Qz tm̃ oppoſitũ ꝓñtis ſequit̃ ad oppoſitũ añtis iõ equiualenter arguit̃ a genere ad ſpeciez ⁊ ideo ipſa ōr fallacia ꝓñtis. Et ipſiꝰ tres ſũt mõi. Primꝰ eſt arguendo a deſtructõne añtis ad deſtructionẽ ꝓñtis. vt ſi hõ eſt animal eſt. ſz nullus hõ eſt. gꝰ nullũ aĩal ẽ. et etiã arguẽdo a poſitõe ꝓñtis ad poſitionẽ añtis. vt ſi hõ eſt aĩal ẽ ſed aĩal eſt. gꝰ hõ ẽ. Et penes hũc modũ peccãt oĩs iſti paralogiſmi ꝙ fiunt ab inferiori ad ſuperius negatiue. vt aſinus nõ eſt hõ. gꝰ aſinꝰ nõ eſt aĩal. aut etiã in terminis negationẽ includentibꝰ. vt ſortes differt a platone. gꝰ differt ab homine. ſortes incipit eſſe albus. gꝰ incipit eſſe colozatus. Etiã penes hũc modum peccãt oĩs iſte ꝓñes ꝙ fiũt a ſupiori ad inferius affirmatiue aut que fiũt ab inferiori diſtributo ad ſuperiꝰ diſtributũ. Exẽpluz primi. vt aĩal ẽ. gꝰ hõ eſt. exemplũ ſcõi vt oĩs homo currit. gꝰ oĩe aĩal currit. Et in oĩbus iſtis debet negari conſequentia oſtendendo cauſam quare non habet.

Sciendum eſt tercio ꝙ

ſcõus modus huiꝰ fallacie fit arguẽdo ab inſufficienti enumeratõe ſingulariũ ad ſuã vẽm. vt ſic arguẽdo. ſortes currit plato currit guillermꝰ currit. gꝰ oĩs hõ currit. Vel ſic. ſortes habet pedes. brunellus habz pedes. gꝰ oĩe aĩal habz pedes. Vel ſic. hõ fuit in archa noe. equus fuit in archa noe. leo fuit in archa noe. et ſic de ſingulis ſpẽbus aĩalis. gꝰ oĩe aĩal fuit in archa noe. Similiter ſi pbet ꝙ oĩs hõ videt oẽm equuz ſic arguendo. ille hõ videt illũ equũ. et ille hõ videz illum equũ. gꝰ oĩs hõ videt oẽm equũ cõmittitur fallacia ꝓñtis ab inſufficienti enumeratõne ſingulariũ. Ad ſciendũ aũt quomõ debet fieri enumeratio ſingulariũ in illis propoſitõibus. ponit̃ hec rla. Oĩs ꝑpõ in qua ponit̃ ſignũ vle affirmatiuũ tam a parte ſubiecti ꝙ a parte predicati põt induci a parte ſubiecti tm̃ et tũc totũ predicatũ debet de quolz ſubiecto ſingulari affirmari. iõ illa debet ſic induci. oĩs homo videt omnẽ equũ ab iſtis ſingularibus. ſortes videt omnem equũ. plato videt omnẽ equuz. ⁊ ſic de ſingulis hoĩbus. gꝰ omnis hõ videt oẽm equũ. Scõo poteſt fieri inductio a parte ꝑdicati tm̃. ⁊ tunc oĩa ſingularia ꝑdicati debẽt predicari diuiſiz ꝺ ſubiecto vbe ⁊ vlr ſumpto. iõ predicta ꝓpoſitio ſic inducit̃. oĩs hõ videt hũc equũ. oĩs hõ videt hũc equuz. ⁊ ſic de alijs. gꝰ oĩs hõ videt oẽm equuz Tercio mõ põt fieri inductio a parte vtriuſqz ⁊ tunc de quolibet ſuppoſito ſubiecti per ſe ſumpto ſub eo debent affirmari oĩa ſingularia predicati. vt ſortes videz illũ equuz ⁊ illũ equũ ⁊ ſic de alijs equis. et plato videt illũ equũ et illuz. ⁊ ſic de alijs. et cicero videt illũ equuz et illuz. ⁊ ſic de alijs tam hoĩbus ꝙ equis. gꝰ oĩs hõ videt oẽm equuz. Tercius modus huiꝰ fallacie fit arguendo in cõiter accãtibus. ſ. in illis que nõ neceſſario ſe inuicez conſequunt̃. vt ſortes eſt comptꝰ gꝰ eſt adulter. vel ſic ſortes eſt magnꝰ. ergo ẽ fortis. ſortes eſt pulcher. ergo eſt bonus. in omnibꝰ iſtis ꝓña nõ valet qz licet iſta accidentia qñqz ſe conſequãtur nõ tm̃ de neceſſitate.

Sed contra predicta ar

guitur. Primo ſic. conſequẽs eſt de intellectu antecedentis. gꝰ deſtructo añte deſtruit̃ ꝓñs. ⁊ ꝙ cõſequẽs a deſtructõe añtis ad deſtructionẽ ꝓñtis eſt bõa ꝓña. Scõo arguit̃ ſic. poſito poſteriori de neceſſitate prius ponit̃ :ſz ꝓñs eſt posteriꝰ añte. gꝰ a poſitõe ꝓñtis ad poſitionẽ añtis ẽ bona ꝓña. Tercio arguit̃ ſic. ſingularia ſufficiẽter enumerata ſequuntur ad ſuũ vle. gꝰ arguendo ab inſufficienti enumeratõe ſingulariũ committitur primꝰ modus. et ꝙ ꝓñs primus modus

et scdus modus nō distinguit. Quarto arguitur sic. a' cōiter accidētibus est bonus locꝰ dialeticus. gꝰ sic arguendo nō sumit tercius modꝰ huius fallacie.

Ad rationes. Ad primā dī negādo ꝓñaz qz ꝓñs nō solū includit in añte. sz etiā in alijs multis. gꝰ destructo añte ꝓñs adhuc manet in illis. Ad terciā dī ꝙ posito posteriori scōm naturā ponit prius. nō tñ oportet de posteriori scōm tps. ꝓñs añt scōm naturā est prius añte. ió posito antecedēte ponitur ꝓñs et nō econtra. Ad terciā dī ꝙ arguēdo ab insufficienti enumeratōe arguit a positione cōsequētis ad positionē añtis. sz ñ solū sumit causa apparentie a parte cōuenientie añtis et consequentis. sz ex parte idēptitatis singularū cū vtī suo.

Ad quartā dī ꝙ iarguendo a cōiter accidentibus que sese necessario consequūtur est bonꝰ locus dialeticus. sz arguēdo ab illis que se contingēter cōsequunt est locus sophisticus penes tercium modum huius fallacie qui quodam modo posset dici dialeticus.

Equitur de fallacia scōz nō causaz vt cām. Ad cuius euidentiā sciendū ꝙ duplex est silogismus. s. ostensiuꝰ et ad impossibile. Ostensiuus ē qui hz vnā solā conclusionem. Silogismus vo ad impossibile est qñ aliquis silogistice ducitur ad ipossibile z ppter hoc interimitur aliq̄ premissaruz que erit causa illiꝰ impossibilis. vñ iste silogismꝰ semp habz duas ꝯclusiones. vt cū dicitur. est ne hō asinus. hoc cōcesso. Contra nullus asinus est animal ratōale mortale. hō est asinus. ergo hō nō est animal ratōale mortale. sz hoc ē impossibile. ergo z ista hō est asinus. z ille silogismꝰ ē in quarto modo prime figure.

Sciendū est enim ꝙ nō causa vt causa sēp fit in silogismis ad impossibile. Fallacia autez scōm nō causam vt causam fit qñ nō causa ponit vt causa. z propter hoc apparz sequi impossibile. z illud quod apparet esse causa interimit. vt si quera tur. est ne brunellus hō. quo cōcesso. Cōtra. nullus asinus est animal ratōale mortale. sz hō est asinus et brunellus est hō. ergo homo nō est animal rationale hoc autez est impossibile. ergo brunellus non est hō. Jn hac uim dicta argumentatōe est nō causa vt causa qz interimit id quod apparet esse causa z non est. scz brunellus est hō. Causa apparētie huius fallacie est cōuenientia huius quod apparet esse causa z nō est cū eo quod ē causa. Causa falsitatis est diuersitas eorūdez. tale enim exēpluz ponit aristoteles huiꝰ fallacie. sunt ne anima et vita idez. quo concesso. Contra. mors et vita sunt cōtraria. sed mors est corruptio. ergo vita generatio. et per consequēs viuere est generari. sz hoc est impossibile. quia quicquid viuit non generat. sz generatuz est. ergo animal z vita nō sunt idez. hec ꝯclusio pec

cat secundus causam vt causas ex hoc enim q̄ anima ⁊ vita sunt idem non sequitur impossibile et ita non debet interimi. sz ista mors et vita sunt contraria. qz in oibus his id quod nō ē causa apparz esse causa. qz cōicat in termiz cū aliquibus ꝓpositō nibus ex quib⁹ sequitur impossibile. Ex istis patet q̄ ista fallacia non fit in silogismo ostensiuo. vt omnis homo currit. sortes est homo ⁊ sol est in cancro ergo sortes currit. hic nō est fallacia causevt cause. qz hec propositio sol est in cancro non est causa neqz apparet esse causa sicut apparet in silogismo ad impossibile.

Circa hunc textū notandū est primo q̄ consequenter autor determinat de fallacia scōm nō causam vt cām que hz fieri in silogismo ad impossibile. Est aūt duplex silogismus. s. ostensiuus et ad impossibile. Silogismus ostensiu⁹ dr qui ex vnico ꝓcessu ⁊ duab⁹ premissis infert suā cōclusionez. Sed silogismus ad ipossibile est qui ex premissis infert vnuz manifeste falsum ex cui⁹ falsitate interimitur aliqua ꝑmissaz ⁊ probatur oppositū illius premisse. Ex quo patet q̄ silogismus ad impossibile semp hz aliquā premissarū falsaz eo q̄ conclusio eius semp est falsa te ex veris non sequitur falsuz Ūñ in silogismo ad impossibile sunt duo processus Primus est ex eo q̄ proceditur a prēissis falsis ad ꝛ̄nem falsam. et iste ē silogistic⁹ et pōt vocari in eo eē aliqua fallacia. Scōus est ex quo proceditur a falsitate cōclusionis ad interimendū ꝓpōez que est causa eius falsitatis et in isto scōo mō fit fallacia scōm nō causaz vt cām. Dicit autez causa in proposito illa premissa que facit illatiōez cōclusionis qua remota nō āplius sequitur cōclusio. Sed ꝑmissa nō causa dr premissa que nō operatur ad illationē cōclusionis sic q̄ ipsa rēota nō min⁹ sequitur cōclusio. Sz nō causa vt causa dr premissa nihil faciens ad illatōez conclusionis que tñ apparz aliquid facere ad illationē cōclusionis ꝓpter aliquā cōuenientiā quaz hz in aliquo termino cōclusionis. Sed fallacia a nō causa vt causa sic diffinitur q̄ est deceptio prouenies ex conuenientia premisse nō cause vt cause cū cōclusione illata. propter quā cōuenientiā credimus premissaz nō causaz esse causaz illatiōis conclusionis. Ex quo vlterius credim⁹ conclusionez esse falsam ꝓpter similitudinē premisse non cause vt cause. Causa vero apparentie hui⁹ fallacie est falsitas conclusionis et conuenientia eius cum premissa non causa vt causa. Causa vo defectus est veritas premisse non cause vt cause. ⁊ etiā eo q̄ premissa nō causa vt causa nihil operatur ad illationē conclusionis. Et ita patet q̄ ista fallacia fit in regressu in conclusione facta qua cōcludim⁹ ꝑmissaz nō cām vt cāz esse falsaz ex illa conclusione falsa. vt si arguatur sic. ois asinus est rudibilis. oē animal est asinus. omnis hō est aial. g⁹ omnis hō est asinus. Ista ꝓpō oīe aial est asinus est premissa causa qz ea remota āpli⁹ nō sequitur conclusio. sz ista ois asinus est rudibilis est premissa nō causa qz ipsa remota vel nō posita nō minus sequitur conclusio. apparz tñ aliquid facere ad illatiōez ꝯclusionis. ideo si credatur q̄ ꝯclusio sit falsa ꝓpter falsitatez premisse nō cause vt cause decipitur ꝑ hanc fallaciam

Sciendū est secundo q̄ duo sunt modi huius fallacie. Primus est qñ premissa nō causa conuenit cū premissa causa ī subiecto. vt hic. ois asinus est rudibilis. oē aial est rudibile. ois hō est animal. g⁹ omnis hō ē rudibilis. Et tunc fit regressus ad interimendus hanc ois asinus est rudibilis et male fit regressus ideo ꝓmittitur hec fallacia. Et soluitur iste paralogismus negando consequentā eo q̄ male fit regressus ad interimendū premissaz falsaz qz illa ꝯ⁹ non est falsa ꝓpter falsitatē ꝑmisse nō cāe vt cause sz qz alia premissa falsa ē causa falsa. Scōs mod⁹ est qñ ꝑmissa nō causa expte sui ꝓdicati ꝯuēit cū premissa causa. vt arguēdo ois asin⁹ est rudibilis. oē rudibile est hō. brunellus ē rudibilis. g⁹ brunellus est hō. ꝯ⁹ est falsa. g⁹ aliqua ꝑmissaz ⁊ nō alia q̄ ista. ois asinus ē rudibilis. g⁹ ipsa est falsa. Respondēdum est q̄ hic male interimit qz loco premisse cause interimitur ꝑmissa nō causa. s. ea q̄ non ē causa talis ipossibilis illati. Et ad fallaciā hāc reducitur argumentū qđ ex possibilib⁹ sibi inuicē incōpossibilib⁹ infertur ꝯ⁹ incōpossibilis. vt si sic arguatur. hoc est album. hoc est nigruz. g⁹ album est nigruz. ꝯña est impossibilis. ergo aliqua premissaz. Respondetur negādo ꝯñaz qz causa illius impossibilitatis nō ē ipossibilitas alicuius premissarū sed est incompossibilitas premissaz inter se

Sciendum est tercio q̄ ad hoc q̄ copulatiua sit impossibilis nō requiritur q̄ aliqua pars eiꝰ sit impossibilis sed sufficit q̄ partes eiꝰ sint incōpossibiles dū tñ termini teneant vniuoce. nā ista est ipossibilis sortes currit z nō currit. et tñ partes eiꝰ sunt possibiles secundū se iō nō ōr ipossibilis. ſz q̄uis illaꝝ ptiū est alteri incōpossibilis. Dicit̄ vteriꝰ q̄ si ꝓns ē impossibile necesse est antecedēs illius ꝓntis esse ipossibile alias ꝓna nō valeret. iō bñ sequitur ꝓ est impossibilis. gꝫ totale añs est ipossibile. Sed nō sequit̄. ergo aliqua premissaꝝ est impossibilis Dicitur gꝫ applicando ad ꝓpositū q̄ defectus puenies per istaz fallaciaz est ex eo q̄ credimus q̄ nō est possibile cōclusionez eē falsaz quin aliqua premissaꝝ nō sit falsa. hoc tñ est falsuz qr ad impossibilitatē conclusionis sufficit q̄ totale antecedēs sit impossibile. Sz nō oportet q̄ si tale cō quens silogismi sit impossibile q̄ etiā aliqua p̄missaruz sit ipossibilis. ymo sufficit q̄ vna p̄missa sit alteri incōpossibilis. nec est simile de ipossibilitate et falsitate qđ patet qr impossibile est tale antecedens silogisticū esse falsuz qui aliqua premissaꝝ sit falsa qr copulatiua nō pōt esse falsa cuiusmōi est añs quin aliqua pars eiꝰ sit falsa. iō bñ sequitur. cōclusio est falsa. gꝫ aliqua p̄missaꝝ est falsa. ſz nō sequit̄. conclusio est ipossibilis. gꝫ aliqua premissaꝝ est ipossibilis. ſz bñ sequit̄. ꝓ est ipossibilis. gꝫ totale añs ē ipossibile

Sed contra predicta arguit̄. Primo sic. In qualibet fallacia ꝓclusio videtur ꝓbari p̄ premissas que nō ꝓbat̄. ergo in oi fallacia est fallacia scđm nō causaz vt causaz z p ꝓns nō distinguit̄ ab alijs. Scđo arguit̄ sic. Sicut se hz ens ad nō ens ita cā ad nō cām. ſz ens et nō ens nullo mō cōueniunt inter se. gꝫ causa et nō causa nullā habent conuenientiā inter se. Tercio arguit̄ sic. ista fallacia prouenit ex parte premisse nō cause. ſz illa semp ponit̄ in primo discursu silogismi ad impossibile scđz primū ꝓcessuz eius. ſz ille ꝓcessus est ostensiuus. gꝫ fallacia cōmittitur in tali silogismo inquantum est ad impossibile. Quarto arguit̄ sic. Fallacia scđm nō cāz vt causaz est bonus silogismus gꝫ ipsa nō debet dici fallacia.

Ad rationes. Ad primā dicitur q̄ non causa capit̄ dupl̄r. vno mō gñaliter ꝓ oñi illo qđ non est causa nec videtur esse causa. et sic quelibet fallacia est nō causa vt causa. Alio mō capit̄ specialiter scđm q̄ primus defficit et. et sic solū reperit̄ in hac fallacia. Ad scđam ōr q̄ ꝙuis nō ens nunq̄ sit ens. similiter ꝙuis premissa non causa nunq̄ sit causa. tamen potest apparere causa. Ad tercā ōr q̄ licet hec premissa nō causa ponat̄ in primo discursu silogismi ad impossibile et in eo sit causa apparentie tamen non sumit̄ hec fallacia nisi in vltimo processu cū ibi sit causa defectus destruēdo premissaz q̄ nō ē causa cōclusionis z scđm illuz ꝓcessuz talis silogismus ōr ad impossibile. Ad quartā ōr q̄ in silogismo in quo est fallacia non cause vt cause sunt duo processus. primus est silogisticus et ille est bonꝰ nec ibi est aliqua fallacia. Alius est in quo interimitur aliqua premissarum que non est causa illius conclusionis. et in illo est hec fallacia.

Roposito plures, est illa in qua plura predicātur de pluribus. vel plura de vno vel vnū de pluribus. vt sortes currit et disputat. vel sic. est ne hic et hichomo demōstrato sorte z brunello. vl̄ sortes et plato currūt et disputāt. Propositio autez vna est in qua vnū predicatur de vno. z hꝰ quadruplr siue vnū numero. vt hō est risibilis. siue vnuz specie. vt sortes ē hō. siue vnū genere. vt sortes est animal. siue vnuz secundum prius z posteriꝰ. vt hō est ens. aial est sanuz. Siue predicātur plura ex quibus fit vnū. vt hō est aial ratōale mortale. Se cundū plures interrogatōes fiunt paralogismi qñ ad interrogatōez plures dat̄ vna responsio. Causa apparentie huiꝰ fallacie est vnitas interrogatiōis cōplexe. Causa falsitatis ē pluritas ipsius. Duo sunt modi huius fallacie. Primus modus est quando plura in singu

lari numero subiciunt vel predicant. vt hic. est ne hic z hic hō demonstrato sorte et brunello. si dicat sic. ergo brunell9 ē hō. si nō. ergo sortes nō est hō. non bñ enīz respōdit qñ fecit respōsionez vnaz ad interrogatiōes plures. sed debet respōdere veruz est pro vno z falsuz pro reliquo. Scōus modus est qñ plura in plurali numero subiciuntur vel predicant. vt sunt ne ista bona vel nō bona. demonstratis bono et nō bono. si dicit bona. ergo bonū est malū. si nō bona. ergo bonū non est bonuz debuisset enīz respōdere. bonū est bonū. z malū est malum. Si autē concedat aliquis hō dari diffinitōnes simili modo in singulari z pl'ali. vt cecū est aptuz natū videre z non videt. z ceca sunt apta nata videre z nō vidēt: nō effugiet redargutōez demonstrato vno ceco z altero vidēte. z dicat sic. sūt ne illa ceca vel nō ceca. Si ceca. ergo illud ē cecū demōstrato vno vidente nō enī dicebat illū eē cecū et illuz eē videntē. sz dabat vnā responsionem eo q concessit q si milis daretur diffinitio in singulari numero et plurali.

Circa hunc textū notanduz est primo q hic cōsequenter autor determinat de fallacia secundum plures interrogatiōes vt vnā. et ad hoc ostendendū primo diffinit ppositōez plures. deinde ostendit quid est propositio vna. Dicit g9 primo sic. q propositō plures est illa in qua plura predicantur de vno. aut vnū de pluribus. aut plura de plurib9. exēpluz primi. vt sortes currit z disputat. exēpluz secundi. vt sortes et plato currūt. exēpluz tercij. vt sortes z plato currūt et disputant. et ōr propositio plures q ibi sunt plures ppositiones predicati cū subiecto vel saltē designantur esse. et p oppositū. Propositio vna ē illa in qua predicatur vnū de vno. siue sit vnum numero. siue vnuz specie. siue vnum gñe. siue accidente et sic de alijs. Unde ppositio plures pōt capi dupliciter. vno mō gñaliter pro oñi illa propositōe in qua nō predicat' vnū de vno designato per moduz vnus. Alio mō capitur stricte pro oñi illa propositōe in qua predicant' plura per modū pluriuz de vno vel vnum de pluribus. et sic capitur hic. Unde fallacia secundum plures interrogatōes vt vna sic diffinitur. Est ydoneitas decipiendi proueniens ex cōuenientia in terminis propositōis plures cū propositōe vna que tñ sunt inter se differentes. Et causa apparentie eius est apparens conuenientia in terminis propositōis plures cū ppositōne vna. rōe cuius credimus q sicut ad interrogationem vnā datur vna responsio ita etiā debeat dari vna responsio ad interrogatōez plures. Et prouenit illa apparētia ex numor. videt' enīz q interrogatio sit vna eo q in ea nō ponitur nisi vnū signum interrogatiuuz. Causa vō defectus ē diuersitas interrogatōis vni9 z interrogatōis plures nā sicut est aliqua interrogatio vna ita etiaz est aliqua interrogatio plures. in qua interrogant' plura de vno vel vnuz ō plib9 vel plura de pluribus. ita est etiaz aliqua propositio vna in qua predicatur vnum de vno.

Sciendū est secundo q huius fallacie duo sunt mōi. Primus est qñ in interrogatione plures plura predicantur in singulari numero. vt si queratur. est ne sortes vel brunellus hō. Si detur vna responsio. s. affirmatiua dicendo q sic tunc infertur. ergo brunellus est homo. Si respondeatur negatiue dicēdo q nō tunc infertur g9 sortes non est hō. Secundus modus prouenit ex eo q in interrogatione plures plura subiciuntur vel predicantur i singulari numero. vt demōstrādo duos homines quoz vnus sit cecus et alter videns et queratur vtruz isti sint videntes vel ceci. si dicatur q sic tunc infertur. ergo cecus est vidēs. si dicatur q sunt ceci tunc infertur. ergo videns est cecus. Et soluuntur isti paralogismi dando plures respōsiones ad interrogationem plures. Et est

sciendū q ad interrogationē plures qñq3 pōt dari vna responsio et quandoq3 plures.

Sciendum est tercio q interrogatio pōt dici plures quinq3 mōis. Primus modus est qñ plura iplicite interrogantur de plurib⁹ vel plura de vno vel vnū de pluribus sicut est illa in qua ponit⁹ termin⁹ equiuoc⁹. Secundus modus est qñ in ea explicite interrogantur plura de plurib⁹ vel plura de vno vt si quera⁹ vtrū sortes sit alb⁹ music⁹. Tercius modus est qñ in eadē ponunt⁹ plura ex eadem parte quoz vnū est determinatio alterius. vt si quera tur vtrū sortes alb⁹ sit bonus. Quartus modus est qñ in ea ponunt⁹ plures termini coniuncti p coniunctōez aut aduerbiū. vt si quera⁹ vtz sortes vel brunellus sit asin⁹. Quintus mod⁹ est qñ in ea ponuntur plures termini in plurali numero. vt si quera⁹ vtrū isti sint ceci vel videntes. Et inter istos quinq3 mōs interrogatōis plures duob⁹ primis modis nō est vna interrogatio. et per ꝯñs nō est propositio quia eadem est propositio et propositio vna. Ex quo sequit⁹ q ista nō est vna nec falla nec cōcedenda nec negāda sz distinguēda. et p ꝯñs nō est ad eā dāda vna responsio. Sed interrogatio plures tribus alijs mōis est aliquo mō vna. et ad eā potest dari vna respōsio. vt demōstrato vno hoīe videte et alio ceco et quera⁹ vtrū isti sint ceci vel videntes. Quis nō possum⁹ respondere q sic. pōt tñ responderi q nō q: ista isti sunt videntes equiualet vni copulatiue. s. huic iste est videns z ille nō est videns. Sed negatiua oppositā. s. ista isti nō sunt videntes equiualet vni disiunctiue hē. scilz huic. ille nō est videns vel ille nō est videns.

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. eadē est interrogatio et interrogatio vna. sz interrogatio plures nō est interrogatio vna. g⁹ interrogatio plures nō est interrogatio. Scōo arguit⁹ sic. in illa ppositōne sortes et plato currūt predicat⁹ vnū de pluribus et tñ est propositio vna. et nō plures. g⁹ est interrogatio vna. Tercio arguit⁹ sic. interrogatio plures sit trib⁹ mōis. g⁹ deberēt esse tres modi huius fallacie. Quarto arguit⁹ sic. quecunq3 sunt plura sunt in plurali numero. g⁹ plura nō subiciunt⁹ in singulari numero nec etiam predicantur in singulari numero.

Ad rationes. Ad primā dr q propositio dr vna dupliciter. vno mō gñaliter et sic ois ꝓpō est vna in qua predicat⁹ vnuz de vno vel plura de plurib⁹ hoc est cōiuncte. et sic interrogatio plures bñ ē vna. s. vna ꝯiunctōe vna. Secūdo⁹ propō illa dr vna in qua dr vnuz de vno et sic interrogatio plures nō est interrogatio vna. Ad scām cōcedo q illa est vna coniunctōe sz nō vna simpliciter. Ad tertiam dr q quilibz istoz mōz assignatoz continet tres modos interrgatōis plures. ideo bñ distinguntur plures. Ad quartā dicitur q si capiat⁹ vt est passio termini singularis sic est vnus mod⁹ numeri z plura pñt accipi in singulari numero.

Ost hec autem reducendum est omnes fallacias ad ignorantiaz elenchi. Reducere autem omnes ad ignorantiam elenchi est ostendere qualiter fallacia quelibet peccat contra aliquam particulaz in diffinitione elenchi positam aut ratiōe silogismi aut contradictionis. sicut enim differētia adueniens generi cōstituit speciem. ita ratio contradictionis adueniens silogismo constituit elenchuz. Unde quicquid est in elencho aut est in eo ratione cōtradictionis aut ratione silogismi. dicit enim aristoteles q diuidendū est omnes silogismos apparentes et elēchos. aut omnes reducendum est ad ignorātiam elenchi. Equiuocatio etā phibologia et figura dictōnis reducuntur ad ignorantiā elenchi. eo q duplex esse impedit silogismum et contradictionem. Compositio. diuisio. accentus reducuntur ad ignorantiaz elēchi in eo q non est oratio eadē velidem nomen sed differens.

oportet autem hoc scilicet nomen et ratiõem esse eadem quẽ admodum ꝛ rem si debeat esse elenchus. Qui vero secundum accidens fiunt manifesti sunt diffinito silogismo. quia fiunt contra particulam in diffinitione elenchi positam scilicet necesse est aliud accidere per ea que posita sunt et concessa. Et secundum hanc fallaciam que est secũdum accidens artifices et scientes sepe ab inscijs redarguuntur facientibus silogismos contra sapientes. nam secundum accidens faciunt silogismos apparentes. Qui vero fiunt secunduz quid ad simpliciter reducuntur ad ignorantiam elenchi. quoniam de eodez non est affirmatio et negatio. Ut ethiops est albus secunduz dentes. ergo est albus. Manifesti sunt autem silogismi qui prius dicti sunt. et quales nuncupantur. Qui vero fiunt secũdum id quod petitur in principio. et non causam vt causam peccant manifeste contra diffinitionem silogismi quia in silogismo oportet sequi aliud de necessitate quod nõ erat in principio. ꝛsic oportet ꝙ prẽisse sint cause conclusionis silogismi. Qui vero scõz consequens reducuntur sicut et illi qui fiunt secundum accidens. Qui vero secundum plures interrogationes vt vnam reducuntur eo ꝙ peccant contra vnitatem propositionis. ibi enim non sumitur propositio vna. et per consequens nec propositio. nam eadem est diffinitio vnius rei et rei. vt hominis et vnius hominis. simile autem est in alijs. vnde propositio vna vnum de vno affirmat. sed non est ita in propositõne plures in qua predicantur plura de vno velvnũ de pluribus. ꝛ propter hoc peccant contra vnitatem propositionis. Item omnes fallacie in dictione et secundum quid ad simpliciter. reducũtur ad ignorantiam elenchi eo ꝙ peccant contra contradictionem. Omnes autez fallacie alie extra dictionem reducuntur in hoc ꝙ peccant contra diffinitionem silogismi. Et hec de fallacijs Petri Hyspani dicta sufficiant.

Circa hunc textum notandum est primo ꝙ

Postq̄ autor determinauit de vnaquaq; fallacia secundū se consequenter determinat de ipis per comparationem ad verum elenchum ostendendo quomodo omnes deficiunt a ratione eius et qualiter peccant contra verum elenchum et per hoc reducuntur ad ignorantiam elenchi. Nam reducere fallacias ad ignorantiam elenchi est ostendere quomodo quelibet earum peccat cōtra aliquam particulam in diffinitione elenchi positam siue sit composita ratione silogismi simpliciter siue silogismi dialetici siue ratione contradictionis que aduenient dialetico constituit elēchum cum sit vltima differentia elenchi.

Tamen aduertendum est q̄ ignorantia elēchi capitur dupliciter. Uno modo specialiter p ignorantia aliquarum quatuor particularum vltimarum in diffinitione elenchi positarum. Et tunc secundum ignorantiaz elenchi sumitur vna fallacia specialis ab alijs distincta. Et isto modo hic non accipitur. Alio modo capitur communiter pro ignorātia cuiuscunq; particule posite in diffinitōe elenchi siue illa sit ex parte silogismi vel contradictionis. z hoc modo secundum ignorantiam elenchi non accipitur vna fallacia specialis sed ad eam omnes alie habent reduci.

Sciendum est secundo q̄

omnes fallacie in dictione habent reduci ad ignorantiam elenchi. Quod sic probatur quia reducere fallacias ad ignorantiam elenchi nō est aliud nisi ostendere quomodo quelibet fallacia peccat contra aliquam particulam in diffinitione elenchi positam. Sed omnes fallacie predicte peccant contra aliquam particulam in diffinitione veri elenchi positaz. ergo ꝛc. minor probatur inductiue quia oīes peccant contra illam particulam non nominis tantum nec rei tantuz sed nominis et rei simul. In fallacijs enim equiuocationis et amphibologie et figure dictionis est vnitas dictionis et non rei significate. In fallacijs vero compositionis et diuisionis nō est vnitas rei cum accipiatur in diuersis sensibus. nec nominis cum oratio composita et diuisa nō sint vna nisi potentialiter. Similiter etiaz in fallacia accentus non est vnitas rei cum dictio accipiatur specialiter. nec nominis eo q̄ ipsa vox est vna potentialiter tantum siue ex parte materie et diuersa secundum modum proferendi.

Sciendum est tercio q̄

similiter probari potest q̄ fallacie extra dictionem ad fallaciam elenchi habeant reduci eo q̄ omnes peccant contra aliquam particulam in diffinitione elenchi positam. Et patet in littera. nam fallacia accidentis peccat contra illaz particulam ex his que data sunt de necessitate accidere que significat q̄ ꝯ dz de necessitate sequi ex premissis. In fallacia enim accidentis conclusio non de necessitate sequitur ex premissis cum omnes paralogismi soluantur per negationem consequētie quia fallacia consequentis est pars fallacie accītis ideo et fallacia ꝯsequentis peccat contra eandem particulam. Paralogismi autem fallacie secundum quid et simpliciter et ignorantie elenchi peccant cōtra particulas in diffinitione elenchi positas ratione contradictōis ex eo q̄ in eis non sit affirmatio eiusdem ad idē de eodem. et sic de alijs. Dictum enim secunduz quid et dictum simpliciter non sunt idem. Paralogismi vero petitōnis principij peccant contra illam particulā non cōnumerato hoc quod erat in principio quia in ipsis idē assumitur ad probandum seipsum. Similiter in fallacia secundū non causam vt causam non fit probatio conclusionis ideo iste due peccant contra silogismum dialeticum siue probatiuum. Et quia ad omnem silogismuz requiritur q̄ sint due p̄ēisse z vna cōclusio. Et cū interrogatio plures non sit vna iō etiam fallacia secundum plures interrogatiōes vt vnam peccat contra verum elenchuz. et in talibus paralogismis reperitur duplex defectus. primo ex parte rerum ex quibus fit disputatio. Et omnes paralogismi in hoc deficiunt cōtra verum elenchum. Secundo ex parte respondentis que est ignorantia ipsius paralogismi propter q̄ respondens decipitur que duplex est. Prima est actiua. secunda vero passiua. Et primo in fallacia equiuocationis prouenit deceptō eo q̄ ignorat pluralitatem significatorum dictionis actualiter plura significantis. z in amphibologia eo q̄ ignorantur diuersa significata orationis et sic similiter in alijs fallacijs.

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. In precedentib⁹ ostense sunt cause apparentie et defectus cuiuslibet fallacie. ergo superflue hic ostenduntur. Secundo arguitur sic. Causa defectus paralogismi se tenet ex parte rei vel dictionū z per cōsequens fallacie non debent reduci ad ignorantiam elenchi

Tercio arguitur sic. fallacia ignorantie elenchi est fallacia specialis ab alijs distincta. ergo ad eam non omnes alie fallacie reducuntur

Quarto arguitur sic. Passio solum conuenit suo subiecto. sed contradictio est passio enūciationis. ergo non conuenit silogismo nec elencho.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ in precedentibus ostense sunt in speciali cause apparentie et defectus fallaciarum. hic aūt ostenduntur in gñali oīs ꝯparādo eas ad verū elenchū z ostendēdo quomō ab eo differunt.

Ad secundam dicitur q̄ duplex est causa defect⁹ q̄dā est ēntialis et intrinseca et illa nō se tenet ex parte respondentis sed ex parte rerū vel dictionum. Alia est extrinseca que prouenit ex parte respondētis eo q̄ ignorat habitudines rerum inter se. hic autem ostenduntur cause defectus et intrinsece t nō accītales aut extrinsece.

Ad terciā dicitur q̄ accipiēdo ignorantiā elēchi specialiter tūc est fallacia spālis ab alijs distincta nec ad eam reducuntur alie fallacie. sz accipiendo eam generaliter non est fallacia ab alijs distincta sed omnes ad eam habent reduci

Ad quartaz dr q̄ sz contradictio primo t per se soli propositioni conueniat. tamen bene ex consequenti potest conuenire silogismo ratione sue conclusionis vel alicuius suarum premissarum que contradicit conclusioni respondentis.

Et de sexto tractatu dicta sufficiunt.

Explicit tractatus sextus.

Sequitur septimus tractatus de suppositionibus.

Horum que dicuntur. Quedam dicuntur cuz complexione. vt homo currit. Quedam vero sine complexione. vt homo. quia est terminus incomplexus. Terminus vt hic sumitur est vox significans vniuersale vel particulare. vt homo vel sortes.

Terminorum autem incōplexorum vnusq̄sq̄ aut significat substantiam aut qualitatez aut quantitatē aut ad aliquid aut agere aut pati aut vbi aut quādo aut situs aut habitus.

Iste est septimus tractatus summularum magistri Petri Dyspani. qui dicitur paruorum logicalium in quo ipse determinat de terminis per respectum ad quasdam passiones eorum. Et prīo determinat de suppositiōe terminoz absolutoz. deide ō suppositōe terioz respectioz.

Et huius tractatus subiectū dicitur a quibusdam esse suppositio. aut etiaz terminus supponens q̄uis sit complexum secundum vocem tamen secundum situm circumlocutum est aliquod incomplexum. Pro nunc tamen dicitur q̄ nec suppositio est subiectuz huius tractatus cūm sit passio termini nec terminus supponens cum sit quid complexuz et est ens per accidens quia est quoddam aggregatum ex subiecto et passione. vnde passio termini est suppositio. et terminus est subiectum huius tractatus habens principia passiones et proprietates de eo demonstrabiles. Vnde hic tractatus est vtilis ad cognoscendum veritatem vel falsitatem enunciationum. Veritas enim propositionis non potest faciliter cognosci nisi cognoscatur quam suppositionem terminj habeant eo q̄ secundum variationem suppositionis variatur veritas propositionis. Valet etiam ad cognoscendum differentiam verorum silogismorum a sophisticis. Variatio enim suppositionum secundū genus causat silogismum sophisticum cum ab ea sumatur tercius modus fallacie figure dictionis. Ex predictis patet quid est subiectum huius tractatus et que est eius vtilitas. Causa autem eius efficiens est Petrus Dyspanus. Causa vero materialis est terminus. Causa finalis intrinseca est cognitō ipsius termini. Et causa extrinseca est cognitio enunciationum. Et ex cōsequenti totius argumentationis. Causa vero formalis est eadem sicut in precedentibus tractatibus.

Vnde ad cognoscenduz quibus conuenit suppositio et quibus non ponit autor vnam diuisionem positam in antepredicamentis que est ista. Eorum que dicuntur. idest per vocem exprimuntur quedam dicuntur cum complexione vt homo currit. quedam vero sine complexione. vt homo per se. Et posita est in antepredicamentis hec diuisio ad cognoscendum differentiam eorū que ponuntur in predicamentis ab his que non ponuntur. Et hic ponitur ad cognoscenduz dif

ferentiam eorum que supponunt ab his que nō supponunt. quia illa que dicuntur cum complexione saltem distante non supponunt.

Sciendum est secundo q̄ suppositio conuenit solum termino ideo autor noster primo diffinit terminum. Unde terminus est vox significans vniuersale vel particulare. In qua diffinitione ponitur vox loco generis. Et ponitur significans vniuersale vel particulare. ideſt rem vniuersalem vel particularem ad differentiam sincathegoreumatum que non sunt termini prout hic accipitur terminus.

Circa quam diffinitionem incidunt alique difficultates. Prima est quomodo ipsa potest saluari cum termini mentales et etiam scripti non sint voces. Secūda est q̄ sincathegoreumata videntur esse termini et tamen non significant res vniuersalem vel particularem. Tercia q̄ isti termini deus et ens et multi alij non significant rē vniuersalem cum deus et ens nō sint genus nec species nec differentia nec proprium nec accidēs non etiam significant rem particularem cuz nō ponantur sub aliquo vniuersali. Similiter chymera hircoceruus et multe alie dictiones nihil significant et tamen sunt termini. ergo ꝛc.

Pro solutione prime difficultatis pro supponitur q̄ triplex est terminus scilicet vocalis et mentalis et scriptus. Terminus autez mentalis est passio anime aliquid naturaliter significans Terminus vero vocalis est vox significans ad placitum. Sed termin⁹ scriptus est scriptura significans ad placitum. Dis suppositus dicitur ad primum dubium q̄ hec diffinitio non datur de termino mentali nec scripto. sed de termino vocali eo q̄ est principalior inter omnes terminos. Est autem alius modus dicendi q̄ hec diffinitio datur tam de termino vocali mentali q̄ scripto. Et quia sicuti hec diffinitio est analoga vt dicūt ita diffinitum est analogum. ideo non est necesse totam diffinitionem conuenire cuilibet contento sub diffinito. sed sufficit q̄ principalior analogato conueniat secundum omnes partes ꝛ minus principalibus analogatis secundū quas dā

Pro solutione aliorum dubiorum sunt alique distinctiones ponende. Prima est q̄ terminorū quidam sunt cathegoreumatici alij sunt sincathegoreumatici. et quidam mixti. Cathegoreumaticum autez vno modo idem est quod per se predicatiuū ꝛ similiter sincathegoreumaticū vno modo idem est quod cuz alio significatiuū Alio mod idem est quod predicatiuum. Terminus cathegoreumaticus est qui potest ēē subiectum vel predicatum aut pars subiecti vel predicati propositionis cathegorice. Terminus vero sincathegoreumaticus dicitur qui significatiue acceptus non potest esse subiectum vel predicatum nec pars subiecti licet bene pars predicati. vt sunt signa vniuersalia particularia negationes dictiones exceptiue. exclusiue et multe alie. Et hoc maxime si tale signū ponatur in principio propositionis. cum enim dicitur omnis hō currit. ly ois nec est subiectum nec pars subiecti q̄ si eēt ps. subiecti tūc iste due ois hō currit et quidā hō non currit nō essent ꝯtradictorie eo q̄ non essent eiusdem subiecti et predicati. sed bene potest esse pars predicati. vt dicendo nullus homo est omnis homo. quia si non esset pars predicaticati tunc due contradictorie possent simul esse vere quia ista esset vera nullus homo ē omnis homo. etiam ista quidam homo est homo et ille sunt contradictorie cum sint eiusdem subiecti et predicati nisi de necessitate dicatur q̄ omis est pars predicati. Secunda distinctio. terminus accipitur dupliciter. vno modo pro omni eo qō potest esse copula vel extremum propositiōis cathegorice aut etiā determinatio vel pars extremi. et sic signa vniuersalia vel particularia et alia signa sincathegoreumata sunt termini. Similiter scōm ponētes suppōes materialē vna tota ꝓpositio potest esse terminus. vt sic dicendo omnis homo est aial. ista tota est propositio. Scōo modo accipitur terminus prout distinguitur cōtra oratōes et sic omne incōplexuz est terminus Tercio⁹ accipitur pro eo q̄ significatiue sumptum pōt esse extremuz propositiōis cathegorice Si tñ non ponatur suppositio materialis nō est necesse illam particulā significatiue sumptū ponere. et sic nec verbuz nec cōiunctio nec aliquod sincathegoreuma pōt esse terminus. tñ oratō imperfecta bñ est. et sic accipit philosophus terminuz primo priorz cū sic diffiniat terminuz. Terminus est in quē resolutur propositio vt in subiectum et predicatū. Ex dictis ōr ad scōm dubium q̄ ista diffinitio datur soluz de termino cathegoreumatico. et ideo non oportet hanc diffinitiōez terminis sincathegoreumaticis ꝯuenire.

Sciendum est tercio pro solutione tercij dubij q̄ vniuersale vel particulare siue res vniuersalis vel particularis accipiūtur dupliciter. Uno modo generaliter pro omni eo quod est superius ad aliud vel hēt modus superioris siue sit ens reale siue sit ens rōis siue sit limitatū siue non. Et particulare pro omni eo quod est inferius ad tale vniuersale. et sic deus ens chymera et entia rationis possunt dici vniuersalia aut particularia. Alio modo accipiuntur specialiter scilicet pro eo quod vere ꝛ scōz rem est superius aut inferi⁹ ad aliud. ꝛ sic soluz illud ōr vniuersale qō ē predicabile proprie sūptum et illud dicitur solum particulare quod est subiectabile talibus predicabilibus.

Ex quibus patet solutio ad tercium dubium.

non enim accipiũtur proprie vniuersale aut particulare in illa diffinitione. ꝫ accipiunt gñaliter et ideo illi termini significant bene vniuersale aut particulare. Ex predictis sequitur ꝙ diffinitio termini debet sic exponi. Terminus vocalis cathegorematicus est vox incomplexa significans vniuersale aut particulare capiendo vniuersale et particulare generaliter.

Autor autem subdiuidit terminuꝫ incomplexum dicens ꝙ vnusquisqꝫ terminorum incõplexorum significat substantiam aut quantitatem ꝫ aut qualitatem. et sic de alijs vt dictum est in predicamentis. Que diuisio ponitur hic et in predicamentis propter tamen diuersas causas. Nam in predicamentis ponitur sic scilicet eorum que secundum nullam complexionem dicuntur singulum eorum aut significat substantiã aut quãtitatem aut relationem ꝛc. Et ponitur ibi ad cognoscendum ordinem terminorum significantium res predicamentales. hic autem ponitur ad cognoscendum naturam terminorum supponentiũ

Circa quam diuisionem incidit dubium. nõ enim videtur esse bona diuisio eo ꝙ multi termini et etiã cathegorematici. vt deꝰ chimera gen9 spes et oratio. et sic de alijs non significant aliquid illorum. Ad hoc posset dici ꝙ in illa diuisione non accipiuntur substantia et quantitas et sic de alijs proprie et precise pro rebus predicamentalibus sed accipiuntur generaliter pro omni eo quod est substantia principalis aut quantitas vel habet modũ substantie aut quantitatis et sic de alijs. Aliter tamen dicitur ꝙ per hanc diuisionem non diuiditur terminus in sua communitate sed solum terminus incomplexus categorematicus significans rem vniuersalẽ vel particularrem in predicamento reponibilem.

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. In alijs tractatibus determinatur de termino. ergo terminus non est subiectum adequatum huius tractatus. Secundo arguitur sic. omnis nullus et alia signa vniuersalia significant quantitatem. ergo sequitur ꝙ signa vniuersalia sunt termini cathegorematici. Tercio arguitur sic. omnis nullus et alia signa sincathegorematica possunt esse extrema propositionis. vt patet dicendo omnis ẽ sincathegorema. ergo possunt suppõere. ꝛ per consequens sunt termini vt hic accipitur terminus. Quarto arguitur sic, hec propositio homo est animal est vox significans vniuersale vel particulare cum ipsa significet quicquid significat subiectum et predicatum eius et tamẽ ipsa non est terminus vt hic accipitur terminꝰ. ergo diffinitio non est bona.

Ad rationes. Ad primã dicitur ꝙ in alijs tractatibus nõ determinatur de termino sub eadem ratione formali sub qua hic de eo determinatur sed sub alia. scilicet sub ratione qua est pars propositiõis vel silogismi vel sub aliqua alia. Ad secundam dicitur ꝙ non significant quantitatem ꝫ proprie sed denominant terminum sic vel sic accipi. scilicet copulatiue vel disiunctiue pro suis suppositis.

Ad terciaꝫ dicitur ꝙ ipsa significatiue accepta non possunt esse extremum propositionis quis tamen possint esse si accipiantur materialiter. et ideo non sequitur ea esse terminos. vel potest sic dici et magis conformiter ad oppinionẽ autoris scilicet ꝙ nullo modo possunt supponere aut esse extrema propositionis. Cum enim dicitur omnis est sincathegorema sensus est hec dictio omnis est sincathegorema. et sic dictio est subiectum et omnis est illud pro quo ipsum supponit. Ad quartam dicitur ꝙ hec vox homo est animal non est vox incomplexa ꝛ ideo nõ conuenit ei diffinitio termini. Posset secundo dici ꝙ ipsa de primario significato non significat ea que significãt sui termini Sed primo significãt compositionem extremorum. de ratione autem termini est significare primo rem vniuersalem vel particularem.

Significatio vt hic sumitur est rei per vocem secunduꝫ placitum representatio. quare cuꝫ omnis res aut sit vniuersalis aut particularis oportꝫ dictiones non significantes vniuersale vel particulare non significare aliquid. et sic non essent termini vt hic sumitur terminꝰ vt signa vniuersalia vel particularia. Significationum alia est rei substãtiue et hec fit per nomen substantiuum. vt homo. Alia est rei adiectiue ꝛ hec fit per nomen adiectiuum. vel per verbũ. vt currit vel albꝰ q̃ nõ ẽ ꝓprie significatõ substãtia vl adiectia ꝫ significat aliqd

substantiue vel adiectiue. Et significare aliquid adiectiue vel substantiue sunt modi vocum. qz adiectiuatio et substantiuatio sunt compotes modi et differentie rerum que significantur et non significant.

Nomina vero substantiua dicuntur supponere. sed nomina adiectiua vel verba dicunt copulare. Suppositio est acceptio termini substantiui p aliquo. Differunt autē suppositio et significatio. quia significatio fit per impositionem vocis ad significandum rem. suppositio est acceptio termini iam significantis rem pro aliquo. vt cum dicitur homo currit. iste terminus homo tenetur stare pro sorte. platone. z sic de alijs. Unde significatio prioz ē suppositione. et in hoc differūt quia significatio est vocis. suppositio vero est termini iam cōpositi ex voce et significatione ergo supponere et significare non sunt idez. sed differunt per locum a coniugatis. Item significatio est signi ad signatum suppositio vero est supponentis ad suppositum. ergo suppositio non est significatio.

Copulatio est acceptio termini adiectiui pro aliquo.

Circa hunc textum notandum est primo q hic consequenter autor diffinit significationem dicens q significatio est rei per vocem secundū placitum representatio. Unde duplex ē significatio. Quedam est naturalis qua vox aut cōceptus naturaliter et sine impositiōe significat res. propter quod ipsi conceptus siue passiones anime sunt eedem apud omnes. Eadem enim naturalis similitudo representat lapidem in mente greci et latini. Alia est significatio ad placitum que scilicet conuenit termino ex impositione voluntaria. Et talis est duplex. quia quedam est primaria siue ad placitum primarium que cōuenit vocibus. Alia est secundaria sicut sunt scripture. Sic enim subordinantur conceptus voces et scripture. Quia conceptus primo naturaliter significant res. deinde voces ex impositiōe siue ad placitum ipsas significat. et postremo scripture eadem significant. et sic illa tria sunt signa subordinata sic q voces non significarent res nisi conceptus prius significarent. scripture etiam non significarent nisi voces et conceptus prius significarent. Unde hic non diffinitur significatio prout est communis ad istas predictas significationes. Sed sicut prius diffinitus est terminus vocalis sic etiam diffinit hic significatio ad placitum primarium que est significatio vocis impposite ad significandum. In qua diffinitiōe ponitur representatio loco generis. Et ponitur secundum placitum ad differentiam significationis naturalis que conuenit conceptibus et aliquibus vocibus non impositis ad significandum. Et ponitur per vocem ad differentiam scripturarum. Et dicitur rei ad differentiam sincathegoreumatum que non significant res sz dispositiones rerum. Unde iterum significatio subdiuiditur. Quia quedam est rei substātiue que fit per nomen substantiuum. Alia ē rei adiectiue q̄ fit per nomen adiectiuū. Cuius ratio est qz ois res significatur vt est in se aut vt est in alio. Si primum sic est significatio rei substantiue. Si secundum sic est significatio rei adiectiue

Ex quo sequitur q hec diuisio sumitur ex parte rei significate. qz substantiuatō et adiectiuatio sunt modi rerum q̄uis non absolute sz rerum significatarum per terminos. Eadem enim est res significata per substantiuum et adiectiuum sicut per hec nomina album et albedo idē significatur. Quis sub diuersis modis significādi significent idem. albus enim significat formā accidentalem vt alteri inherentem. albedo vero eandē significat sed vt abstractā a suo subiecto

Sciendū est secundo q pro declaratōe diffinitionis suppositōis suppo nit q suppō accipi dupliciter, vno modo p suppōe realiq

relatione aliquid supponitur realiter alteri. ꝛ sic de ea non est hic ad propositum. Alio modo capitur vt est secunda intentio siue relatio rationis conuenies terminis. ꝛ sic adhuc dupliciter. vno modo vt est relatio suppositi ad appositū. ꝛ supponere hoc modo est verbo suppositum reddere. Alio⁹ capitur vt est scda intentō logicalis cōueniens termino vt eius passio et sic accipit hic

Et diffinitur sic. Suppositō est acceptio termini substantiui pro aliquo. Et dicit termini substantiui ad differentiā copulationis que est terminoꝝ adiectiuoꝝ qui non supponunt ſ copulant. et additur pro aliquo. ſ. pro re significata p terminū aut primario aut scdario. Ibi enim non accipitur aliquid vt est vnum particulare ſ accipitur trāscendēter. ſ. pro vel ꝑ ente. Circa quaꝝ diffinitionē incidunt alique difficultates.

Prima est vtrū terminus possit supponere tā in propositōe ꝙ extra propositōeꝝ. Ad quā dubitationē respondet ꝙ ꝙuis scōm multos modernos logicos sit impossibile terminum supponere extra propositōeꝝ. tū secundum autorem nostrum possibile est terminum substantiuum supponere tam in propositione ꝙ extra propositionem. Qō patet primo qꝛ iste terminus hō per se sumptus supponit naturaliter. ſ. tam pro pūtibus ꝙ futuris et preteritis. Scdo patet qꝛ suppositio nihil aliud est ꝙ acceptio termini substantiui pro aliqua re significata per ipsuꝝ. Sed terminus substantiuus significans rem pro ea pōt accipi taꝝ in propositiōe ꝙ extra propositionē. gⁿ et potest supponere. Ex quo infertur ꝙ de ratōe suppositionis non est ꝙ sit respectu verbi vel predicati. ꝙuis suppositio accitalis nō sit nisi respectu alterius adiuncti. Scda difficultas est vtrū terminus adiectiuus possit supponere. Pro solutōne supponitur ꝙ duo significant per nomē adiectiuum. vnum enim significatur de significato principali et primario et est forma accidentalis que significatur cum quadam dependentia ad subiectum. Aliud est qō consignificatur ꝛ minus principaliter importatur tanꝙ id ad quod illa dependētia terminatur. Hoc notato dicitur primo ꝙ terminus adiectius non potest supponere pro suo significato primario. quia illud qō supponit pro aliquo debet illud significare per modum per se stantis. Secundo dicitur ꝙ terminus adiectiuus potest supponere pro suo significato secundario sed non pro primario. Ulteri⁹ infertur ꝙ non quilibet terminus supponit pro quolibet siorum significatorum. patet de adiectiuis que non possunt supponere pro suis significatis primarijs. ergo correlarium verum.

Sciendum est tercio ꝙ

tercia difficultas est vtruꝝ suppositio distinguat a termino supponēte. De qua sunt tres modi dicendi. Primus modus est ꝙ quilibet terminus supponens est suamet suppositio. Et vltra dicitur ꝙ acceptio termini vt hic accipitur non est aliud ꝙ terminus qui est acceptus vel potest accipi in propositione pro aliquo. Ex istis infert primo ꝙ ad hoc ꝙ aliquis termin⁹ supponat nō requiritur ꝙ actu accipiatur pro aliquo in propositione. quia si sic iste terminus homo exiſtēs in libro clauſo non supponeret. Sed sufficit ꝙ si aliquis circa eum aduerteret ipsum acciperet in ꝓpositione pro aliquo. Secundo infertur ꝙ quādocunqꝫ terminus potens supponere supponit est suppositio sua. Tū non quandocunqꝫ est potens supponere est suppositio sua. Quia secundum hunc modum dicendi iste terminus suppositio est terminus connotatiuus qui vltra terminum connotat acceptionem eius in propositiōe. Et iste modus est modus dicendi Johānis Dorp et aliorum nominalium. Secundus modus dicēdi est ꝙ suppō ꝓcept⁹ vltiati siue termini mētalis est met ille terminus mentalis. Sed suppositio termini ad placitū. scilicet vocalis aut scripti non est terminus vocalis aut scriptus sed est etiam terminus mentalis. Ex quo infertur pro ꝙ sicut in voce aut scripto non est vītas aut falſitas propositiōnalis nisi in ordine ad conceptū mentalem sibi correspondentem. sic etiam terminus vocalis aut scriptus non dicitur supponere nisi in ordine ad conceptum mentalem sibi correspondentem. Secūdo infertur ꝙ sicut hꝰ scriptum deus est in libro clauſo non est actualiter propositio nec actualiter verum vel falſum significat eo ꝙ actualiter non accipitur mediante aliquo conceptu. sed est propositio in potentia propinqua. sic ille termin⁹ deus in illo libro nō supponit actualiter sed tantum in potentia propinqua. Et iste est modus dicendi Marcilij et multorum aliorum noſalium. Tercius modꝰ dicēdi est realium logicorum dicentiuꝫ ꝙ suppositio logicalis nihil aliud est ꝙ vna secunda intentio siue relatio rationis exiſtens in termino cauſata per actum intellectus qua intellectus accipit terminū pro re ſignifata per ipsuꝝ. Ex quo infertur primo ꝙ suppositio actualis distinguitur a termino ex natura rei et potest ab eo separari. Secundo infertur ꝙ suppositio nō est forma termini sed est aliquis respectus consequens quidtatem ipsius termini. Consequenter autor assignat tres differentias inter suppositionem ꝛ significationem. Prima est ꝙ significatio est pro ꝓpietate vocis. suppositio vero est propietas termi significantis rem. Secunda differentia est qꝛ significatio aduenit simplici voci. Suppositio vero aduenit termino constituto ex voce ꝛ significatione. Tercia est quia significatio est relatio signi ad significatum. suppositio vero est relatio terminini supponentis ad rem suppositam

Consequenter autor diffinit copulationem dicens. Copulatio est acceptio termini adiectiui pro aliquo. Et ponitur termini adiectiui ad differentiaz suppositõis que est acceptio termini substantiui. Qz autem adiectiua copulãt patet quia copulare est significare aliquid alteri adiacere Sz adiectiua significant formam cũ inherentia sicut adiectiua ad subiectum. ergo adiectiua copulant. Nec capitur hic copulare vt idem est qõ coniungere predicatum cum subiecto qz hoc nõ conuenit adiectiuis sed tm̃ copule verbali. Sed accipitur vt est iherere aut adiacere alicui siue significare aliquid cum inherentia ad subiectum.

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. Si hec diffinitio significatõis eẽt bona sequeretur q̃ termini secunde intentiõnis nihil significarent cum non videantur repñtare aliquam rem et tm̃ aliquid significant ergo diffinitio nõ est bona. Scõo arguitur sic. diffinitio significatõnis non conuenit significationi passionum nec etiam scripturaꝝ. ergo non conuenit omni contento sub diffinito. et per cõns nõ est bona. Tercio arguitur sic. Si diffinitio suppositõis esset bona sequereꝝ q̃ terminus substantiuus non possz supponere simpliciter. cõna pz qz terminus supponẽs simplr nõ capitr pro aliquo. Quarto arguitur sic. suppositio est acceptio termini substãtiui ꝓ aliquo. ergo terminꝰ adiectiuus nullo mõ supponit.

Ad rationes. Ad primã

dicitur q̃ licet termini secunde intentiõis nõ significent aliquam rem habentem esse reale tm̃ significant rem ratõis habentem esse obiectiuz in alia et hoc sufficit ad hoc qõ aliquid significent.

Ad secam̃ dr q̃ solutio patet ex dictis quia hic solũ diffinitur significatio ex ipositione primaria ad placitũ que nõ cõuenit conceptibꝰ aut scripturis. Ad terciã dr̃ q̃ adiectiuz nõ supponit inquantũ adiectiuũ. tm̃ bene põt suppone re ratõe subiecti in eo inclusi et connotati. Ad quartã dr q̃ nõ accipitr pro aliquo in diffinitiõe suppositõis particulariter z sincathegoreumatice sz accipitr cathegoreumatice et transcendẽter.

Appositionuz alia cõmunis alia discreta. Suppositio communis est que fit per terminum communez. vt homo animal. Discreta est que fit p terminum discretuz. vt sortes. vel per terminum communem cum pronomine demonstratiuo. vt iste homo qui est terminus discretus. Item suppositionum communium. alia naturalis. alia accidentalis. Suppositio naturalis est acceptio termini communis pro omnibus his pro quibus aptus natus ẽ participari. vt iste terminus homo per se sumptꝰ supponit pro omnibus hominibus. tam qui sunt qui erunt et qui fuerunt.

Circa hunc textum notandum est primo q̃ consequenter autor determinat de suppositione diuisiue. Unde suppositio prima sui diuisione diuiditur in suppositionem propriam et impropriam. Suppositio impropria est acceptõ termini pro aliquo pro quo de rigore sermonis nõ permittitur precise supponere sed ex transumptione et vsu loquendi. et de hac suppositõne nõ loquitur hic autor. Et assignantur tres modi eiꝰ suppositionis. Quia quedam est methaphorica alia est antonomastica. et alia synodocica. Unde suppositõ impropria synodocica est illa quando pars supponit pro toto. vt cum dicitur proza est in mari q̃uis enim proza sit pars nauis tamẽ supponit pro tota naue et excusatur hec locutio per synodochen. Methaphorica autem suppositio fit qñ cõtinens ponitr pro contento aut econtra. vt si vas supponat pro vino vel vinum pro vase. Anthonomastica autem suppositio fit quando terminus communis supponit pro vno cui maxime conuenit. vt cũ dicitr philosophus fecit hoc quis enim iste terminus philosophus de virtute sermonis non plus deberet supponeret pro aristotele q̃ platone. tamen quia aristoteles inter omnes philosophos maximus reputatur. ideo si iste terminus sumatur per se pro eo supponit per anthonomasiam. Similiter cum dicitur pro pheta dixit hoc. ibi propheta supponit pro dauid. Et cum dicitur apostolus dicit hoc. ibi apostolus supponit pro paulo. Possunt etiam assignari alij modi secundum diuersitatem figurarum grãmaticalium. sed isti sunt modi principales quibus autores frequentius vtuntur.

Suppositio vero propria est acceptio termini pro aliquo pro quo de virtute sermonis permittitur supponere et hanc diuidit autor prima sui diuisione in suppositionem cõem et discretã

Unde alij aliter diuidunt suppositionem prima sui diuisione. s. in suppositionez personalem simplicem et materialem. Circa quam diuisionem incidunt alique difficultates. Prima est qđ est suppositio materialis. Pro cuius solutõe supponitur q̄ suppositio materialis potest fieri quibz modis. Primo mõ qñ vox prolata supponit pro seipsa vel scriptum pro seipso. vt si dicatur hõ est vox plata. ista vox hõ supponit materialiter pro seipsa. Secundus modus est quãdo terminus scriptus supponit pro seipso prolato. vel scriptura supponit pro voce. vt cum dicitur hõ est dictio dissillaba et homo scribatur tunc illa scriptura supponit materialiter pro illa voce hõ Tercius modus est qñ terminus vel vox supponit pro alio termino vel pro alia voce simili. vt cum ðz aial vere predicatur de hoie in hac propositione hõ est animal. ibi hec vox homine supponit pro hac voce homo. Quartus modus fit qñ terminus sumptus sub vna suppositõe supponit pro seipso sumpto sub alia. vt cuz dicitur homo habet suppositionem personalem in hac propositõe omnis hõ currit. ibi hõ supponit materialiter pro seipso supponente personaliter. Quintus modus est qñ terminus acceptus sub vna suppositione supponit pro seipso non potẽte supponere vt si dicatur albus non potest supponere. si enim hec sit vera oportet q̄ subiectuz supponat pro aliquo. non tamen potest supponere pro seipso supponẽte aut potente suppone re. quia sic propositio esset falsa Ex quo infertur primo q̄ propositio negatiua potest esse vera ꝙuis predicatuz insit subiecto vel ei p quo supponit. duz tñ non insit illi pro quo supponit scõm q̄ pro illo supponit. Ex quo sequitur secundo q̄ nõ in omni propositione põt terminus habere suppositõez materiales. ſz solum qñ comparatur alteri extremo qđ respicit ipsum scõm q̄ ẽ terminus. Et est talis propositio distinguẽda penes equiuocatõnez eo q̄ põt accipi personaliter aut materialiter pro significato aut signo. Tercio sequit q̄ suppositio materialis ẽ acceptio termini qua accipitur pro se vel pro alio sibi simili aut dissimili eodez mõ vel aliter supponente cui nõ imponit ad significandũ nec significat naturaliter proprie illud pro quo supponit. et iste est modus dicendi modernoz logicorum.

Sciendus est secundo q̄

scda difficultas est vtrũ sit de intentõne autoris nõ ponere suppositõez materiales. De quo sũt duo mõi dicendi Primus stat in duob9 dictis Primũ dictuz est causa quare autor nõ determinat de suppositõe materiali qz satis vsitata est apud grãmaticos et de se videtur manifesta. Secundũ dictuz est qz petrus hyspanus nõ dicit q̄ suppositio cõueniat solũ termino iã significanti q̄ suppositio ꝑsupponat significationem eo q̄ suppositio solũ ꝓueniat termino pro suo significato. Nã scõm autorẽ hõ non significat sortez et platonẽ et tñ pro eis supponit. Sz dicit hoc eo q̄ suppositio solũ cõuenit termino aliquid significanti nõ tñ semp pro suo significato. Ex quo infertur q̄ de intentõe eius nõ fuit negare suppositõez materialẽ. Alius modus dicendi ẽ q̄ de intentõe eius fuit eã oino negare. Qz suppositio soluz ꝓuenit termino taz significãti aliquã rem. ſz si suppositio materialis poneret nõ solũ possent supponere voces significatiue ſz etiã nõ significatiue. gr̃ ꝛc. Tercia difficultas ẽ vtr̃ possit saluari et etiam defendi suppositõez materialem nõ esse ponendã. Cũ enz videatur q̄ non possit saluari veritas hanz propositionũ homo ẽ vox. aial est trissillabũ. et sic de alijs nisi dicẽdo q̄ subiecta eaz supponũt materialiter. Ad quã tñ dubitatõez ðz cõiter q̄ in talib9 ꝓpõibus subiecta nõ supponunt logicaliter cũ ibi nõ sit relatio termini ad rez significatã ꝙuis sit ibi suppositio grãmaticalis que ẽ relatio suppositi ad appositũ. Et ideo nõ sequitur q̄ suppositio materialis sit inter suppositões logicales connumerãda. Est tñ alius modus respondendi q̄ scõm aliquos nunc̄ termin9 materialiter acceptus ẽ subiectum aut predicatũ ꝓpõis. Sed si videat q̄ nõ debet teneri aliter q̄ materialiter tunc debet ibi suppleri aliquis termin9 singularisatus p pronomẽ demõstratiuũ supponẽs materialiter pro illo termino. Ex quo sequit q̄ cũ dicitur hõ est dictõ dissillaba ista vox hõ nõ est subiectuz huiꝰ ꝓpositõis nec pars eiꝰ ſz est illud pro quo supponit subiectũ dicte propositõis. Est enim sensus hec dictio hõ est est dictio dissillaba in qua iste terminus hõ nõ est subiectũ sed est illud pro quo supponit subiectum.

Sciendum est tercio q̄

suppositio discreta est illa que fit per terminũ discretũ siue singularez singlariꝫ et vnitoce tentũ aut per aliũ sibi equiualentez sicut est terminus cõis sumptus cũ pronoie demõstratiuo. Põt ei suppositio discreta fieri duobꝰ mõis. vnoꝰ p terminũ discretũ pro quo ponit talis ꝛia. Terminus discretꝰ discrete sumptus ꝛ tentus respectu quoruncunq; ꝑdicatoz semp suppõit discrete. vt sortes est hõ. plato est aial et sic de alijs. Alioꝰ põt fieri per terminũ cõem singularisatuz p pronomen demõstratiuũ ꝛ demõstratuz. vt dicendo iste hõ currit. Ex quo sequit q̄ terminus supponens suppositõe discreta suppõit pro vno singulari tñ sic q̄ p alio supponere non põt. Unde scõm quo sdã sicut suppõ prima sui diuisione diuiditur in suppositõez discretã et cõem sic etiam diuidi põt in simplicẽ personalez et materialem et ideo scõm ipsos suppositõ discreta diuiditur

in supppositõez discretã materialẽ et suppositi onẽ discretaz personalez. vt cum dicitur iste hõ currit vel sortes currit subiectum supponit personaliter discrete. Sed demonstrando hanc vocem sortes si dicatur sortes est dictio dissillaba subiectũ supponit materialiter discrete. Sed suppositio cõis est illa que fit per terminuz communem cõiter tentum. vt cum dicitur hõ currit. hõ supponit cõiter. Alij addunt vel per terminũ singularem cõiter tentuz propter suppositionẽ materialem cõem. Nam scõm eos cuz dicitur sortes est dictiõ dissillaba sortes supponit materialiter cõiter. s. pro se et pro sibi similibus. Dividitur aũt suppositio cõis scõm autorem in suppositionem naturalez et accidentalem. Suppositio naturalis est acceptio termini cõis pro oibus p quibus sua natura siue forma nata ẽ participari. vt iste terminus homo per se sumptus supponit naturaliter pro oibus hominibus qui sunt fuerunt t possunt esse. Vñ natura termini in proposito dicitur esse illud quod circũscripto omni opere intellect9 adhuc est multis cõmunicabile ex natura rei vt est significatum per terminũ cõmunez qui quidem terminus cõis ꝑtum est ex se põt accipi indifferenter pro presentibus preteritis et futuris. Ex quo sequitur ꝙ hec suppositio dicitur naturalis propter duas causas. Pria qz talis suppositio non convenit termino rõe alicuius extrinseci sibi adiuncti. sed convenit sibi secundum se. Secunda causa est quia talis suppositio convenit termino ratione nature cõis p eũ significate. Sed iuxta predicta oriunt alique difficultates. Prima vtrum necessariuz sit ponere suppositionem naturalem. Ad quam respondetur ꝙ sic ꝗuis multi de suppositiõibus determinantes eam omiserint. Qz aũt necessarium sit eam ponere probatur quia non videtur qualiter propositiones demonstratiue possint saluari nisi ponendo ꝙ termini in ipsis naturaliter supponant. s. pro presentibus preteritis et futuris. Nã si sic non esset sequeretur ꝙ si quis heri p demõstrationez acquisiuerit scientiam de hac conclusione ois homo est risibilis. et hodie genitus est vnus hõ ꝙ ipse ꝺnõ hẽat plꝰ scientiam de illa cõclusione qõ videtur absurduz. Patet tñ ꝺsequentia quia in illa cõclusione ois homo est risibilis homo heri nõ supponebat pro illo homine qui hodie est genitus. et ideo de ipso non acquisiuerat scientiam t per consequens nunc non habet scientiam quod est falsum. Secunda difficultas est vtrum suppositio naturalis conueniat termino solum extra propositionem. Ad quã respondetur ꝯmuniter ꝙ sic eo ꝙ suppositio naturalis solum conueniat termino sumpto per se et non ratione alicuius adiuncti. Dicendum est tamen ꝙ ipsa potest convenire termino taz in propositione ꝗ extra propositionem vt patet p hoc quod immediate dictum est. scilicet dum ponit in propositione que est in primo modo vel secũdo modo dicendi per se.

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. si in hac propositione amo est verbum amo supponeret tunc propositio esset falsa. quia ipsum materialiter sumptũ nõ est verbum sed nomen. ergo in tali propositõne nõ potest esse suppositio materialis. Secundo arguitur sic. Nec conceditur hominez esse animal est verũ. et tamen hec propositio non potest saluari nisi dicendo ꝙ hoc totum scilicet hominez esse animal suppõit materialiter pro hac propositione homo est animal. ergo necessariuz est ponere suppositionem materialem. Tercio arguitur sic. suppositio sequitur significationez ergo sicut est aliqua significatio ad placitum ita debet esse aliqua suppositio. et per consequens diuisio suppositionis communis non est bona.

Quarto arguitur sic. suppositõ naturalis non convenit termino ratione alicuius adiuncti ergo non potest ei convenire in propositione.

Ad rationes. Ad primã dicitur ꝙ in illa propositione amo est verbum amo suppõit materialiter pro sibi simili posito in alia propositione. et ideo licz predicatum nõ cõueniat sibi secundum ꝙ hic supponit. tamen cõuenit ei ꝑ quo supponit. Ad secundã dicitur ꝙ illa non ꝓceditur ad illum sensuz ꝙ hoc dictũ hominez esse animal supponat materialiter pro hac propositione homo est animal. Sed ad hũc sensum ꝙ hoc dictuz siue significatum hominẽ esse animal denotatum per hanc propositionez homo est animal est verum. Et ꝗuis veritas et falsitas non conueniat illi dicto tanꝯ signo eo ꝙ non est propositõ. tamen conuenit sibi fundamentaliter et tanꝯ rei significate. Ad terciam dicitur ꝙ ꝗuis suppositio consequatur significationem tamen multum differunt inter se t ideo ꝗuis sit aliqua significatio ad placituz nõ est tamen necesse aliquam suppositionem esse ad placituz quia suppositio alia a naturali non cõuenit termino absolute sed in comparatione ad adiunctum. et ideo oportet ꝙ terminus sic supponens supponat secundum exigentiam adiuncti et non ad placitum. Ad quartam dicitꝝ ꝙ negatur consequentia quia ꝗuis suppositio naturalis non conueniat termino ratione adiũcti. tamen sibi potest convenire cum adiuncto.

Accidentalis suppositio ẽ acceptio termini cõmunis pro omnib9 his pro quibus exigit

suum adiunctum. vt homo currit. hic iste terminus homo supponit pro omnibus hominib9 presentibus. Et cum dicitur homo fuit vel hō cucurrit. supponit pro preteritis. Et cum dicitur homo erit vel homo curret supponit pro futuris. Et sic habet diuersas suppositiones secundum diuersitatem eorū que ei adiunguntur. Accidentalium suppositionum. alia simplex. alia personalis. Suppositio accidentalis simplex est acceptio termini communis pro re vniuersali significata per ipsum terminum. vt cum dicit̄ homo est species. animal est gen9 Jbi iste terminus homo supponit pro homine in communi. et nō pro aliquo inferiori. Et iste terminus animal supponit pro animali in communi. et nō pro aliquo inferiori. Et similiter dicendum est de quolibet termino communi. vt risibile est proprium. rationale est differentia album est accidens. Jtem suppositionum simpliciuz. alia est termini communis in subiecto positi. vt hō est species. Jbi iste terminus homo simplicem habet suppositionem. quia solum supponit pro natura speciei. Alia ē termini communis positi in predicato ppositōnis affirmatiue. vt omnis homo ē animal. Jbi iste terminus animal in predicato posit9 simplicem habet suppositionez. quia solum supponit pro natura generis. Alia est termini communis positi post dictionem exceptiuam. vt omne animal preter hominem est irrationale. Jbi iste terminus hominem simplicem habet suppositōnem. quia non licet fieri descēsum sub ipso. vnde non sequitur omne animal preter hominem est irrationale. ergo omne animal preter hunc hominez est irrationale. erquo ibi est fallacia figure dictionis procedendo a suppositione simplici ad personalem Similiter hic homo est species ergo aliquis homo est species et similiter hic. omnis homo est animal. ergo omnis homo est hoc animal. Jn omnibus enim istis fit processus a simplici suppositione ad personalem. Q; autē terminus in predicato positus simplicem habet suppositionem patet. quia cum dicitur omnium oppositorum eadem est disciplina. nisi ille terminus disciplina simplicem haberet

suppositõnem. sic fieret descensus sub ipso. et esset falsa. Nulla enĩ particularis disciplina est omnium contrariorum. medicina enim non est omniũ cõtrariorum sed solum sani et egri. grammatica non est omniũ contrariorũ sed solum cõgrui et incongrui logica veri et falsi. et sic de alijs.

Supp. accidentalis. Circa hunc textum notãdum est primo q̃ suppositio accidentalis est acceptio termini cõmunis pro omnibus his pro quibus exigit suũ adiunctum. vt cum dicitur homo est. iste terminus homo supponit pro omnibus his pro quibus exigit hoc verbum est sibi adiunctum. scilicet pro hominibus presentibus. Exquo patet q̃ hec suppositio dicitur accidentalis quia conuenit termino respectu alicuius extrinseci. Consequenter autor diuidit suppositionem accidentalem in suppositionem simplicem et personalẽ Cuius diuisionis sic habetur sufficientia. q̃ omnis suppositio accidentalis est acceptio termini communis cuĩ aliquo adiuncto. Aut ergo talis terminus communis accipitur pro re vniuersali significata per ipsuĩ ꝛ sic est suppositio simplex aut pro re singulari. ꝛ sic est suppositio personalis. Unde suppositio simplex sic diffinitur est acceptio termini communis pro re vniuersali significata per ipsum. In qua diffinitõne ponitur acceptio loco generis. Et ponitur termini cõmunis ad differentiam suppositionis discrete. Et ponitur pro re vniuersali significata per ipm ad differentiaĩ suppositõis personalis vel materialis. Et iterum diuidit ipsam suppositionem simplicem sic autor. Quia quedam est termini communis positi a parte subiecti. vt cuĩ dicitur homo est species. animal est genus. ibi homo et animal supponunt simpliciter. Alia ẽ termini communis positi post dictionem exceptiuã vt cum dicitur. omne animal preter hominem ẽ irrationale. iste accidentalis hominem habẽ suppositionem simplicem. Quod probatur quia nõ sequitur omne animal preter hominem est irrationale. ergo omne animal preter hunc hominem ẽ irrationale. sed est fallacia figure dictionis arguendo a suppositione simplici ad personalem Alia est suppositio simplex termini cõmunis positi in predicato propositionis vniuersalis affirmatiue. vt cum dicitur omnis homo est animal. ibi animal suppõit simpliciter. quod patet quia cum dicitur omnium oppositorum est eadem disciplina propositio esset falsa. nisi iste terminus disciplina supponeꝛ simpliciter. eo q̃ nulla particularis disciplina est omnium oppositorum.

Sciendũ est secundo q̃ ex predictis oriuntur alique difficultates. Prima est vtrum suppositio simplex sit termini pro re vniuersali significata. De qua sunt duo modi dicendi contrarij fundati in diuersis modis ponendi vniuersalia. Pro declaratione primi modi dicendi qui dicitur modernorum logicorũ ponuntur alique suppositiones. Prima est q̃ non est aliqua res vniuersalis sed omnis res ẽ singularis q̃uis aliqui termini sint vniuersales qui significant res singulares sub conceptu cõmuni. idest representãt plures res indifferenter. Exquo sequitur primo q̃ illi termini communes homo. animal. et alij similes non significant aliquam rem vniuersalem siue naturam aliquam multis singularibus communicabilem. Sed de primario et de principali significato significant res singulares. vt sortem platonẽ et sic de alijs Secundo sequitur q̃ tales termini nunq̃ supponunt pro aliqua re vniuersali cum nulla sit talis res aut possit esse. Secunda suppositio est q̃ terminus vocalis aut scriptus communis nõ potest supponere nisi tribus modis. Uno modo pro rebus singularibus quas vltimate significat. et sic supponunt personaliter. Secundo potest supponere pro alio termino vocali vel scripto ad quem vltimate significandum non est impositus. et sic supponit materialiter vt prius dictum est. Tercio mõ potest accipi pro conceptu cui subordinatur in significando mediante quo significat suum significatum vltimatum. et sic terminꝰ supponit simpliciter. Exquo patet q̃ differentia est inter suppositionem materialem et simplicem. Patet etiaĩ q̃ illi qui non ponũt suppositionem simplicem distinctam a materiali ꝛ eam sub materiali comprehendunt magis generaliter accipiunt suppositionẽ materialem q̃ fit prius accepta. dicunt enim omnes terminuꝫ supponere materialiter qui suppõit pro termino ad quem vltimate significandum non est impositꝰ

Et pro hac opinione adducuntur alique autoritates. Et primo autoritas aristotelis septimo metaphisice vbi ex intentione tractans iliaĩ conclusionem dicit q̃ nullum vniuersale est substantia et q̃ impossibile est substantiã esse quod cunq̃. vniuersaliter dictorum. Itez secundo metaphisice impossibile est vniuersalium nominuꝫ substantiam esse. Item octauo methaphisice vniuersale nec est substãtia nec genus nec accidẽs. Item in proheimio de anima. vniuersale nihil est aut est posterius suo singulari. Ratione autẽ

nota. de vni. sali

probatur sic. omnis substantia est vna numero. Quia omnis substantia vel est vna res vel plures. si est vna res et non plures est vna numero hoc enim ab omnibus vocatur vnum numero. Si est plures res vel est plures res singulares vel vniuersales. Si sit primum tunc aliqua substantia esset plures substantie singulares. et per consequens eadem ratione aliqua substantia esset plures homines. Si sit plures res vniuersales accipiatur vna illarum rerum et queratur aut est vna aut plures. Si secundum detur scilicz q̄ est vna tunc erit res singularis. Si primum queratur vlterius aut est plures res singulares aut vniuersales. et ita erit processus in infinitum vel stabitur q̄ nulla substantia erit vniuersalis. Itē si est aliquod vniuersale existens in singularib⁹ distinctuz ab eis sequeretur q̄ posset esse sine eis quia omnis res naturaliter prior alia potest per diuinā potentiā esse sine alia. sed consequens est absurdum. ergo non est aliqua res vniuersalis Item si illa oppinio esset vera sequeretur q̄ deꝰ non posset vnum individuum annihilare nisi omnia individua destrueret. quia si annihilet vnū individuū destruit totū qđ ē de essentia illius individui et per consequens destruit vniuersale qđ est in eo et in alijs. et sic alia individua non manerent cum non possint manere sine substantia eorum hoc autem est absurdum. igitur ꝛc. Item si tale vniuersale non posset poni totaliter extra essentiam individui. ergo esset de essentia individui et per consequens individuum componeretur ex vniuersalibus et ita individuū nō cēt magis singulare q̄ vniuersale. Item sequeretur q̄ aliquid de essentia christi esset damnatum et saluatum. quia illa natura existens in christo est realiter idem illi nature existenti in damnato puta in iuda. et sic idem esset damnatum et saluatum hoc est absurdum. igitur ꝛc. Deinde specialiter arguitur contra ponentes distinctionē formalem inter naturam communem et differentiā individualem. quia dicitur ab illis q̄ natura cōtrahitur per differentiam individualem que ab illa non distinguitur realiter sed formaliter ꝛ nō sunt due res vna tamen non est formaliter alia. Arguitur ergo primo sic quia in creaturis nun q̄ pōt esse aliqua distinctio qualitercunq; extra aliaz nisi vbi res sunt realiter distincte. Si igitur inter istam naturam et differentiam individualez sit talis distintio oportet q̄ sint realiter distincte. Item eadem res non potest esse communicabilis et incommunicabilis. Sed secundum illaz oppinionem differentia individualis est incōmunicabilis. vniuersale vero communicabile. ergo nullum vniuersale est differentia individualis et per consequens non sunt eedem res. Item eidez rei create non possunt simul conuenire opposita communia autem et propria sunt opposita. ergo eadem res non est communis et propria. Qđ tamen sequeretur si natura communis et differētia individualis essent eadē res. Item si natura specifica esset eadem realiter cum differentia individuali sequeretur q̄ tot essent realiter nature communes quot sunt differentie individuales. Et per consequens nullum eorum esset communicabile. sed quelibet natura esset incommunicabilis. Item quelibet res seipsa per aliquod sibi intrinsecum distinguitur aut quocūqz. sed alia ē humanitas sortis et alia platonis. ergo seipa distinguitur. ergo non per differentiam individualem superadditam. Item secundum sententiam aristotelis quecunq; differunt specie differūt numero. sed natura equi ꝛ natura hominis seipsis differunt specie. ergo seipsis differunt numero. et sic quelibet res seipsa est vna numero. Item id quod per nullam potentiam est communicabile pluribus per nullam potentiam est predicabile de pluribus. sed nulla talis natura si sit eadem realiter cum differentia individuali per nullam potentiam potest competere pluribus quia nullo modo potest conuenire alteri individuo. ꝛ sic non potest esse vniuersale. Item accipio illaz differentiam individualem et naturam quam contrahit. et quero an inter illa fit maior distinctio q̄ inter duo individua aut minor. non maior qz non differunt realiter. duo vero individua realiter differunt. nec minor quia tunc essent eiusdez rationis. et per consequens si vnuz est de se vnū numero ita et reliquum. Et propter has rationes ꝛ multas alias dicunt isti q̄ omnis res est singularis et q̄ nulla est vniuersalis et q̄ nullum est vniuersale nisi in representando vel in predicādo

Sciendum est tercio q̄

pro declaratione alterius oppinionis. scilicet realium logicorum ponende sunt alique suppositiones. Prima est q̄ non omnis res de se est singularis sed est aliqua res vniuersalis preter animam ab omnibus singularibus distincta ex natura rei et in pluribus singularibus realiter existens. Et hec suppositio inferius probabitur. Secunda suppositō est q̄ terminus cōmunis vniuocus non est impositus ad significandum primo res singulares sed significat de primo significato naturam communem pluribꝰ cōmunicabilem. vt homo primo significat naturam communem vel humanam communicabilez pluribus siue omnibus hominibus. Dec autez suppositio patuit circa diffinitionem vniuocorum. Et potest pro nunc probari quia secundum cōmentatorem septimo methaphisice nomina non imponuntur nisi noto. Et boetius dicit q̄ rebus quas vidit nomina imposuit. Sed qui imposuit hoc nomen homo ad significandum non vidit petrum et iohannem et sic de alijs hominibus.

ergo non imposuit hoc nomem homo ad primo significandum petrum et alios homines singulares. Secundo sic pōt probari secunda suppositio q dicit aristoteles in predicamentis q secunda substantia significat aliquid et nō hoc aliquid sed quale quid. modo quale quid est commune multis. ergo hoc nomen homo cum sit nomen secunde substantie significat aliquid commune multis. Item hoc nomen homo significat primo aliquid et non significat primo sortez platonem et sic de alijs. quia si sic audiens hoc nomen homo et sciens quid per hanc vocem significatur indistincte et indeterminate intelligeret sortem platonem et sic de alijs ꝫ hoc est falsuz. ꝯ hoc nomen homo nō significat primo aliquod singulare sed aliquam naturam communē multis ex natura rei Ex quo sequitur q terminus supponēs pro per se significato si sit terminus communis supponit pro re vniuersali. Secundo sequitur q terminus communis supponens personaliter non supponit pro suo significato. quod probatur quia hec est vera. omne album est substantia et in ista subiectum supponit personaliter et non supponit pro eo quod significat quia si supponeret pro eo quod significat tunc esset falsa quia album vel significat accns solum vel significat aggregatum ex subiecto et accidente et quodcunqz dicatur neutrum eoruz est substantia. Et si dicatur q album est subiectū albedinis. Contra si hoc esset verum sequeretur q voces continue cadāt a suis signficatis nec posset aliquis mouere digitū quin vox per hoc caderet a sua significatione et impositione. hoc autem est absurduz. consequentia tamen probatur ponendo q sortes sit hodie albus et postea niger tunc hoc nomen albuz hodie significabat sortem et postea non significaret sed neutrum significaret et ita voces continue caderent a suis significatis. Est enim suppositio simplex acceptio termini communis pro reo vniuersali significata per ipsum. Exquo patet q non est acceptio termini pro conceptu anime quia si sic omnia genera et species essent accidentia cum essent conceptus anime que sunt de prima specie qualitatis Et hic adducuntur rationes ad probandum q sit aliqua natura communis in rez natura circūscripto omni opere intellectus multiplicata in pluribus indiuiduis que quidez natura est per se significatum termini communis. Et probatur primo sic. Quandocunqz aliqua re aliter conueniunt et realiter differunt per aliquid conueniunt et per aliquid differunt. puta sortes et plato realiter conueniunt in humanitate z differunt suis proprijs differentijs indiuidualibꝫ. ergo sequitur q est aliquid reale ipsis commune et sunt alique differentie indiuiduales incommunicabiles. Secundo probatur plus conueniunt sortes et plato q conueniant sortes et asinus sed non conueniunt in aliquo vno singulari numerato. ergo illō in quo conueniunt nō est vnū numero et per consequens erit aliquod commune. Tercio probatur per aristotelem tercio metaphisice. in omni genere est vnum primū quod est metrum et mensura omnium aliorum. sed nullū singulare est mensura omnium aliorū quia non est mensura omnium indiuiduorum eiusdez speciei. ergo necesse est dicere q sit aliquod commune quod sit mensura omnium aliorum. Quarto sic omne superius est de essentia sui inferioris. ſꝫ aliquod vniuersale est de essentia alicuius substantie. ergo aliquod vniuersale est substantia. Quinto sic probatur si nullum vniuersale esset substantia omne vniuersale esset accidens z per consequens omnia predicamenta essent accidentia et ita predicamentum substantie esset accns. vno etiam sequeretur q idem esset superius ad seipsum quia illa vniuersalia siue sint mentalia siue vocalia si sint accidentia vt dicunt nō possunt nisi poni in genere qualitatis et per consequens predicamentum qualitatis esset commune ad omnia vniuersalia. ergo esset commune ad hoc vniuersale quod est ipsummet predicamentum qualitatis. Item obiectum intellectus naturaliter precedit actum eius. sed vniuersale est obiectum intellectus. ergo naturaliter precedit actum intellectus. et per ꝯsequens est aliquod vniuersale seu quiditas communis ante omnem actum intellectus quod est propositum. Multe autem rationes alie et autoritates possent hic adduci que causa breuitatis obmittuntur. Sed nunc soluende sunt ratōnes alterius oppiniōis quia dubiorum solutio est veritatis manifestatio. Pro cuius solutōne ponuntur alique suppositiones. Primo ergo supponitur q vniuersale tripliciter accipit. Uno formaliter scz pro intentione vniuersalitatis et tunc est vna secunda intentio seu relatio rationis fundata in natura aliqua que apta nata est reperiri in multis. Alio modo pōt accipi p fundamēto propiquo illius intentionis et tunc est natura communis representata per speciem intelligibilem et est vt vnum obiectum numero intelligibile. et talez vniuersalitatem non habet circumscripto opere intellectus. Alio modo potest accipi vniuersale p fundamento remoto illius intentionis. et tunc ē illa natura communis multiplicabilis per omnia sua inferiora et realiter existens in ipsis circumscripto omni opere intellectus. Secundo supponitur q de vniuersali primo accepto cōsideratur in logica et est subiectum libri predicabiliuz. et tale vniuersale non habet esse nisi per operationem intellectus. Sed de vniuersali secūdo mō accepto consideratur in libro de anima quia intellectus concipit illaz naturam vt ē vnū

nota.

nota.

nota.

obiectū numero intelligibile dicibile de multis. et talē vnitatem hz in intellectu. Sed de vniuersali tercio modo accepto consideratur in metaphisica et vocatur vniuersale metaphisicum.

Tercio supponitur q̄ omne tale vniuersale methaphisicum seu natura communis est singulare. sed non ex se vmo per differentiam individuales sibi superadditam tquasi per accidēs

Tunc respondetur ad rationes. Ad primā autoritatem philosophi dicitur q̄ philosophus ibi nitebatur improbare opinionem platonis. ideo dicit q̄ vniuersalia eo modo quo posuit plato non sunt substantie. quia plato ponebat vniuersalia per se existentia extra singularia.

Ad secundam dicitur q̄ ibi loquitur de vniuersali formaliter accepto et non fundamentaliter. quia vniuersale formaliter acceptum non est substantia sed est vna secunda intentio. que est accidens. Sed aliquod vniuersale fundamentaliter acceptuz est substantia puta genera t species de predicamento substantie. et aliquod vniuersale est accidens sicut genera et species aliorum predicamentorum. Ad terciam eodez modo dicatur. Ad quartam dicitur q̄ sic nō habetur in prohemio de anima sed sic habetur. animal vniuersale aut nihil est aut posterius et ita conceditur q̄ animal sub ratione vniuersalitatis formaliter acceppte posterius est singulari. Ad primam rationez conceditur maior scilicet q̄ omnis substantia est vna numero. sed non de se est vna numero sed per differentiaz individuales. Et quando probatur vel est vna res vel plures res dicit q̄ est vna res sed non de se est vna numero sed quasi per accidens. Ad secundam negatur consequentia et ad probationem dicitur q̄ non omnis res prior naturaliter altera potest seperari ab illa nisi inter ipsa sit distinctio realis et cum hoc essentialis. modo sic ē q̄ inter naturam t individuum nō est distinctio realis sed tantum formalis siue ex natura rei.

Ad terciam negatur consequentia qz creatio et destructio. generatio et corruptio nō respiciunt nisi singularia ex prio methaphisice. Cōceditur tamen q̄ deus non posset destruere vnum individuum cum omni alio quod est eiusdez rationis quin destrueret alia individua sed tamen destructio illud non respicit sed tantum singulare. Ad quartam dicitur. concedo q̄ vniuersale est de ēntia sui individui t includat in eo in primo modo dicendi per se. Et negatur consequentia quia illa natura sic contracta ad esse in diuidui non potest fundare vt sic intentionē vniuersalitatis quare singulare non debet dici vniuersale. Ad quintam negatur antecedens et ad probationem dicitur q̄ duplex est vnitas. Quedam est vnitas sibi propria et illa sibi cōuenit vbicunqz sit. Alia est vnitas accidentalis et numeralis et tunc illa natura in christo vt sic non ē eadez realiter cum illa que est in iuda. vel dicitur q̄ non est inconueniens q̄ aliquid quod est eiusdem speciei cum alio sit miserum alio existente saluo. Ad rationes speciales quibꝰ nititur probare distinctionem formalez inter naturam est differentiam individualem. Ad primam negatur illa ratio quia ad fundandum illam distinctionē non requiritur q̄ sint due res hz sufficit q̄ vna ñ sit alia per idemptitatē formalem. Ad secundam dicitur q̄ eadem res realiter est communicabilis et incommunicabilis sed non eadem res formaliter. vmo dicere oppositum est hereticum quia essentia diuina est communicabilis tribus personis et tamen paternitas que idemptificatur realiter illi non est communicabilis tribus personis. Ad terciaz dicitur q̄ nature de se competit q̄ sit cōmunis et tamen ratione proprietatis contrahentis sibi opetit q̄ sit propria t vt sic non sunt opposita quia conueniunt sibi secundum diuersa

Ad quartam dicitur q̄ tot sunt nature cōmunes quot sunt differētie individuales. hz hoc est per accidens cum natura soluz multiplicetur per differentiā individualem. Ad quintaz dicitur negando maiorem quia due species sub genere nō differunt seipsis sed suis proprijs differentijs vt patet per porphirium dicentem differentia est qua differūt a se singula ideſt singule species. sic etiam duo individua numeraliter differunt per differentias individuales. Ad sextam dicitur concedendo maiorem et negādo minorem quia ad hoc q̄ natura possit competere pluribus sufficit q̄ ipsa de se non sit hec. supposito tamen q̄ illud quod idemptificetur realiter cum differentia individuali Ad septimā dicitur q̄ differentia individualis et natura sūt primo diuersa formaliter et tamen realiter idemtificantur cuiusmodi non sunt duo individua.

Sed ad rationes alterius opinionis nititur respondere guillermus ockam. Et ad primā concedit q̄ sortes et plato realiter conueniunt et realiter differunt. quia realiter differunt specifice et realiter differunt numero. et per idez conueniunt specifice et differunt numero sicut dicunt reales q̄ differentia individualis per idem conuenit realiter cum natura et differt formaliter qz seipsa conuenit et differt. Et si dicatur idem nō est causa differentie t conuenientie. ergo tc̄. Respondetur q̄ idem non est causa conuenientie et differentie scilicz oppositeilli differentie quomodo est in proposito. Nam inter conuenientiā specificam et differentiam individualem siue numeralem nulla est penitus oppositio. Concedenduz est ergo q̄ sortes per idem conuenit specifice et differt numeraliter a platone. Ad secundaz negatur consequentia quia non requi

ritur ad hoc ꝙ sortes et plato plus conueniant ꝙ sortes et asinus. cum in aliquo communi cõueniant. sed sufficit ꝙ seipsis plus conueniant. ĩo de virtute sermonis non debet concedi ꝙ sortes et plato conueniant in aliquo quod sit essentia eorum sed debet concedi ꝙ conueniant in aliquibus seipsis et suis formis. Ad terciam dicitur ꝙ ꝗuis individuus non sit mensura omnium individuorum eiusdem generis vel speciei. idem tamen individuum potest esse mensura omnium individuorum alterius generis vel speciei. Vel dicatur ꝙ philosophus loquitur de illis que habẽt individua quorum alia sunt maiora ⁊ alia minora et vult ꝙ aliquod commune minus alijs sit mensura individuorum saltem aliorum eorum que non sunt ita parua ⁊ hoc sufficit pro intentione philosophi. Ad quartam dicitur ꝙ proprie non debet concedi ꝙ vniuersale sit de essentia substantie. quia omne vniuersale est intentio anime. sed verum ẽ ꝙ vniuersale supponit pro substantia. Ad quintam dicitur ꝙ vniuersale nõ ẽ ab intellectu intelligibile. sed singulare quod est primo sensibile est primo intelligibile quare patet cum singulare sentiatur primo ꝙ et primo intelligatur ⁊ sic singulare est obiectum intellectus. Sed contra predictas euasiones obicitur. dicitur enim contradictoria non verificantur de eodem ex quarto methaphisice. et primo thopicorum dicit philosophus ꝙ ad sciendũ vtrum aliqua sint eadem vel diuersa considerandum est vtrum aliquid predicetur de vno et negetur de altero ⁊ si sic non sunt eadem sed diuersa. Et si nihil affirmetur de vno quin etiam affirmetur de altero tunc illa sunt eadem. Tunc ex isto fundamento arguitur et euidenter probatur ꝙ est distinctio formalis inter vniuersale et singulare sic arguendo. De eodem omnino nihil idem affirmatur et negatur sed aliquid affirmatur de vniuersali et vere negatur de quolibet suo singulari et econuerso. ergo inter vniuersale et singulare est distinctio et sic non sunt omnino idem. Minor probatur multipliciter. Primo sic. omne vniuersale est in multis. nullum singulare est in multis. ergo aliquid affirmatur de vniuersali quod negatur de quolibet suo singulari Item vniuersale diffinitur. nullum singulare diffinitur vt patet septimo methaphisice. et secundo posteriorum. ergo vt prius. Item vniuersale puta genus diuiditur per differentias contrarias vt animal per rationale et irrationale. sed nullum singulare diuiditur per huius differentias ergo vt prius. Item differẽtia distinguit inter duo individua. species vero non distinguit. ergo est aliqua non idemptitas inter speciem et differentiam individualem. et illa non est realis nec rationis tantum. ergo est formalis. Item si vniuersale et singulare sunt omnino idez ex parte rei tũc erit tanta idemptitas inter speciem et sortem ex parte rei quanta erit inter sortem et sortez. sed illa non stant simul sortes differt sortes non differt. eo ꝙ affirmatur et negatur idem de omnino eodem. ergo nõ stabunt simul species hominis differt a platone et sortes nõ differt a platone quia eadem est causa repugnantie in vtroqz. scilz idẽtitas inter res pro quibus supponunt subiecta Item nec nulla esset res communis duobus individuis eiusdem speciei quia omnis res extra animaz est res singularis. sed nulla est communis duobus individuis. ergo nulla est res communis. sed hoc est falsum. Tum primo quia dicit porphirius participatione speciei plures homines sunt vnus homo. ⁊ philosophus in diffinitione vniuocorum dicit ꝙ vniuocorum ratio substantie est eadem. Item etiam circumscripto opere intellectus duo lapides magis conueniũt ꝙ vnus lapis et vnus asinus. sed omnis conuenientia est fundata super vnũ. ergo ẽ aliqua res extra animam in qua duo lapides conueniunt ⁊ in qua lapis et asinus non conueniunt. Itẽ que cunqz ꝓparantur realiter in aliquo. vno cõparãtur siue comparãtur secundum magis ⁊ minus siue secundum equale vel inequale. sed nullum singulare competit vtriqz in quo comparãtur. ergo ꝛc. Istis ergo rationibus improbatur opinio nominalium et roboratur oppinio realium dicentium ꝙ vniuersale est in quolibet suo individuo existens de essentia eius dans ei esse nom et rationem distinctuz ab eo ex natura rei ⁊ formaliter maxime a differentia individuali formaliter. Sz circa predicta dubitatur qr nõ videt ꝙ hec propositio sit ꝺa homo est dignissima creatura. rosa est pulcherrimus florum. secundum ꝙ subiectum habet suppositionem simplicem. quia si habet suppositionem simplicem tũc subiectum supponit pro suo significato. scilicet pro natura rei in communi vt patet per diffinitionem suppositionis simplicis. sed talis natura non est dignissima creatura creaturarum cum individuum sit dignius tali natura quia cõtinet talem naturam et cum hoc aliquid quod habet aliquam perfectionem. s. dram individualem. ergo sequitur ꝙ talis propositio non potest esse vera secundum ꝙ subiectum habet suppositionez simplicem. Nec etiam potest habere suppositionem personalem quia nullum individuuz hois est dignissima creatura creaturaꝝ. gº sequitur ꝙ non supponit personaliter nec simpliciter et sic diuisio accidentalis suppositionis est mala qua diuiditur in suppositionem simplicem et personalem. Item hec conceditur ab omnibus color est primum obiectum visus et tamen nõ est vera secundum ꝙ subiectũ habet suppositionez sim

nota.

plicez necsecundum q̄ habet suppositionem personalez.quia nullus particularis color ē primū obiectum visus.ergo diuisio et diffinitio suppositionis simplicis sunt male posite.Item ista est vera homo est primo risibilis.z tamen non secūdum q̄ subiectum habet suppositionem simplicem nec secundum q̄ habet suppositionem personalem quia natura communis non est primo risibilis.ergo diuisio suppositōnis accidentalis et diffinitio suppositōis simplicis sunt male posite. Ad primam obiectionez dicitur q̄ subiectum in illa habet suppositionem simplicem.z dicitur vltra q̄ dicens illam propositionem voluit solū habere q̄ inter naturas corporales creatas homo est dignior creatura.et solum voluit comparare naturam ad naturam.et cū hoc stat q̄ indiuiduum est dignius illa creatura que est natura.sed comparatio nō fit nature ad indiuiduum sed nature ad naturam.Ad secundam cōceditur maior et negatur minor ymo natura hominis est primo risibilis tanq̄ ratio formalis ridendi.sed non tanq̄ id quod exercet actum ridendi.Unde sortes non est risibilis neq̄ plato nisi quia est homo.ideo homo primo ē risibilis tanq̄ ratio formalis ridendi.Ad terciaz dicitur similiter concedendo maiorem z negando minorem quia colori conuenit esse primuz obiectum visus secundum q̄ habet suppositionem simplicem et se habet tanq̄ ratio formalis videndi.iō nigredo et albedo non est visibilis nisi quia est color.ideo color est ratio formalis videndi.

Sed contra predicta arguitur.Primo sic.Si predicatum propositionis vniuersalis affirmatiue supponeret simpliciter sequeretur q̄ hic esset fallacia figure dictiōis arguendo a suppositione simplici ad suppositōez personalez.vt omnis homo est animal.g⁹ quod dam animal est homo.sed hoc est falsum cū ibi sit bona consequentia. Secundo arguitur sic.Actus ridendi non primo conuenit nature in communi.ergo homo in hac propositiōe homo est primo risibilis non supponit simpliciter.

Tercio arguitur sic.In hac propositione conceptus est species qualitatis.subiectum supponit simpliciter et tamen supponit pro conceptu.ergo est aliqua suppositio simplex pro cōceptu. Quarto arguitur sic.In hac propositōne hic z rome venditur panis.panis supponit simpliciter et tamen non pro natura in communi quia illa non venditur hic et rome.z non potest aliter supponere quia non potest supponere personaliter cum nullus panis vendatur hic et rome.ergo contra diffinitionez suppositionis simplicis et diuisionem suppositōis accītalis.

Ad rationes. Ad primā dicitur negando consequentiam quia non semper committitur fallacia figure dictionis arguēdo a suppositione simplici ad personalem.sed aliquando sic et aliquando non vt postea videbitur. Ad secundam conceditur q̄ actus ridendi non semper primo cōuenit nature.sed aptitudo ad ridendum primo sibi conuenit. Ad terciam dicitur q̄ ꝙ in ista propositione subtectum supponat pro conceptu.tamen supponit simpliciter pro natura communi significata per ipsum eo q̄ iste terminus cōceptus est impositꝰ ad significandum rem communem que est conceptus.Terminus autez nunq̄ supponit simpliciter pro cōceptu cui subordinatur in significādo. Ad quartam dicitur q̄ vendi et emi proprie conuenit singularibus et non nature secundum se primo et per se.tamen sibi cōuenit ex cōsequenti et.scōm q̄ est in singularibus.ideo ibi subiectum supponit simpliciter.

Personalis autem suppositio ē acceptō termini communis pro suis inferioribus.vt cū dicitur homo currit. iste terminus homo suppōit pro suis inferioribus. Item personalium suppositōnum.alia est determinata alia confusa.Determinata suppositio est acceptio termini communis indifinite sumpti.vel cum signo particulari determinatus vt homo currit.vel aliquis homo currit.Et dicitur vtraq̄ illaz determinata. quia licet in vtraq̄ istarum iste terminus homo supponit pro omni homine tam currente q̄ non currente.tamen pro vno solo homine currente vera dicitur.et quia aliud est supponere.et aliud est locutionez esse veram pro aliquo vel falsam. Igitur in predictis vt dictum

est iste terminus homo supponit pro omni homine tam currente q̃ non currente. licet reddat locutionem veram pro currente solo. Q̃ autem in vtraq̃ istarum sit determinata suppositio patet quia cum dicitur animal ẽ sortes. vel animal est plato. et sic de alijs. ergo animal ẽ omnis homo. ibi est fallacia figure dictionis a pluribus determinatis ad vnam determinatam. Et ideo iste terminus animal indefinite positus habet determinatam suppositionem et similiter cum signo particulari. Confusa suppositõ est acceptio termini cõmunis pro pluribus mediante signo vniuersali. vt cum dicitur oñis homo est animal. ibi iste terminus homo supponit pro pluribus mediãte signo vniuersali quia supponit pro quolibet suo supposito. Item confusarum suppositionum. alia est confusa necessitate signi vel modi. et alia necessitate rei. vt cum dicitur oñis homo est animal. ibi iste terminus homo mediante signo vniuersali confunditur siue distribuitur p quolibet supposito. Et iste terminus animal a parte predicati positus confunditur necessitate rei. Et cuz vnusquisq̃ homo suaz habeat essentiam ideo hoc verbum est necessitate rei tenetur pro tot essentijs pro quot hominibus tenetur iste terminus homo et cũ vnicuiq̃ hoi insit sua animalitas ideo iste terminus animal necessitate rei tenetur pro tot animalibus pro quot hominib⁹ iste termin⁹ homo. et pro quot essentijs hoc verbum est. vnde iste terminus homo debet supponere confuse. mobiliter. z distributiue. sed confuse et distributie tenetur quia tenetur pro omni homine. mobiliter vero quia licet fieri descensum sub eo pro quolibet suo supposito vt oñis homo est animal. ergo sortes est animal. sed iste terminus animal dicitur cõfundi immobiliter quia nõ licet fieri descensuz sub eo. vt omnis homo est animal. ergo omnis homo ẽ hoc animal. Ibi enim fit processus a simplici suppositõe ad personalem. Sicut hic. homo ẽ dignissima creaturarum. ergo hic homo vel aliquis homo. vt rosa est pulcherrimus florum. ergo aliqua rosa. Sed differũt in hoc quia in istis est simplex suppositio ex parte subiecti. in

illa vero ex parte predicati licz videatur oppositum esse quod superius dictum est q; in hac propositione omnis homo est animal. iste termin9 animal in predicato positus simplicē habet suppositionem cum prius dicitur q; habet confusam.

Ad hoc dicendum est secūdum quosdam q; quia genus predicatur de pluribus differētibus specie iste terminus animal quando tenetur pro ipso communi quod est gen9 sic habet simplicem suppositionem. Secundum autez q; ipsa natura cōmunis ipsius generis multiplicatur per suppposita hominis sic dicitur habere confusam suppositionem non mobiliter sed immobiliter. Suppositio autez confusa immobiliter potest simul esse cuz simplici non secundum idez sed secūdum diuersa vt dictum est. Unde secundum hoc dicenduz est q; suppositō confusa mobiliter non potest simul esse cuz simplici nec secundum idem nec secūdum diuersa vt dictum est.

Sed ego credo impossibile esse terminuz communem in p̄dicato positum habere simplicem suppositionem et confundi mobiliter vl' immobiliter signo vniuersali existente in subiecto affirmatiuo. vt omnis homo est animal. et sic de alijs consimilibus quia vt vult porphirius. Omne quod predicatur de aliquo aut est maius eo aut est equale ei de quo predicatur. et intendit de predicatione per se. sed in hac propositione omnis homo est animal est predicatio per se et non predicatur equale. ergo maius. non accidentale. ergo substantiale vel essentiale. ergo genus vel differentia. non differentia. ergo genus. sed natura generis multiplicata mobiliter vel immobiliter non est genus. ergo cum dicitur omnis homo est animal cum ibi predicetur gen9 non esset possibile terminuz cōmunem multiplicari mobiliter vel imobiliter quia significat naturaz generis que iam actu nō esset genus sicut si homo cōfunderetur mobiliter vl' immobiliter iam non esset species.

Item hoc idem videtur p aristotelem in primo topicoruz dicentez q; omne quod de alio predicatur aut predicatur conuersim de eo aut non. Si cōuersim est diffinitio vel proprium.

Si autem non conuersim predicatur de re aut cadit in diffinitionē rei aut non. si non tunc est accidens. Si cadit in diffinitionez rei aut est genus vel differentia. non differentia. ergo genus. Et intendit aristoteles q̄ ibi sit recta predicatio. ⁊ species subiciatur secunduz se. vl̄ multiplicatur ſz in hac propositione homo est animal est recta predicatio. et subicitur homo et non equale predicatur. neq̄ accidens. ergo gen⁹. Quare non est possibile terminū cōmunez in predicato posituz cōfundi mobiliter vel immobiliter. Item totum vniuersale quod est genus et totum in quantitate ex opposito se habent. sed totum in quantitate ē duplex. Quoddam est totuz in quantitate completum. vt vbicunq̄ confunditur termin⁹ cōmunis mobiliter. vt omnis homo est animal. Aliud est totum in quantitate incompletum et diminutum. vt vbicunq̄ cōfunditur terminus communis immobiliter et multiplicatur terminus communis simpliciter. ergo si impossibile est totum in quantitate esse genus inquantum huiusmodi non erit impossibile terminum communem in predicato positū confundi mobiliter vel immobiliter vt dicebatur. Item comparatio illa secundum quam inferiora reducūtur ad superiora opposita est comparationi secunduz quam superiora reducūtur ad sua inferiora. sed secunduz primam sumitur commune in ratione communis. sed secunduz secundam sumitur commune multiplicatum siue confusum. Cuz ergo terminus communis vt sic sit in ratōne generis non est possibile ipsuz multiplicari inquantum huiusmodi. Et hec quatuor argumēta sunt cōcedenda. Causa autez propter quam mouebantur facilis est ad soluendum que tantū est vna. Quia cum dicitur omnis homo est animal. cum vnicuiq̄ homini respondeat sua animalitas siue sua essentia cum non possit esse homo qui sit animal ideo dixerunt q̄ iste termin⁹ animal tenetur pro tot animalibus pro quot hominibus homo. Q̄ autem in illo argumento nulla sit apparentia patet. quia cum dicitur omnis homo est albus necesse est q̄ tot animalitates intelligant in subiec

to quot sunt homines in quibus tenetur homo. vnde nihil est dicere q̃ habet illas animalitates a predicato cum ibi predicetur album. Vnde dicendū q̃ homo logice loquendo non naturaliter ex animali et rationali componitur ideo de se habet illarum animalitatum multiplicationem. vnde cum dico sic. omnis homo est albus nullo modo habet illas animalitates a predicato cum ibi predicetur albus vt dictum est. Sic autem est in proposito cum ibi predicetur genus de specie. vt omnis homo est animal. In hac enim propositione subicitur homo in quo intelligitur multitudo illarum animalitatum et predicat̃ hoc genus animal. quod nullo modo confunditur mobiliter vel immobiliter sed stat ibi pro natura siue pro essentia ipsius generis cōmunis de pluribus predicabilis. vnde animal predicatur et animal intelligitur in subiecto sicut hic omne animal rationale est animal. Similiter dico q̃ hoc verbum est non confunditur mobiliter vel immobiliter quia q̃ animal esset vel existeret in hoc homine hoc habz subiectum de se ante q̃ in propositione subiciatur predicato essentiali vel accidētali. Et propter hoc destruimus quandam diuisionem factam scilicet confusarum suppositionum alia ē confusa necessitate rei. alia est confusa necessitate modi siue signi. Dicimus enim q̃ omnis confusio fit necessitate signi vl̃ modi. vt cum dicitur omne animal ratiōale est animal. iste terminus animal in subiecto positus tenetur necessitate signi p omni animali quod est homo.

Similiter hic. omnis homo est animal. iste terminus homo tenetur pro omni homine z non solum pro homine sed etiam pro omni animali quod est homo et ideo tot intelliguntur animalitates quot humanitates naturaliter loquendo quia eadem est humanitas in quolibet individuo hominis secundum viam logicorum et non secundum viam nature sic homo in communi idez est. vnde q̃ sit hec animalitas vel illa hoc est ratōne materie. In via enim nature humanitas mea differt ab humanitate tua per se. et anima mea per quam causatur humanitas mea in me. alia est ab

anima tua per quam causatur humanitas tua in te. Et propter hoc signum confundit hominem non tamen confundit animal in communi sed animal contractum ad hominem per suas differentias. vnde sequitur q̄ omnis confusio fit necessitate signi vel modi. Et sic est finis suppositionum Petri hyspani et hoc quoad terminos absolutos.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ suppositio personalis est acceptio termini communis pro suis inferioribus. vt cum dicitur homo currit. ibi homo supponit pro sorte et platone et sic de alijs. In qua diffinitione dicitur terminus communis ad differentiam suppositionis discrete. Et dicitur pro suis inferioribus ad differentiam suppositionis simplicis. Ex quo patet falsitas opinionis dicentium suppositionē personalem esse acceptionem termini pro suo significato. Et hoc confirmatur quia cuz dicitur omne album currit. ibi albuz supponit personaliter pro sorte et platone et alijs hominibus albis. z tamen non significat illos. ergo zc. Minor probatur dupliciter. primo per aristotelem in predicamentis dicentem album solam qualitatem significat. ergo non significat sortem et platonē Secundo quia si album significaret sortem et platonem et alios homines tunc eadem ratione frigidum et nigrum et calidum eos significarēt cum possint pro eis supponere. etsi sic impositō nominum continue mutaretur et non esset possibile mouere festucam quin vox significaret aliud q̄ significabat quox vtrūqz est inconuenies ergo sequitur q̄ quandocunqz terminus supponit personaliter q̄ non supponat pro suo significato. Dicendum est ergo q̄ suppositō personalis est acceptio termini communis pro suis inferioribus vel suppositis siue sint supposita per se vel per accidens. Unde ad hoc q̄ aliquis terminus communis habeat suppositōnem personalem non requiritur q̄ supponat pro aliqua re singulari cui repugnat in pluribus existere. sed sufficit q̄ supponat pro quibusdam inferioribus si habeat inferiora. aut pro vno si nō habeat nisi vnuz. Et diuiditur suppositio personalis in determinatam et confusam. Suppositio determinata est acceptio termini communis indefinite aut particulariter tenti. Est enim suppositio determinata quando subiectum supponit disiunctiue z nō est distributum per aliquod signum vniuersale ita q̄ sub ipso termino potest fieri descēsus ad omnia sua supposita per propositionem disiunctiuam. vt bene sequitur homo currit. ergo hic homo currit vel hic homo currit et sic de alijs. et non dicitur suppositio determinata quia illi termini sic supponāt determinate p̄ vno supposito sic q̄ non p̄ alio. sed ad hoc q̄ ista propositio dicatur vera sufficit et requiritur q̄ predicatum possit enunciari de subiecto pro vno determinato supposito. Unde aliud est supponere et reddere locutionem veram vt patet in textu. Suppositio autem confusa est acceptio termini communis pro omnibus suis inferioribus mediante signo vniuersali. Unde terminus indifferēter suppōit pro omnibus suis suppositis secundum suppositionem determinatam et confusam quia quādo terminus supponit determinate tunc supponit pro omnibus suis suppositis disiunctiue. Quandovero supponit confuse supponit pro omnibus suis suppositis copulatiue. et debet predicatum conuenire subiecto aut ab eo remoueri pro quolibet suo supposito. Ex quo sequitur q̄ petrus hyspanus non diffinit suppositionem confusam ita generaliter sicut aliqui eam accipiunt. sed diffinit suppositionem confusam et distributiuam. Unde circa predicta oriuntur due difficultates. Prima ē qualiter saluatur diffinitionem suppositōnis cō fuse esse bonam cum tamē terminus communis supponat confuse vbi nullum signum vniuersale ponitur. Ad quam dicitur primo q̄ nihil facit terminum communez supponere confuse nisi ratione distributionis. Distributio igitur primo z per se conuenit signis vbibus et conuenit alijs per accidens. Cum ergo ea quē per accidens insunt non cadant sub arte. ideo dictum est in illa diffinitione mediante signo vniuersali. Secūdo dicitur q̄ illa particula mediante signo vniuersali debet intelligi q̄ ibi suppleat vel aliquo sibi equiualente quantum ad talem distributōnem, non enim solus terminus habet suppositionem per signum vniuersale sed generaliter p̄ omne illud quod potest habere virtutem distribuendi. et ideo negatio et dictiones negationes includentes vt dictiōes exceptiue exclusiue z alie faciunt terminos supra quos cadunt supponere confuse. Secunda difficultas est vtrum suppositio personalis et suppositio simplex possint ne diuidi in suppositionem determinatam et confusam. Ad quam respondēt ponentes suppositionem materialem et simplicem pro conceptu q̄ quelibet diuidit in discretam et determinatam et confusam. nam secundum eos

nota de supp. confuso

si dicatur homo est vox vel homo est species tūc subiectum supponit materialiter et discrete.

Sed secundum negantes suppositionem materialem dicitur q̄ suppositio simplex nō potest diuidi in determinatam t confusam cuz suppositio determinata conueniat termino solum t similiter confusa pro suis inferioribus.

Sciendum est secundo q̄

consequenter autor noster in residuo huius tractat⁹ tria principaliter facit. Primo recitat quādam oppinionem antiquorum circa suppositionem confusam. Secundo eaz improbat. Tercio soluit rationes ad oppositum. Primo ergo ponit quandam diuisionem antiquorum que ē hec. Suppositionum confusarum alia est confusa necessitate rei. et alia est cōfusa necessitate signi vel modi. Suppositio confusa necessitate signi conuenit termino in propositione posito cum signo vniuersali. Sed suppositio confusa necessitate rei conuenit termino communi posito in predicato propositionis vniuersalis affirmatiue vt in ista propositione vniuersali omnis homo est animal. iste terminus homo supponit confuse necessitate signi. Et dicitur supponere cōfuse et distributiue eo q̄ supponit pro quolibz homine copulatiue. Et dicitur supponere confuse mobiliter eo q̄ sub termio distributo potest fieri descensus vnifozmiter. sed iste termin⁹ animal supponit cōfuse necessitate signi rei et supponit immobiliter eo q̄ sub ipso non potest fieri descensus. Oz autem iste terminus animal cōfundatur et teneatur pro pluribus probant sic. quia cuilibet homini ineſt sua essentia et sua animalitas Cum ergo dicitur omnis homo est animal opoz tet q̄ hoc verbum est teneatur pro tot essentijs. et animal pro tot animalitatibus pro quot hominibus tenetur homo et per consequens confunditur et actualiter tenetur prouniuersalibus Et cuz arguebatur contra eos animal habz suppositionem simplicem. ergo non habet suppositionem confusam eo q̄ nullus terminus potest simul et semel habere suppositionem simplicem et confusam. Ad hoc dicebant q̄ licet null⁹ terminus possit simul habere suppositionez cōfusam mobilem et simplicem. tamen idem terminus potest simul habere suppositionem simplicem et confusam tantum ꝯuis non secundum idem sed secundum diuersa. secundum enim q̄ animal teneatur pro natura communi que natura est genus habet suppositionem simplicem et vltra ista natura est multiplicata per suppositta et sic habet suppositionem confusam. et per cōse quens animal supponit simpliciter et confunditur immobiliter mediante signo vniuersali posito a parte subiecti. Consequēter autor reprobat hanc oppinionem quoad hoc q̄ dicit p̄dicatum vniuersalis affirmatiue supponere confuse. Et ad hoc adducit quatuor ratōnes fundatas in duabus suppositōnibus. Prima est q̄ natura multiplicata per inferiora non est genus. Secunda q̄ natura significata per terminū cōfuse supponentem multiplicata est per suppositta. Due prime rationes possunt accipi pro vna que est hec. In hac propositione omnis homo est animal. li animal est genus. ergo animal non confunditur mobiliter nec immobiliter. consequentia tenet quia natura multiplicata per m diuidua non est genus. et antecedens probatur in textu dupliciter per autorem nostrum vt ibi clare patet. Tercia ratio est nullus totum in quantitate potest habere rationē generis. sed omnis terminus qui cōfunditur habet rationez totius in quantitate vel completi vel incompleti. ergo nullus talis habet rationez generis. sed in predicta propositiōe predicatur genus. ergo predicatum illius non confunditur.

Quarta ratio est clara in textu. Tercio respondet autor ad rationem eorum scilicet per distinctionem huius propositionis cuilibet homini ineſt sua propria essentia et sua animalitas Et hoc potest dupliciter intelligi q̄ omnibus hominib⁹ insit sua essentia et sua animalitas. Uno modo secundum viam logice. Alio modo secundum viaz philosophie et nature. Dicit enī q̄ omnibus ineſt vna animalitas logicaliter loquendo t omnibus hoibus ineſt vna humanitas eodem modo non tamen secundum viam nature. ymo cuilibz homini ineſt sua humanitas realis que causatur a forma rei. vt humanitas sortis ab animali rationali Et quia talis animalitas inest homini per se scilicet per aliquod intrinsecuz sibi et non per aliquod extrinsecum ideo multiplicatio non ineſt animalitati ex multiplicatione predicati sed subiecti. ille enim animalitates prius naturaliter inherent subiecto anteq̄ i subiecto ponantur. vult enim autor per hanc solutionez dicere q̄ omnibus hominibus ineſt eadē humanitas secundum speciem et nō secūduz numerum. nota.

Sciendum est tercio q̄

circa predicta incidunt alique difficultates. Prima est quid est suppositio confusa tantum. Pro cuius solutione supponitur secundum quosdaz q̄ suppositio confusa diuiditur in suppositionē confusam tantum et in suppositionem confusaz et distributiuam. Suppositio confusa tantuz est acceptio termini communis pro pluribus inferioribus qui infertur ex quolibet illoꝝ et ab ipso ad nullum illoꝝ contingit descendere copulatiue aut disiunctiue sed disiunctim. Et hoc modo supponit predicatum cuiuslibet propositionis particularis affirmatiue si sit terminus cō-

munis vt cuz dicitur omnis homo habet caput ly caput supponit confuse tantum. Ex quo patet q̄ bene sequitur omnis homo habet caput ergo omnis homo habet hoc caput vel illud. Et ad nullum illorum contingit descendere copulatiue aut disiunctiue. non enī sequitur omnis homo habz caput. ergo omnis homo habet hoc caput z omnis hō habet illud caput. nec sequitur ois homo habet caput ergo omnis homo habet hō caput vel omnis homo habet hoc caput. Sed debet fieri descensus disiunctim. id est per propositionem de disiuncto extremo vt bene sequitur omnis homo habz caput ergo omnis homo habet hoc caput vel illud caput z sic de alijs.

nota tres conditiones ad suppositionem confusam

Et ad talem suppositionem confusam tres cōditiones requiruntur. Prima est q̄ terminus cōmunis supponat pro pluribus. Secunda est q̄ possit inferri ex quolibet suo singulari pro quo supponit. Tertia est q̄ sub termino sic supponēte non contingit descendere copulatiue nec disiunctiue sed disiunctim. Ad habendum autē faciliorem cognitionem quando terminus supponit confuse et quando non ponuntur alique regule. Prima est quocienscūqz dictio sincathegoreumatica non includens negationem importantem multitudinez manens sincathegoreumatica ponitur in aliqua propositiōe habet virtutem confundendi terminum cōmunem immediate sequentem confuse et distributiue et terminum communem immediate sequentem confuse tantuz. vt in hac propositione omnis homo est animal. ly animal supponit confuse tantum eo q̄ est terminus cōmunis imediate sequēs illud sincathegoreuma omne importans multitudinē et non includens negationem. Sed subiectum illius propositionis scilicet ly homo supponit confuse z distributiue eo q̄ est terminus communis immediate sequens illud sincathegoreuma omnis. Notanter dicebatur nō includens negationem quia si includeret negationez faceret terminum mediate sequentem supponere confuse z distributiue sicut ista signa scilicz nullus z neuter. nam in propositionibus in quibus ponuntur predicata supponunt eodem modo sicut subiecta scilicet confuse et distributiue. Dicebatur vltra manens sincathegoreumatica qz si fuisset pars extremi non haberet virtutem confundendi terminum mediate sequentem vt in hac propositione videns omnem hominem est animal. ergo animal est videns omnem hominez per cōuersionem simplicem. modo notum est q̄ in secūda animal supponit determinate ergo et in prima. Ratio huius regule est quia in ista videns omnem hominem est animal hoc totum videns omnem hominem est subiectum. et ita signum vniuersale est pars extremi. Et notanter dicebatur importans multitudinem quia sincathegoreumata non importantia multitudinem sicut sunt ista aliquis z alter non habent virtutem cō fundendi terminum sed sincathegoreumata importantia multitudinem cuiusmodi sunt ista omnis vterqz z aduerbia numeralia vt bis ter quater habent virtutem confundendi terminum mediate sequentem confuse tantum. Ultra dicebatur mediate sequentem quia supra terminuz precedentem non habet aliquam virtutem. Ex quo sequitur q̄ hec est falsa animal est omnis homo quia animal supponit determinate cum non cōfundatur ab aliquo signo. z hec est vera omnis homo est animal. Alia regula est q̄ dictio sincathegoreumatica importans multitudinem habet virtutem confundendi terminum mediate sequentem positum in eadem propositione cathegorica sed non habet virtutem confundendi terminum in alia cathegorica positum. ideo hec ē falsa pro secunda parte omnis homo ē animal z aliquis homo est illud. quia homo positus in secunda cathegorica non confunditur a signo p̄cedenti ideo supponit determinate. et denotatur q̄ omnis homo est animal. z aliquis homo puta sortes est illud vel plato et sic de alijs. et quelibet earum est falsa saltem pro secunda parte.

Alia regula est q̄ signum vniuersale negatiuum positum in vna cathegorica non habet virtutem confundendi terminum positum in alia cathegorica. nam cum dicitur nullus homo est asinus et aliquod animal est ille. ly animal supponit determinate. Ex predictis patet q̄ hee propositiones sunt vere. bis comedisti panem. ter bibisti vinum z sic de alijs. et tamen nullum panem bis comedisti et nullum vinū ter potasti Ratio huius est quia ista aduerbia numeralia bis ter ꝛc. important multitudinem ratione cuius habent virtutez confundendi terminum sequentem confuse tantum. et ideo in ista bis comedi panez iste accusatiuus panem non supponit determinate pro illo pane vel illo quia sic esset falsa. nam ista est falsa bis comedi illum panem vel bis comedisti illum et sic de alijs

Sed hec est vera semel comedisti vnum panem et alias comedisti alium. vel oportet facere descensum per propositionem de disiuncto extremo nec sequitur bis comedisti panem. ergo panem bis comedisti. sed est fallacia figure dictio

nis arguendo a suppositione confusa tantum ad determinatāquia panem supponit confuse tantum in antecedente et dicit quale quid et in consequente supponit determinate. et dicit hoc aliquid. Alia regula talis est.quandocunq3 arguitur a termino supponente confuse tantum respectu alicuius signi multitudinem importantis ad eundem terminum supponentem determinate respectu eiusdem signi est fallacia figure dictionis. vt non sequitur omnis homo est animal.ergo animal est omnis homo sed est fallacia figure dictionis.Et si dicatur si hoc esset verum sequeretur ꝙ ibi esset fallacia figure dictionis omnis homo est animal. ergo quoddam animal est oīs homo.quia animal in antecedente supponit confuse tantum et in consequente stat determinate.Ad hoc respondetur ꝙ non est semper fallacia figure dictionis quando arguitur a termino supponente confuse tantum ad eundem terminum supponentem determinate sed quando arguitur a termino supponente confuse respectu dictionis sincathegoreumatice multitudinem importantis ad eundem terminum supponentem determinate respectu eiusdem dictionis sincathegoreumatice tūc semper est fallacia figure dictionis. Ex predictis potest inferri ꝙ suppositum ꝙ mūdus sit eternus a parte ante et etiam a parte post hec est vera semper aliquis hō est vel fuit et semp homo erit vtraq3 tamen istarum erit falsa homo semper fuit hō semper erit.quia vt ipi dicunt homo in ipsis propositionibus et maxime in primis supponit confuse tantum.eo ꝙ sequitur mediate aliquod signum distributiuum a quo habet virtutem distribuendi.Et in secunda supponit determinate cum sit subiectum propositiōis indefinite.Unde istud aduerbium semper includit signum distributiuum et terminum sue distributionis et valet tantum dicere semper fuit homo sicut omni tempore fuit homo. Patet etiam quia si successiue et continue fuerit aliquis homo in ista domo tunc ista est vera tota die aliquis homo fuit intus.Et hec est falsa aliquis homo fuit tota die intus. Et ꝙ prima sit vera patet quia quelibet singularis eius est vera. Nam in qualibet parte diei per casum fuit aliquis homo intus. Et ꝙ secunda sit falsa patet quia est vna particularis cuī quelibet singularis ē falsa q3 sortes nō fuit tota die i ista domo nec plato et sic de alijs.Suppositio vero confusa et distributiua diuiditur in suppositionē cōfusam et distributiuaz mobiem.Et in confusam immobilem. Suppositio confusa mobilis est acceptio termini communis pro omnibus suis inferioribus ad que valet descensus per propositionem copulatiuam seu copulatiue. vt omnis homo currit.homo ibi supponit confuse ⁊ distributiue. Sed suppositio confusa et distributiua immobilis est acceptio termini communis pro suppositis ad que nullo modo contingit descendere respectu illius respectu cuius fit distributō ꝙuis per variationem alicuius dictionis ibi posite descensus sit possibilis.vt in hac propositōne omnis homo preter sortem currit.homo supponit confuse et distributiue immobiliter. quia respectu dictionis exceptiue non potest fieri descensus ad suppositā.non enim sequitur omnis homo preter sortem currit.ergo plato preter sortem currit.Sed si variet dictio exceptiua in hoc quod est aliud a sorte tunc poterit fieri descensus ad suppositā.vt bene sequitur omnis homo preter sortez currit.ergo plato alius a sorte currit. Secunda difficultas est vtrum petrus hyspanus simpliciter destruat suppositionez cōfusam tantum. De qua sunt duo modi dicendi.Et primus stat in tribus dictis.Primum dcm̄ est ꝙ cum rationibus autoris stat suppositionez confusam esse ponendam. Hoc patet q3 rationes autoris non concludunt ꝙ iste accusatiuus hominez debeat accipi pro natura in communi in hac propositione omne animal preter hominem currit.nec etiam concludunt equum et piper accipi pro natura in communi in his propositōnibus parisius et rome venditur piper. promitto tibi equum et sic de alijs. Secundum dictuz est ꝙ in hac propositione omnis homo est animal animal potest supponere confuse tantum sicut dicebant antiqui.sed tunc nō ē predicatio generis de specie.quia predicatuz non accipitur pro natura in communi.sed equualebit illa propositio huic propositioni que est de disiūcto extremo omnis homo est hoc animal vl illud animal et sic de alijs.Tercium dictum est ꝙ petrus hyspanus simpliciter non destruit destruit oppinionem antiquorum.sed destruit solum ꝙ predicatum vniuersalis affirmatiue in qua est predicatio generis de specie aut superioris de per se suo inferiori non confunditur mobiliter.vt patet considerādo rationes eius. Secundus modus dicendi est ꝙ nullo modo est ponenda suppositio confusa tantum. et ꝙ ꝙuis non reprobauerit suppositionē ꝯfusaz tantū nisi quoad p̄dicatuz

propositionis vniuersalis affirmatiue. Tamen de intentione eius fuit eam destruere omnino. Et ideo secundum eum in omnibus propositõnibus in quibus alij dicunt esse suppositiones cõfusam tantum est suppositio simplex. Et ideo sicut ista conceditur appeto vinum et ista promitto tibi equum et sic de alijs similibus. sic etiam iste conceduntur vinus appeto equus promitto.

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. Dec est indefinita homo fuit albus et tamen homo non supponit determinate posito q nullus homo sit eo q subiectum pro nullo supponit cũ terminus non supponat pro aliquo nisi de illo verificetur. ergo diffinitio suppositionis determinate non est bona. Secundo arguitur sic. In hac propositione nõ omnis homo currit est acceptio termini communis pro suis singularibus mediante signo vniuersali et tamen non est suppositio confusa sed determinata. ergo diffinitio non est bona. Tercio arguitur sic. bene sequitur omnis hõ est animal. ergo quoddam animal est homo. ergo animal in prima non supponit simpliciter quia tũc argueretur a suppositione simplici ad personalem. Quarto arguitur sic. vendi et emi nõ conuenit nature. ergo in hac propositione hic et rome venditur piper non supponit simpliciter et per consequens supponit confuse tantum et sic oportebit ponere suppositionem confusam tñ.

Ad rationes. Ad primã

dicitur negando minorem. et ad probationes dicitur q si illa propositio sit de presenti tunc nun q terminus supponit pro aliquo nisi de quo verificatur mediante verbo de presenti. sed si illa sit de preterito aut futuro sufficit q verificetur de illo pro quo supponit mediante verbo de preterito aut futuro. Ad secundam dicitur q illud signum vniuersale impeditur per negationem ideo non habet vim signi vniuersalis. ideo in diffinitione debet intelligi mediante signo vniuersali non impedito. Ad terciam dicitur negando consequentiam quia aliquando a termino supponente simpliciter ad ipsum supponẽtes personaliter facta aliqua mutatõe circa alterum extremorum propositionis potest valere cõsequẽtia sicut in proposito. quia remouetur signum vniuersale ab altero extremorum et additur signum vniuersale alteri eorum. Ad quartam dicitur distinguendo antecedens vel primo et per se et sic conceditur. vel ex consequenti et secundum q est in suis inferioribus et sic negatur. Dicitur tamen secundum aliquos q ibi piper supponit determinate in hac propositiõe parisius et rome venditur piper. sed illa propositio est multiplex secundum compositionem et diuisionem. in sensu enim composito est falsa vt scilicet est vna cathegorica de copulato subiecto quia quelibet singularis est falsa. in sensu vero diuiso est vera et tunc est copulatiua cuiqlibet pars est vera. et tunc sensus est piper venditur rome et piper venditur parisius. et sic in ista copulatiua sunt due partes vere et sunt inde finite ergo subiectum supponit determinate.

Circa ea que dicta sũt

de suppositionibus notandum est primo q ex ꝑ dictis patet quomodo suppositio secundum petrum hyspanum prima sui diuisione diuiditur Diuiditur enim in suppositionem discretam et cõmunem. Et suppositio cõmunis diuiditur in naturalem et accidentalem. Suppositio vero accidentalis in simplicem et personalem. Personalis diuiditur in determinatam et confusam.

Sed secundum quosdam alios suppositõ prima sui diuisione diuiditur in suppositionem propriam et impropriam. Suppositio propria diuiditur in simplicem personalem et materialem et quelibet harum diuiditur in communem et discretam. Suppositio vero communis in determinatam et confusam. Sed suppositio confusa in suppositionem confusam tantum et confusam et distributiuam. Sed suppositio confusa et distributiua diuiditur in suppositionem confusam et distributiuam mobilem et immobilem.

Vt autem faciliter possit cognosci quomodo vnusquisq; terminus in propositione ponit9 supponat ponẽde sunt alique regule de vnaquaq; suppositione. De suppositione ergo impropria ponitur hec regula. Quandocunq; terminus supponit impropriẽ concedendum est q eodemmodo supponit quo modo terminus loco cuius accipitur supponeret si in illa propositione poneretur excepto q supponit impropriẽ et alter supponeret proprie. vt cum dicitur apostolus dicit hoc. per suppositionem impropriam apostolus supponit pro paulo. ideo apostol9 supponit ibi discrete sicut supponeret paulus si poneretur. Similiter cum dicitur proza est in mari. proza supp̃it ibi determinate sicut supponeret nauis si poneret in illa ppõe nauis est in mari.

De suppositõe ꝺo materiali illi qui eã ponũt possunt hanc regulam ponere. Si duorum terminorum adinuicem complexorum vnus significat vocem vel aliquam vocis proprietatem ita q significatiue supponẽs possit verificari de aliquo supponente pro voce et non de supponente pro alia re. et alter terminus non significet principaliter vocem sed aliam rem. Et si significet princi-

paliter vocem non tamen accipitur secundus q̄ vocem significat tunc terminus significans pro prietatem vocis trahit alterum ad supponendū pro voce et per consequens ad materialem sup positionem. et non solum est ita si suppositio se cundum talem suppositionem sit vera sed etiaꝫ si sit falsa. vt subiecta istarum propositionum sortes est dictio dissyllaba: animal est trissyllabū supponunt materialiter. Unde dissyllabum sig nificat proprietatem vocis et sortes significat a liam rem a voce. tamen trahitur per ipsum pre dicatum ad supponendum materialiter. Sed se cundum petrum hyspanum qui non ponit sup positionem materialem vt videtur nec concedi tur. Dicendum est q̄ subiecta harum propositio nuꝫ non supponunt materialiter sed discrete eo mō quo prius dictū est. De suppositione autem discreta ponuntur due regule. Prima est cuiuslibet propositionis singularis subiectum supponit discrete. vt sortes currit. plato currit. Alia regula. omnis terminus singularis suppo nens et omnis terminus communis sumptꝰ cuꝫ pronomine demonstratiuo vbicunqꝫ ponantur siue a parte subiecti siue a parte predicati siue post negationeꝫ siue non semper habent suppo sitionem discretam. Adhuc addunt aliqui huic particule singulariter et vniuoce et discrete ten tus quia dicunt terminum singularem posse ma terialiter supponere singulariter discrete deter minate confuse. Et si queratur qualiter sup ponit subiectum huius propositiōis ens quod est sortes currit. Ad hoc respondetur q̄ subiec tum dicte propositōnis est terminus singularis supponēs discrete. Quod patet quia subiectum huius propositōnis non est natum predicari de pluribus ymo sibi repugnat. Unde q̄uis ens p se sumptum sit terminus communis tamen sin gularisatur per hunc terminuꝫ sortes. Et licꝫ ter mino singulari incomplexo non possit addi sig num vniuersale tamen termino singulari com plexo potest addi vt dicendo omne ens quod ē sortes currit. Et si vlterius queratur qua liter supponat subiectum huius propositionis. iste homo vel asinus currit. Ad hoc respōdetur distinguendo eam quia hoc pronomen iste po test determiare totuꝫ disiunctum et sic supponit discrete. ꝛ propositio est singular] de disiūcto sub iecto. sed si determinet precise primam partem tunc subiectum supponit determinate ꝛ illa pro positio est indefinita cum subiectum eius possit predicari de pluribus.

Scienduꝫ est secundo q̄

de suppositōne naturali ponitur hec regula. In omni propositione in qua est predicatō generis de specie differentie aut proprij aut alia predica tio in primo vel secundo mō dicendi per se tūc verbum absoluitur a tempore et per consequēs termini supponunt naturaliter. vt cum dicit homo est animal. homo ibi habet suppositionē na turalem. et hoc verbum est connotat presens tē pus sed absoluitur et stat indifferenter pro pre senti pro preterito et pro futuro. De suppo sitiōne autem determinata ponuntur tres regu le. Prima est subiectum propositionis indefinite vel particularis siue illa sit affirmatiua siue ne gatiua supponit determinate. vt homo currit. q̄ dam homo currit. quidam homo non currit. Secunda regula. cuiuslibet propositionis parti cularis affirmatiue predicatum si sit terminus communis supponit simpliciter aut determina te. Tercia regula est. terminus communis posi tus post duo signa distributiua cadētia super ip sum inter que nullus terminꝰ distribuibilis me diat habet suppositionem determinatam vt cuꝫ dicitur nonnullus homo currit. iste terminꝰ ho mo supponit determinate. quia illa propositio e quiualet isti quidaꝫ homo currit. Et notanter di citur inter que nullus terminꝰ distribuibilis me diat quia q̄uis in hac propositione nullus hō non est animal. animal sequitur duo signa quo rum qōlibet potest distribuere. non tamen sup ponit determinate sed confuse tantum vel sim pliciter. vt patet per equipollentē. quia equipol let huic omnis homo est animal. De suppositi tione autē ꝯfusa ꝛ distributiua ponunt aliq̄ rōe Prima est. cuiuslibet propositionis vniuersalis siue illa sit affirmatiua siue negatiua subiectum supponit cōfuse et distributiue. vt omnis homo currit. Secunda regula est cuiuscunqꝫ propositionis vniuersalis negatiue cuius predicatū est terminus communis supponit confuse et distri butiue. Tercia regula est omnis terminus com munis mediate vel immediate sequens negatio nem cadentē super ipsum ꝛ nō impeditaꝫ suppo nit confuse et distributiue. vt sortes nō est videns homineꝫ. Et notanter dicitur si non impediatur quia dicendo sortes non est videns omnem ho minem ibi hominem non distribuitur scilicet nō supponit confuse et distributiue quia negatio ē impedita per signum vniuersale. Quarta regula est. omnis terminus includens negationeꝫ facit terminū imediate seq̄ntes suppōere ꝯfuse ꝛ di stributiue. Quinta regula est. omnis terminus communis sequens immediate aliquam istaruꝫ dictionum. alius. vel aliquem comparatiuum. vel differt tūc talis terminus supponit distribu tiue eo q̄ ille dictiones includunt negationem. Ex quo sequitur q̄ hec est falsa sortes differt ab homine. sortes est alius ab animali. vt patet per eius exponentes. quia prima sic exponitur. sor tes est. homo est. et sortes non est homo. Et debꝫ intelligi si nō impediatur quia in ista sortes dif fert ab omni homine ibi homine nō distribuitur

quia negatio inclusa in illa dictione differt impeditur per signum vniuersale et ideo nō distribuitur. Ex quo potest patere veritas harum propositionum. sortes est fortior omni homine. musca est fortior omni animali. musca est debilior omni substantia. et sic de aliis. quia omnes isti ablatiui non supponunt confuse et distributiue sed determinate ideo ad veritatem illarum. ꝛ primo ad veritatem prime sufficit ꝙ sit aliquis homo debilior sorte. vel aliquod animal debilius musca. vel aliqua substantia fortior musca. Sexta regula est. termin⁹ communis cui additur negatio infinitās a parte predicati supponit distributiue quia bene sequitur sortes est non homo. ergo sortes non est iste homo nec ille ꝛc. Septima regula est. sincathegoreumata per que fit cōparatio equalitatis aut excessus distribuunt terminum communem immediate sequentem se. vt patet de ista propositione sortes est ita fortis sicut aliquis homo. homo ibi supponit distributiue. Exponitur enim sic. sortes est fortis. aliquis homo est fortis. et sortes nō est magis fortis vł minus fortis aliquo homine. Exemplum de his per que fit comparatio ad excessum vt leo ē magis fortis ꝙ homo. ibi homo distribuitur. Octaua regula ē ꝙ terminus immediate sequēs comparatiuum vel superlatiuus rectus ab eo supponit distributiue vt cum dicitur sortes est fortior equo. leo est fortissimus animalium. supponunt distributiue. Ultia regula est ꝙ quicquid mobilitat imobilitatū imobbilitat mobilitatū. i. quicqd facit terminū ñ distributū teneri distributiue facit terminū distributū pr⁹ teneri ñ distributiue. vt cum dicitur non omnis homo currit. ista negatio non inuenit terminum distributum per signū vniuersale ideo facit ipsum non distributū

Sciendum est tercio ꝙ

secundum ponentes suppositionem confusaz tātuz terminus communis quinqz modis confunditur non distributiue. Primo modo per signuz vniuersale affirmatiuuz mediate sequens ipsuz dum tamen construatur cum termino prius distributo per signum vniuersale et ꝙ non sit determinatio eius. Secundo modo confunditur terminus non distributiue quando signum vniuersale precedit ipsum immediate siue sit affirmatiuum siue negatiuum. Et aliqō signum negatiuum precedit ipsum mediate. vt cum dicit nulluz animal est omnis homo. nullus homo ē omnis homo. ibi homo supponit confuse tantum. Tercio modo confunditur quando relatiuum diuersitatis precedit terminum communem. Et signum vniuersale negatiuum precedit ipsuz relatiuum. vt cum dicitur nulluz animal aliud ab homine est risibile. ibi homine supponit cōfuse tantum. Quarto modo confunditur per dictionem importantem numerum mediate precedentem ipsuz. vel quando terminus cōmunis sequitur copulatum ex aliquibus terminis positis in aliqua propositione. vt hic ter comedisti panez parisius et rome venditur panis ibi panis in vtraqz propositione supponit confuse tantum.

Quinto modo confunditur per verbum transitiuum quod natum est transire in ipsum mediāte alio verbo. vt cum dicitur. promitto tibi dare equum. volo bibere vinum. ibi vinum supponit confuse tantū. Nec sequitur promitto tibi equū ergo equum tibi promitto. appeto vinum. ergo vinum appeto. De suppositione autez simplici secundum ponentes eam pro conceptu vel intentione anime ponitur talis regula. Si duorum terminorum adinuicem in propositione cōplexorum vnus principaliter significet intentiōnem vel aliquam proprietatem intentionalez ita ꝙ significatiue supponens verificari possit de aliquo termino supponente pro conceptu ꝛ non possit verificari de aliquo pro re ad extra. Et alterum terminorum non intentionem principaliter significat sed aliquam aliam rem significet tunc terminus intentionēz significans trahit alterum terminum ad supponendum pro intentōne et per consequens ad suppositionem simplicem. vt subiecta istarum propositionum sortes est individuum. homo est species. et similiū. supponunt simpliciter pro conceptu siue propositō sit vera siue sit falsa. Sed secundum communem modum et maxime secundum modum realium de suppositione simplici ponuntur quatuor regule. Prima est terminus communis qui subicitur alicui secunde intentioni et non impeditur per aliquod sibi addituz supponit simpliciter. Secunda regula. predicatum propositiōis vniuersalis affirmatiue si sit terminus cōmunis supponit simpliciter. vt oīs homo est animal. Tercia regula est terminus communis supponens vel apponens verbo iportanti actuz aie interiorē puta actū appetēdi vel optādi supponit simpliciter vt si dicatur vinuz appeto vel appeto vinum. vinum vbiqz supponit simpliciter. Quarta regula est. terminus communis supponens pro suo significato sic ꝙ non pro suppositis supponit simpliciter. Et generaliter omis terminus incomplexus quem alij dicunt suppone re confuse tantum secunduz illos supponit simpliciter. Est autem duplex suppositio simplex quia quedam est absoluta alia vero comparata. Suppositio simplex absoluta est acceptio termini communis pro natura secunduz se ꝛ absolute et non secundum ꝙ habet esse in suis suppositis. et isto modo supponit homo in ista propositione. homo est dignissima creatura creaturaruz. Suppositio simplex comparata est acceptio termini communis secundum ꝙ habet esse in

suis suppositis. vt in hac propositione parisius et rome venditur piper vel vinum appeto.

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. In hac propositõne homo est animal copula est presentis tẽporis. ergo restringitur tantum ad standum pro presentibus suppositis. Tenet consequentia per vnam regulaz quam facit autor de restrictione facta per verbũ

Secundo arguitur sic. Dec propositio homo est species est indefinita cum non sit vniuersalis aut particularis aut singularis et tam̃ subiectum eius non supponit determinate. ergo nõ cuiuslibet propositiõis indefinite subiectuz supponit determinate. Tercio arguitur sic. in hac propositõne. omni tempore fuit aliquis homo. hoc totum aliquis homo sequitur mediate signum vniuersale et tamen non supponit cõfuse tantum cum supponat determinate. ergo non omnis terminus mediate sequens signũ vniuersale affirmatiuum supponit confuse tantum. Qz autem supponat determinate patet quia in sua contradictoria scilicet ista non omni tempore fuit aliquis homo supponit distributiue cũ sequatur negationem. ergo in alia supponit determinate. Quarto arguitur sic. Terminus copulatiuus non habet aliquam virtutem cõfundendi terminum sequentem. ergo non facit ipsũ supponere confuse tantum.

Ad rationes. Ad primã dicitur q regula autoris debet intelligi in predicationibus contingentibus in quibus verbum non absoluitur a tempore. Ad secundam dicitur q Quis illa propositõ non sit propie singularis habet tamen modum propositionis singularis eo q subiectum eius supponit pro natura secundum se et vt sic sibi repugnat supponere pro pluribus quia nullus potest fieri descẽsus. Ad terciam dicitur negando minorez scilicet q non supponat cõfuse tantum. Ad probationem negarur consequentia quia ad hoc q alique propositiones contradicãt sufficit q si aliquis terminus supponat distributiue in vna q supponat distributiue in alia. Ad quartaz dicitur negando antecedẽs quia copulatũ multitudinem importat. Ratione cuius multitudinis habet virtutem confundendi terminum sequentem. Et hec de suppositionibus terminorum absolutorum.

Sequitur secundus tractatus.

Elatiuũ est duplex vno modo relatiuuz est cuius esse ẽ ad aliud quodammodo se habere. et sic relatiuũ est vnum de decem predicamẽtis. Aliud est relatiuũ quod est antelate rei recordatiuuz. quia vt vult priscian9 in maiori suo volumine relatio est ante late rei recordatio. vt sortes currit q̃ mouetur. ibi hoc relatiuum qui facit recordationem siue relationem de sorte qui est res ante lata. Omissis autem relatiuis secundum primum modum de relatiuis secundo modo hic intendimus. Relatiuorũ autem quedam sunt relatiua substãtie. vt qui ille et similia Quedam vero sunt relatiua accidẽtis. vt qualis talis tantus quãtus. Relatiuum autem substantie est quod refert eandem rem in numero cum suo antecedente. vt qui ille. Item relatiuorum substantie quedaz sunt relatiua diuersitatis. vt alius. Et est illud quod refert eandez rẽ in numero 7 supponit pro alio vt sortes currit et alius disputat. Quedam vero ydemptitatis. vt qui ille idẽ. Relatiua aũt substãtie ydẽtitatis ẽ qõ refert

et supponit pro eodez in nume ro pro quo supponit suum an tecedēs. vt sortes currit qui di sputat. ibi hoc relatiuuz qui re fert sortem et supponit pro sor te. Relatiuorum substantie ydemptitatis quedam sunt no mina. vt quis. quidam. Quedā sunt pronomina. vt ille. idem.

Item relatiuorum pronomi num ydemptitatis. quedā sunt recipproca. vt sui. sibi. se cum suo possessiuo. vt suus sua suum. A lia non recipproca. vt ille. idem. Relatiuum autem recipprocum dicitur non q̄ sit patiens ꝫ q̄ ponit modum patientis supra substantiam agentem. quia ali ud est patiens et aliud est mo dus patientis. quod patet per hoc q̄ nominatiuus potest esse patiens. vt sortes percutitur. ꝫ non potest habere modum pa tientis. vnde modus patientis semper est in obliquis. et sic pa tet q̄ aliud est patiens et aliud est modus patiētis. Si que ratur quid addatur supra pati ens per relatiuum recipprocum Dicendum est q̄ addit ydemp titatem substantie et ponit eaz sub modo patientis. vt sortes iubet se. ibi substantia que pri⁹ erat agens ponitur sub modo patientis vt in hoc pronomine se. Unde recipprocum sic potest diffiniri. Recipprocum est quod significat substantiaz agentez sub modo patientis. vel sic. Re cipprocum est idem quod suiisi⁹ passiuum. et ideo hoc relatiuū sui significat per modum pati entis in quem dicitur transire actus verbi. nominatiuus autē significat per modum agentis

Jtē si queratur quare hoc pronomen sui sibi se caret no minatiuo. Dicendum est q̄ so lutio patet ex premissis. quia a gens non potest significare pa tiens siue sub modo patientis. nisi in obliquis. sed noiatiuus dicit modū agētis et iō natura nomiatiui repugnat nature hu ius pronominis sui. et ideo nō potest habere nominatiuum.

Ex predictis patet q̄ rela tiua ydemptitatis referunt eā dem rem sub suo antecedente. et semper supponit pro eadez re in numero. Et ex hoc patz q̄ maior est certitudo per relati uum ydemptitatis q̄ per suum antecedēs loco relatiui positū vt homo currit homo disputat quia dubium est vtrum de eo

dem homine dicatur. Sed cuz dicitur homo currit et idem disputat certum est q̃ de eodem homine dicatur. hoc enim patet per priscianũ dicentẽ in maiori suo volumine q̃ cum dicit. Ayax venit ad troyam. et ayax fortiter pugnauit. dubium est an de eodem ayace dicatur an de diuersis. Sed cum dicitur ayax venit ad troyam et idez fortiter pugnauit. de eodem ayace in numero statiz intelligitur Et sic patet q̃ maior est certitudo per relatiuuz ydemptitatis q̃ per suuz antecedens loco talis relatiui positum. Solet autem dubitari circa relatiua ydemptitatis vtruz deceptio facta ex diuersa relatione fiat secundum equiuocationez vel secundum amphibologiam vel secundum aliquam aliam fallaciam. vt dicendo homo vidz asinũ qui est ratõnalis. ibi hoc relatiuum qui potest referri ad hunc terminum qui est homo. vel ad hunc terminum qui est asinus et sunt ibi diuerse relationes. et ergo secũdum aliquos solet ibi conuenienter assignari equiuocatio. Sed contrarium arguitur. hoc nomen qui secundum q̃ est relatiuum significat rem vnam equaliter se habentem ad illud quod significatur per modum substantie vt colox qui est in corpore locꝰ qui continet rem locatam. ↄ sic de alijs. ergo deceptio facta ex diuersa relatione nõ facit equiuocationem. Item hoc nomen qui secundum q̃ est nomẽ significat substantiam infinitã sed ista substantia infinita apta nata est finitari tam per vnũ antecedens q̃ per aliud. ergo cum illa substantia infinite supta in se sit vna et potest referre quodlibz antecedens. ergo significatio huius relatiui erit vna quare sequitur q̃ ibi non erit equiuocatio. Item ratio cuiuslibet relatiui secunduz q̃ relatiuum est tantuz vna hec scilicet res antelata vel rei antelate recordatiuum. ergo omne relatiuum secundum q̃ relatiuum participat vnum nomen et vnam rationem ergo relatiuum est vniuocum inquantum est antelate rei recordatiuum. ergo particularia relatiua. vt qui. ille. et alius inquantũ sunt relatiua suorum antecedentiũ non sunt equiuoca. Si aliquis obiciat q̃ hoc relatiuum qui alterius rationis secundum q̃ te

netur in hoc antecedẽte homo et alterius secundus q̃ tenetur in hoc antecedente asinus vt in prædicta oratiõe. ergo est commune et habet rationes diuersas ergo est equiuocum. Dicendum q̃ hoc argumentus nõ valet. Nam similiter posset probari q̃ quodlibet vniuocum esset equiuocum. vt animal esset equiuocum secundum q̃ est homo vel secundus q̃ est in homine: et aliam habet rationem secundum q̃ est equus vel secundũ q̃ est in equo. et sic hoc nomen animal aliam habet rationem hic et ibi et est commune. non tamen equiuocum sed vniuocum. Soluendum est breuiter q̃ sicut vniuoca dicũtur habere eandem rationem non secundum se sed in vniuoco vniuocãte. vt homo bos equus et similia in animali. Similiter omnia relatiua dicuntur habere rationem eandez non secundum se sed in referente siue in relatione. et etiam habent idez nomen ideo vniuocantur in eo sed ille obiciebat de rationib9 relatiuorum secundum se. Vnde prædictas obiectões ab ista concedimus. ⁊ ideo q̃ deceptõ facta ex diuersa relatione non est secundum equiuocationem Item illa deceptio est in ordinatione dictionum inter se. ergo est in oratione. quia ordinatio dictionum nihil aliud est q̃ oratio. ergo non est equiuocatio cum equiuocatio solum fit in vna dictione. Item q̃ ibi nõ sit amphibologia probatur vbicunq̃ fit ãphibologia ibi est constructio vnius cum alio. vt in hoc exemplo liber aristotelis quoad primum moduz. quoad secundum vt hic. littus aratur. quoad tercium in hoc. scit seculum. Et secundum hoc patet inductiue per omnes modos amphibologie q̃ vbicunq̃ est amphibologia ibi est constructio vnius cum vno tantum. sed vbicunq̃ sunt diuersa relatiua nõ est constructio vnius cum vno tantum. ymo vnius cum diuersis. ergo deceptõ facta ex diuersa relatione non facit amphibologiam. Item vbicunq̃ ẽ deceptio ex eo q̃ aliqua dictõ potest referri ad diuersa est compositio vel diuisio. sed deceptõ ex diuersa relatione est ex eo q̃ aliqua dictio potest referri ad diuersa. ergo deceptio ex diuersa relatione est compositio vel diuisio ⁊ hoc idem concedim9.

De relatiuis

Iste est secundus tractatus paruorum logicalium in quo postq̄ petrus hyspanus determinauit in precedenti tractatu de suppositione terminorum absolutorum consequenter determinat de suppositione terminorum relatiuorum. Cuius ordinis ratio est quia termini relatiui suam suppositionem trahunt a terminis absolutis vt patebit in sequentibus. igitur necesse fuit prius determinare de suppositiõe terminorum absolutorum q̄ relatiuorum. Et ponitur hic tractatus distinctus a precedenti quia nõ soluz hic determinatur de suppositione terminorum relatiuorum sed etiam de quadam passione termini que vocatur relatio quia secundum diuersaz relationem sepe variatur falsitas aut veritas orationis vt patet in hac oratione sortes videt asinum qui est rationalis. et sic ab huiusmõi passione accipit ille tractatus distinctionem a precedenti. Et sicut dictum est in precedentibus q̄ terminus inquantum aptitudinaliter supponens ẽ subiectum eius. sic etiam potest dici q̄ subiectuz huius tractatus est terminus relatiuus.

Sciendum est primo q̄

vt habetur in textu duplex est relatiuum. scilicet grammaticale et logicale. Unde relatiuum logicale ẽ cuius totum esse est ad aliud quodammodo se habere. Relatiuuz vero grammaticale est rei ante late recordatiuuz. Et conformiter potest diffiniri relatio q̄ est rei ante late recordatio.

Et de ista relatione grammaticali solum ẽ hic ad propositum secundum q̄ propter diuersam relationem vel diuersum modum supponẽdi variatur veritas aut falsitas orationis.

Et diuiditur hoc relatiuum grammaticale in relatiuum substantie et relatiuum accidentis Et non dicitur relatiuuz substantie eo q̄ semper referat substantiam sed quia refert rem se habẽtem per modum substantie: Similiter relatiuum accidentis dicitur non quia referat accidens ꝫ quia refert rem se habentem per modum alteri adiacentis vt qualis talis. Et horum diffinitiões patent in textu. Iterum diuiditur relatiuũ substantie in relatiuum idemptitatis, vt ille ipse et relatiuum diuersitatis. vt aliud. Itez relatiuoruz idemputatis: alia sunt reciproca. vt sui sibi. Alia sunt non reciproca. vt ille ipse. et istoz diffinitiones patent in textu. Unde relatim idemptitatis substantie est quod refert idem in numero cum suo antecedente z supponit pro eodem in numero. vt cum dicitur sortes currit qui disputat. illõ relatiuũ q̄ refert sortez z supponit pro sorte. si enim antecedens supponat pro voce vel significato vel suppositis similiter et eius relatiuum. Ex quo sequitur q̄ omnes ille orationes sunt false animal ẽ trissillabuz et illud ẽ substantia. homo currit et ille ẽ species. homo ẽ species et ille disputat. Ex illa etiam diffinitione patet q̄ fit maior certitudo per relatiuum idẽ titatis substantie positum in oratione q̄ per antecedens loco eius positum. quia cuz dicitur homo currit et homo disputat dubium est vtruz intelligatur de eodem homine. Similiter cum dicitur aiax venit ad troiam et aiax fortiter pugnauit. dubium est vtrum de eodem aiace intelligatur. sed cum dicitur aiax venit ad troiam et ille fortiter pugnauit certuz est q̄ de eodem aiace intelligitur.

Sciendus est secundo q̄

iuxta predicta incidunt alique difficultates. Et primo ab autore mouetur vna in textu que talis est. Utrum deceptio proueniẽs ex diuersa relatione termini causet equiuocationem aut amphibologiam aut aliquam aliam fallaciam. Et primo probat autor q̄ non causat equiuocationem z hoc quatuor rationibus que patent in textu. Prima tñ potest sic formari nunq̄ fit equiuocatio nisi ex multiplicitate termini equiuoci. sed hoc relatiuum qui non est terminus equiuocus ergo relatio facta ex diuersa relatione termini non causat equiuocationem. Minor patet quia nihil quod significat vnica impositione aliquaz rem equaliter se habentem ad omne aliud qõ significatur per modum substantie est equiuocum. sed hoc relatiuum qui est huiusmodi. ergo ꝛc. Maior patet quia nullum equiuocum vnica impositione significat vnam rem equaliter se habentem ad omnia sua suppositа. ergo ꝛc. Et potest addi alia ratio declaratiua que talis est. Nihil cuius tam significatio q̄ res significata est vna est equiuocum. sed tam significatio q̄ res significata huius relatiui est vna. ergo non est equiuocum. Minor patet quia hoc relatiuuz qui significat subam infinitã que põt finitari et terminari per quodlibet antecedens. ergo res significata per ipsum est vna et per consequens et significatio. Alie rationes clare sunt in textu.

Et q̄ illa deceptio non causet amphibologiam probat autor in textu quia omnis deceptõ que est amphibologia prouenit ex diuersa constructõe vnius cuz vno sicvt probabile est in singulis modis. Sed deceptio ex diuersa relatione termini fit ex diuersa constructione vnius cum

diuersis.ergo talis deceptō nō est āphibologia

Et q̄ sit compositio vel diuisio cum nulla sit difficultas de alijs probat sic.deceptio prouenies ex eo q̄ aliqua determiatio potest ferri ad diuersa determinabilia est compositio vel diuisio.sed deceptio que fit ex diuersa relatione termini prouenit ex eo q̄ aliqua determinatio pōt ferri ad diuersa determinabilia.ergo est compositio vel diuisio. Est tamen aduertenduz q̄ dicentes talem deceptionem causare equiuocationem dicunt q̄ non oportet fallaciam equiuocationis quo ad omnes eius modos prouenire ex multiplicitate termini equiuoci.vt patet in illo paralogismo.quicunqz sanabatur sanus est. laborans sanabatur. ergo laborans sanus est. in quo non ponitur terminus equiuocus in significando licet in significatione temporis eo q̄ laborans potest teneri pro laborante nunc vel p laborante tunc.Et sic respondent ad rationē autoris negādo illud quod supponit.scilicet q̄ nūq̄ fit eq̄uocatio nisi ex multiplicitate termini eq̄uoci. Similiter dicunt quidam talem deceptionem causare amphibologiam ꝛ ponunt eam in tercio modo ꝛ sic probant quia hec oratō sortes videt asinum tantum vnum significat. ꝫ cū dicitur qui est irrationalis tota oratio redditur multiplicex ꝛ hoc ex diuersa relatione.ergo ꝛc. Dicitur vltra q̄ difficile est videre qualiter illa oratio sortes videt asinuz qui est irrationalis pp ter diuersam punctuationē habeat diuersos sensus.Et sic respondent ad rationem autoris negādo maiorem ꝛ probatio eius peccat penes fallaciam accidentis et consequentis ab insufficienti inductione eo q̄ deberet probare de quolibz modo et de omnibus individuis sub eo contentis.

Istis tamen oppinionib⁹ dimissis primavidetur esse probabilior et verior. Unde de relatiuo reciproco ponitur talis regula. Omne relatiuum reciprocum nō possessiuum semper eodem modo supponit sicut et suum antecedens ita q̄ si antecedens supponat personaliter ita et relatiuum siue discrete siue determinate siue cōfuse et distributiue.Pro quo aduertenduz est q̄ quando antecedens supponit confuse et distributiue tunc relatiuum reciprocum quamuis supponat confuse et distributiue non sic se habet confuse et distributiue q̄ loco eius liceat ponere suum antecedens distributum aut q̄ possit fieri descensus copulatiue a parte predicati ad singularia pro quibus supponit. sed supponit distributiue sigillatim ita scilicet q̄ antecedens et relatiuum reciprocum supponunt pro eisdem sed in descēsu ad singularia oportet reddere singula singulis.non enim sequitur omnis homo videt se.ergo omnis homo videt omnem hominem.nec sequitur omnis homo videt se.ergo videt sortem vel platonem.guillermum et sic de alijs.Sed debet sic inferri reddendo singula singulis.oīs homo videt se. ergo sortes vidz sortem et plato videt platonem et sic de alijs.

Sciendum est tertio q̄

circa predicta incidit vna difficultas vtrum scilicet illud quod dictum est sit verum q̄ relatiuū idemptitatis substantie non supponit pro eodez in numero vel pro illo vel illis pro quo vel quibus denotatur verificari propositio in qua ponitur antecedens.Pro cuius declaratōne aduertenduz est q̄ reletiuuz idemptitatis non reciproc um quandoqz tenetur pure relatiue.scilicz quā do secum explicatur suum antecedens per modum substantiui.vt dicendo homo currit et ille homo est animal.ibi illud relatiuum ille est pure sincathegoreuma precise habens moduz significandi vel actum referendi. Alio modo accipitur relatiuuz non pure relatiue sed prout simul includit actuz referendi et suum antecedens. vt in hac propositione homo currit et ille monetur ibi hoc relatiuum ille habet actum referendi rōne cuius dicitur sincathegoreuma. et per illum actum dat intelligere suum antecedens ratione cuius dicitur cathegoreuma. Ideo inferunt aliqui q̄ non solum adiectiua possunt substantiuari in neutro genere.sed quedam possunt substantiuari in masculino vel in femmino.et dicunt q̄ in hac propositione homo currit et ille monetur ly ille fit masculini generis tamen tenet substantiue.Et rationem assignāt quia in aliquibus adiectiuis faciliter subintelligitur substantiuū ꝛ in alijs non.in his autem in quibus faciliter intelligitur substantiuum illa possunt in quolibz genere substantiuari sicut est in istis relatiuis.

Ulterius aduertendum est q̄ nullum pure sincathegoreuma supponit.Patet quia nullum purum sincathegoreuma aliquid significat.ergo nullum tale supponit.consequentia patet qz suppositio termini ē acceptō ei⁹ pro re significata per eum. Item notatis istis secundum hanc oppinionez ponuntur alique conclusiōes

Prima est.nullum relatiuum idemptitatis substantie pure relatiue tentum supponit. patet quia nullum purum sincathegoreuma supponit.sed omne relatiuum idemptitatis est huius modi.ergo non supponit.Maior est nota et minor probatur quia tale relatiuum pure relatiue tentum precise habet modum significandi.ergo non potest supponere.Ex hac conclusione patz responsio ad dubium scilicet q̄ nullum relatiuū idemptitatis substantie pure relatiue tentuz supponit pro illo pro quo supponit suum añcedens

patet quia nullum tale supponit. ergo nullus tale supponit pro illo pro quo supponit suum antecedens. Antecedens patet ex hac conclusione

Secunda conclusio est. relatiuum acceptū vt includit actum referendi et antecedens p modum subiecti non supponit. Hanc conclusionē probant sic q̄ nullum aggregatum ex puro categoreumate ⁊ sincategoreumate nisi illud sit pars subiecti aut pars predicati p̄t supponere sed relatiuus hoc mō acceptus ē aggregatum ex categoreumate ⁊ sincategoreumate. g⁹ nō p̄t supponere. ꝓña ē nota ⁊ maior patet q̄ in hac p positōe aliquis hō est aīal. ibi hoc totū aliquis hō pro nullo supponit ex quo ē aggregatū ex categoreumate ⁊ sincategoreumate. Et sic sc̄m has duas cōclusiones patet responsio ad dubium. s. ipsum negando. Sed tunc peteret aliq̄s quid ergo dicendū est ad cōe dictus logicoꝝ dicentiuꝫ relatiuū supponere. Ad hoc respōdetur q̄ logici nolunt habere q̄ relatiuū pure relatiue tentū supponat. ſ3 volunt habere q̄ relatiuū pure relatiue tentum refert suus añs pro illis vel illis suppositis sc̄m talē vel talez suppositionez. vt in hac propositōe hō est aīal et illud est risibile. hoc relatiuū illud refert aīal in ordine ad aliquod extremū. s. pro aīalibus que sunt homines Vel dr q̄ logici volūt q̄ relatiuū captū vt includit actū referendi añs per modū subiecti supponit. et hoc posset cōcedi nō obstante sc̄da cōclusione. Tercia cōclusio et finalis. nō oportz relatiuū idēptitatis substantie nō reciprocū supponere precise pro illis de quibus verificat propositio in qua ponitur suus añs. Patet q̄ tunc sequeretur q̄ ista cōditionalis esset vera. Sortes est asinus si ipse ē hō. Sortes mouet si ipse quiescit. cōsequens ē falsus et cōtra cōem modum concipiē di. g⁹ cōclusio est vera. De hoc dubio enim per amplius videbitur inferius

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. De relatiuo grāmaticali habz determinare grammaticus. ergo male dicitur q̄ hic determinatur de relatiuo grāmaticali.

Secundo arguitur sic. In hac propositione mulier que dānauit saluauit. lignuz fuit causa mortis et ipsum fuit causa vite. ibi relatiuum non refert idem in numero cuz suo antecedente et tamen est relatiuum idemtitatis substantie. ergo male dictum est q̄ relatiuum idemptitatis substantie refert idem in numero cum suo antecedente.

Tercio arguitur sic. hoc relatiuum qui ē alterius rationis quando refert sortem et asinum et tamen ipsis est aliquid commune scilicet ens et secundum illud nomen ratio ē diuersa. ergo est equiuocuz.

Quarto arguitur sic. Loco relatiui licet ponere suū antecedēs ergo idem est omnis homo videt se ⁊ omnis homo videt omnem hominem.

Ad rationes.

Ad primā dicitur q̄ hic determinatur de relatiuo prout p ipsum causatur veritas vel falsitas in oratione. in grammatica vero determinatur de eodē p̄o ut per ipsuz causatur congruitas ⁊ hoc non est inconueniens q̄ in diuersis scientijs de eodem determinetur sub diuersis rationibus.

Ad secundam dicitur q̄ illa diffinitio est data de relatione personali et non simplici. modo in illis propositionibus est relatio simplex. Unde dicitur relatio simplex quando relatiuum refert idē in specie. et supponit p̄o eodem in specie. Sed relatio personalis est quando relatiuum refert idem in numero cum suo antecedente.

Ad terciam dicitur q̄ Quis hoc relatiuum qui sit alterius rationis loquendo de relationibus speci alibus antecedentium non tamen loquendo de relatōne in generali sumpta secundum idem nomen in quo conueniunt antecedentia.

Ad quartam dicitur negando antecedens quia hoc non est verum in relatiuis reciprocis saltem ponendo antecedens cuz sua dispositōe Quis hoc sit veruz in aliquibus alijs. et de hoc inferius videbitur.

Equitur de relatiuis diuersitatis.

Relatiuū diuersitatis est quod supponit alio ab eodem quod refert. vt sortes currit et alius disputat ibi hoc relatiuum alius refert sortem et supponit p alio a sorte. et ita facit recordationem de sorte.

De relatiuis autem diuersitatis talis datur regula. Si relatiuum diuersitatis addatur superiori fit inferius. et si addatur inferiori fit superius. verbi gratia cum dicitur aliud ab animali. ergo aliud ab hoie. ibi ē loc⁹ a specie ad genꝰ siue a parte subiectia ad suum totū vle q̄ in hac p̄o

positõne aliud ab animali hoc relatiuuz diuersitatis aliud cũ additur animali qõ est superiꝰ ad hominẽ facit ipsuz inferiꝰ.z in hac aliud ab homine addit̃ inferiozi.s.homini. et ergo facit ipsuz superiꝰ.et ergo aliud ab hoie est inferiꝰ ad illud ab homine.et ideo ibi est locus a specie siue a parte subiectiua.

De relatiuis idẽtitatis datur regula ab antiquis. Nulla ꝓpositio inchoata a relatiuis idẽptitatis hz ꝓtradictoriã. Et assignant talẽ causaz qz cuz dz omnis hõ currit z ille disputat hoc relatiuũ ille habet respectuz ad hoc antecedẽs hõ propter dependentiã sue relationis sz cũ negatio aduenit propositioni inchoate a relatiuo dicẽdo sic.ille non disputat tũc negatio negat verbuz qõ sequit̃. et non negat respectũ relatõis quez habet ad añcedens.ergo negatio nõ negat totũ quicqd affirmatio affirmat.ergo nõ cõtradicit. sz cũ hoc fit in qualibet propositione inchoata a relatiuo sequit̃ qꝰ nulla propositio inchoata a relatiuo hz contradictoriaz. Sed ꝓtra hoc obicitur. quicquid cõtingit affirmare contingit z negare de quolibet suppositο.sed verbuz contingit negare de quolibet suppositο.ergo et affirmare cõtingit de quolibz suppositο qõ est dictõ relatiua.ergo quelibz propositio inchoata a relatiuo habet contradictoriam. Item quelibet propositio siue enunciatio que est vna habet cõtradictoriaz.sed propositio inchoata a relatiuo.dummõ ibi non fit aliqua dictio equiuoca neqꝫ plura subiciantur neqꝫ predicẽtur est vna propositõ.ergo propositio inchoata a relatiuo hz contradictoriam. Itẽ dicit aristoteles in primo periarmenias circa affirmatiõem et negationem qꝰ vni affirmationi vna negatio est opposita et econuerso vni negationi vna affirmatio est opposita. ergo affirmatõni inchoate a relatiuo negatio vna est opposita. Quod concedimus dicentes predictã regulam esse falsam. Ad rationem eoruz respondemus qꝰ relatiuuz comparatur ante antecedens z comparatur ad verbum cui subicitur. vnde cuz affirmatio et negatio sit oratiõ affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo vel alicuiꝰ ab aliquo.hoc ẽ ꝑdicari de subiecto

Sciendum est secundo q̄ autor respondendo ad illam dubitationē pro bat q̄ termini eodem modo restringuntur in affirmatiua z negatiua. et probat hoc duabus rationibus. Prima est si termini non eodem modo restringerentur in affirmatiua z negatiua sequeretur q̄ due contradictorie essent simul vere. sed hoc est impossibile igitur. Prima consequentia patet quia hec est vera omnis homo est eo q̄ homo tenetur solum pro existentibus de quibus vere affirmatur hoc verbum est. similiter hec esset vera homo non est. quia homo restringitur ad non existentes de quibus vere negetur hoc verbuꝫ est. Secundo sic probatur quia causa restrictionis est tempus consignificatum per verbum. sed in affirmatiua z negatiua manet idem tēpus ergo ꝛc. Consequenter autor soluit duas rationes antiquorum per quas probant terminos non restringi. similiter in affirmatiua z negatiua Pro quarum solutione ponit duas suppositiones. Prima est hoc verbum est non restringit ad existentes sed ad presentes tantū. patet sic quia vt dictum est verbum non restringit quoad significationem principalem sed solum quoad consignificationem. sed significatio huius verbi est est esse z tempus presens dicitur esse consignificatum per illud verbuꝫ ē ergo non restringit ad existentes sed ad presentes. Secunda suppositō non omnia suppositа presentia sunt existentia sed quedam sunt existentia quedam non existentia. multa enim sunt enunciabilia presentia que tamen non sunt existentia. puta hommez esse asinum est enunciabile presens. z tamen non ē enūciabile existens eo q̄ nullum falsum existit. Similiter mortuum habet plura suppositа presentia z tamen nulla habet existentia. Unde illa dicuntur: presentia de quibus terminus cōmunis affirmatur mediante verbo de presenti. sicut enunciabile enunciatur de hoc enunciabili homo ē asinus. dicendo homo est asinus est enunciabile. Similiter mortuum dicitur de cesare dicendo cesar est mortuus. sed illa dicuntur suppositа existentia de quibus affirmatur hoc verbum est secundus adiacens. Ex quibus patet solutio primi argumenti. Pro solutione secundi supponitur primo q̄ duplex est forma termini cōmunis quedam est que inuenitur tam in suppositis existen

ubus ꝙ non existentibus. et in talibus sunt supposita presentia que non sunt existentia. Alia est forma termini cōmunis que saluatur in existentibus vt humanitas que est forma hominis. animalitas que est forma animalis ⁊ in talibus supposita presentia sunt existentia quia tales forme soluꝫ saluantur singulariter in suppositis existētibus. Et potest addi tertium membrum scilicet ꝙ quedam est forma termini cōmunis que saluatur in non existentibus vt mortuum et generandum et in talibus nunc̄ suppositā presentia sūt existentia. de restrictione vero vsuali dictum est prius sufficienter.

Sciendum est tertio ꝙ

de hoc predicto dubio fuerunt diuerse opiniōes dixerunt enim aliqui vt visum est ꝙ termini non eodem modo restringuntur in affirmatiua ⁊ negatiua. Tamen autor dicit terminos eodez mō restringi in propositionibus de presenti tam affirmatiuis ꝙ negatiuis quoad presentia et non existentia. Dicitur vltra ꝙ aliqua sunt suppositā presentia que non sunt existentia. et hoc patet ex dictis. Alij vero dixerunt terminos eodem modo restringi in affirmatiua ⁊ negatiua. ⁊ ꝙ in propositione de presenti primo restringūtur quoad presentia ⁊ ex consequenti quoad existentia. ⁊ dicunt ꝙ omnia suppositā presentia sunt existentia Et pro solutione rationis supponunt ꝙ omnis propositio affirmatiua de presenti presupponit ad sui veritatem vitatē vni⁹ copulatiue cōpositē ex duabus cathegoricis in quarum prima affirmatur subiectuꝫ illius propositionis de hoc termino aliquid mediante hoc verbo est. et in secūda affirmatur predicatum de hoc relatiuo illud demonstrando illud pro quo supponebat subiectum prime cathegorice. Vt ad veritatem istius homo est currens requiritur veritas illius copulatiue aliquid est homo ⁊ illud est currens. Si tamen propositio sit vniuersalis oportet ꝙ in secunda cathegorica predicatuꝫ affirmetur vniuersaliter ꝺ omni illo pro quo fiebat verificatio prime cathegorice. Sed ad falsitatem negatiue sufficit falsitas alterius partꝫ copulatiue. vnde ad veritatem huius homo non currit requiritur et sufficit ꝙ hec disiunctiua sit vera vel est homo vl aliquid quod est homo non currit. Ex quo infertur ꝙ sicut in affirmatiua significatur ꝙ subiectum affirmatur de aliquo per verbum de presenti ⁊ de eodem affirmetur predicatum. ita et in negatiua significatur subiectum de nullo verificari per verbum de presenti vel predicatum negari de aliquo de quo affirmatur subiectum. Et sic sicut ad veritatem affirmatiue requiritur veritas vnius copulatiue: ita ad veritatem negatiue sufficit veritas vnius disiunctiue composite ex partibus contradicentibus partibus copulatiue. Secundo sequitur ꝙ sensus huius rosa est/non est iste rosa que est est. sed est talis. aliqꝺ est rosa ⁊ illud est. Similiter sensus negatiue scꝫ huius rosa non est non est iste ꝙ rosa que est nō est. sed est iste nihil est rosa vel aliquid qꝺ ē rosa non est. Et sic patet quid ⁊ quomodo debeat responderi ad quesitum.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. termini non similiter amplian tur in affirmatiua ⁊ negatiua. ergo nec restringūtur. antecedens patet quia cuꝫ dicitur homo potest esse ibi homo stat pro presentibus et futuris solum. sed cum dicitur homo non potest esse ibi homo ampliatur ad suppositā cuiuslbet temporis. Secundo arguitur sic. Si in negatiua terminus eodem modo restringatur sicut ⁊ in affirmatiua sequeretur ꝙ omnis propositio negatiua in qua predicatur esse simpliciter includeret contradictoria sed hoc est falsum. ergo. Tertio arguitur sic. ista consequentia est bona nullꝰ homo currit ergo cesar non currit. sed si homo restringatur in antecedente ad presentes consequentia non valeret. igitur ⁊c. Quarto arguitur sic. significatio est magis intrinseca verbo ꝙ consignificatio. ergo si vnuꝫ restringat qꝰ ad consignificationē restringet etiaꝫ qꝰ ad significationem et ita restringet ad presentes. igit⁹ ⁊c

Ad rationes. Ad primā

dicitur ꝙ hoc verbum potest potest ampliare ratione sue significationis. sed non potest restringere nisi ratione consignificationis ideo nō potest esse simile de ampliatione ⁊ restrictione ⁊ sic non valet consequentia. Ad secundam dicitur negando consequentiam quia restrictio ad presentes non significatur per hoc verbum est quod affirmatur de subiecto. sed significatur ꝑ hoc ꝙ subiectum affirmatur de aliquo mediante hoc verbo est vt patuit. Ad tertiam negatur minor quia quāuis cesar non sit presens: significatur tamen ibi vt presens ratione verbi presentis temporis cui supponit. Ad quartam negetur consequentia eo ꝙ restrictio semper debet fieri per illud quod est magis determinatum. consignificatum autem non est magis determinatum ꝙ significatuꝫ. diuersa enim tempora eiusdem verbi non distinguntur per significatum sed solum per consignificatum. ideo verbū potest restringi quoad consignificationem que est tempus et non quoad significationem. Et hec de restrictione dicta sufficiant.

Sequitur tractatus sextus de distributionibus.

De distributione.

Distributio est multiplicatio termini communis per signum vniuersale facta. vt cuz dicitur omnis homo. iste terminus homo distribuitur siue confunditur pro quolibet suo inferiori per hoc signum omnis. et sic est ibi multiplicatio. Dico autem termini communis. quia terminus singularis nõ potest distribui. vnde iste sunt incõgrue omnis sortes omnis plato et sic de alijs. et sic ibi ẽ soloecismus per partes orationis. Signorum vniuersalium alia sunt distributiua substantie vt omnis nullus. alia sunt distributiua accidentium vt qualis quantus. Signum autem distributiuum substantie distribuit res se habentes per modum eius quod est quid. vt omnis nullus. vt cum dicitur omnis albedo omnis nigredo. Substantia autem communiter sumitur ad res cuiuslibet generis. vt cum dicitur signum distributiuum substantie. Signum distributiuum accidẽtis est quod distribuit res se habentes per modum accidentis vt per modum qualis vel quãti. vt qualiscunq; quantuscũq.

Item signorum distributiuorum substantie alia sunt distributiua partium integraliuz vt totus. alia sũt distributiua partium subiectiuarum vt omnis nullus. Item signorum distributiuorum partium subiectiuarum alia sunt distributiua duorum vt vter neuter. alia sũt distributiua plurium vt omnis nullus ⁊ similia.

Iste est sextus tractatus paruorum logicalium in quo postq; Petrus hispanus determinauit de ampliationibus et restrictionibus. consequenter autor determinat de distributionibus. Ratio ordinis est quia ampliatio ⁊ restrictio fiunt per adiectiua que dicuntur dispositiões subiecti absolute. distributio vero fit per adiectiua que dicuntur dispositiones subiecti in ordine ad predicatuz. Et quia dispositiones reales ⁊ absolute sicut album ⁊ nigrum precedunt dispositiones respectiuas que sunt dispositiones modorum siue intentionum per quas quidem dispositiones fit distributio ideo patet ordo. Et primo diffinit distributionem sic. Distributio ẽ multiplicatio termini cõmunis per signum vniuersale facta. Et ponitur multiplicatio loco generis Deinde ponitur termini cõmunis ad differentiam terminorum discretorum quibus non potest addi signũ vniuersale. iste enim sunt incongrue omnis sortes omnis plato ⁊ similes. Et ponitur per signum vniuersale facta ad ostendendum causam instrumentalem distributionis. intellectus enim est principale distribuens. ⁊ signuz vniuersale est instrumentum mediante quo intellectus distribuit terminum communem. Non est tamen intelligendum q̃ distributio solum fiat p̃ signum vniuersale. potest enim fieri per negationem et per multas alias dictiones virtutẽ signi vel negationis includentes. Sed tamen dicitur in diffinitione per signum vniuersale quia distributio primo cõuenit signis vniuersalibus. alijs vero non primo conuenit sed ex consequenti.

Et non accipitur multiplicatio in illa diffinitione pro multiplicatione reali. sed intentionali, cum non oporteat q̃ ibi sit vera et actualis

multiplicatio sed sufficit ibi esse multiplicationem scōm modum et conditionem. cum enim dicitur omnis sol lucet. ibi sol nō multiplicatur actualiter cum non habeat actu plura suppositta. sed solum multiplicatur ſ3ᵖ modum. denotatur enim ibi ꝙ de quocunqꝫ dicitur sol de illo dicitur lucere. nec denotatur ꝙ sol sit actualiter diuisus per plura suppositta. oportet enim sub hac conditione ꝙ si sol sit in pluribꝰ ꝙ lucere pluribus conuenit. Non tamen est negandum predicatum actualiter dici et sine conditione de subiecto cum sit propositio cathegorica sed non dicitur de pluribus suppositis si subiectum non habeat plura suppositta. Et vlterius aduertenduꝫ est ꝙ distributio dupliciter sumitur. Uno modo actiue ꝛ sic conuenit signo vniuersali tanꝙ instrumēto. Alio modo passiue ꝛ sic conuenit termino cōmuni distributo seu distribuibili.

Sciendum est primo ꝙ

ad distributionem quatuor concurrunt. primuꝫ est causa efficiens. ꝛ hec est duplex vt dictum est Secundum est terminus cōmunis super quem cadit distributio. Tertiuꝫ est illud pro quo fit distributio ſcꝫ suppositum vel suppositta. Quartū est illud respectu cuius fit distributio vt faciliter videri posset cuilibet intuenti in qualibet propositione. Et si quis querat quare fuerunt inuēta signa vniuersalia. Respondetur ꝙ quatuor de causis. Primo enim fuerunt inuenta vt facilius possꝫ exprimi mentis conceptus. facilius enim exprimitur omnem hominem currere per hanc propositionem omnis homo currit ꝙ per istas sortes currit plato currit ꝛ sic de similibus. Secundo inuenta sunt ad cognoscendum differentias inter diuersas suppositiones. ſcꝫ determinatam que fit per signum particulare. ꝛ confusam que fit per signum vniuersale. Tertio ad habendum contradictionemꝫ quia cuiuslibet contradictionis simpliciter oportet alteram esse vniuersalem. Quarto propter silogismum eo ꝙ in omni silogismo oportet aliquam premissarum esse vniuersalem.

Sciendum est secundo

ꝙ distributio habet diuidi ſ3ᵖ diuisionem signorum distributiuorū eo ꝙ causatur per signa vniuersalia vt dictum est. et ideo ad habendum distributionem autor diuidit signa vniuersalia dicens ꝙ signorum distributiuorum quedam sunt distributiua substantie vt omnis quilibet nullᵖ. alia sunt distributiua accidentis vt qualiscunqꝫ tociens quociens et sic de alijs. Et dicuntur distributiua substantie non quia solum distribuant pro rebus de predicamentis substantie. sed quia distribuunt rem se habentem per modum substantie. Similiter signa distributiua accidentis distribuunt rem se habentemꝫ per modū accidentis seu alteri adiacentis. Alij enim dicūt ꝙ huiusmodi signa dicuntur distributiua substantie eo ꝙ in distribuendo non connotant aliquam qualitatem accidentalem capiendo qualitatem pro quadam dispositione accidentali. sed dicuntur distributiua accidentis quia in distribuendo connotant aliquam dispositionem accidentalem vt facile est videre vbi talia signa ponuntur.

Sciendum est tercio ꝙ

signa distributiua substantie subdiuiduntur. qꝛ quedam sunt distributiua respectu partium integralium vt totum. Alia sunt distributiua respectu partium subiectiuarum vt nullus vterqꝫ. Et hec inter se differunt quia distributiua partium integralium possunt distribuere pro partibus integralibus. Signa vero distributiua pro partibus subiectiuis solum debent addi termino vniuersali. Et quia singulare potest esse totum integrale sed non totum vniuersale ideo quandoqꝫ adduntur sibi signa distributiua partium integralium vt cum dicitur totus sortes est albus.

Item signa distributiua partium subiectiuarum subdiuiduntur. quia quedam sunt distributiua duorum tantuꝫ vt neuter ꝛ vterqꝫ. Alia sūt distributiua plurium vt omnis nullus quilibet ꝛc. Et omnium istorum quedam sunt affirmatiua quedam vero negatiua. inter que autor primo determinat de signis affirmatiuis distributiuis substantie pro partibus subiectiuis.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. signum vniuersale non multiplicat terminum cōmunem quantum ad vocemꝫ. ergo nec quantum ad significationem cuiꝫ nihil aliud sit in termino communi. ergo male dicitur distributio est multiplicatio termini cōmunis.

Secundo arguitur sic. dicendo totus sortes currit vel totus sortes est minor sorte ibi sortes distribuitur. ꝛ tamen non est terminus communis ergo ꝛ cetera. Tertio arguitur sic. in hac propositione rosa est pulcherrimus florum iste genitiuus florum distribuitur et tamen non fit per signum vniuersale. ergo male dicitur per signum vniuersale facta. Quarto sic. accidens diuiditur et multiplicatur ad diuisionem suorum subiectorum. ergo eadem signa que multiplicant et distribuunt substantiam distribuunt ꝛ multiplicant accidentia. ergo signum distributiuum substantie et accidentis coincidunt. ergo diuisio mala.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q signum vniuersale addituz termino cō muni non multiplicat significationem termini sz se z absolute sic q faciat habere terminuz cō munem plures significationes, sed multiplicat illam significationē in ordine ad suppositа ideo potest dici q multiplicat terminum communem quoad significationem sz q illa suppositio est in suppositis. Ad secundam dicitur q sor tes z quilibet termin⁹ discretus potest distribui in omnes partes integrales: non tamen in par tes subiectiuas. z eodez modo quo distribuitur erit cōmunis cōmunitate totalitatis z continen tie. Ad tertiam dicitur q ille genitiuus flo rum distribuitur virtute negationis incluse in il lo superlatiuo pulcherrimus. quia primo habet negare z ex consequenti distribuere. Ad quartam dicitur q accidens multiplicatur scōm numerum ad multiplicationem suoꝝ subiecto rum sed non sz speciem. ideo signum distribu tiuum substantie facit ex consequenti multipli cationem accidentis sz numerum. sed in distri buendo accidentia distincta sz speciem alia sig na requiruntur.

Horum autem signoꝝ pri mo dicendum est de signis di stributiuis substātie. z inter hec primo de hoc signo omnis.

Sciendum q omnis in plura li numero dupliciter sumitur. Uno modo collectiue. vt om nes apostoli dei sunt duodeciz non sequitur ergo isti apostoli dei sunt duodecim demonstra tis aliquib⁹ de ipsis. Alio mo do sumitur distributiue vt hic omnes homines naturaliter sci re desiderant. Et tunc queri tur quid significat hoc signum omnis. Et videtur q nihil sig nificet quia omnis res aut est vniuersalis aut particularis. sz hoc signum omnis non signifi cat rem vniuersalem vel parti cularem. ergo nullam rem sig nificat. Item ad idem. omnis neq est predicabile ō vno neq de pluribus. ergo nec ē vniuer sale vel particulare. et sic nihil significat. Sed cōtra ab eo q res est vel non est oratio dici tur vera vel falsa. ergo si om nis nihil significet propter ap positionem vel remotionem ei⁹ non causabitur veritas vel fal sitas in oratione. sed hec est ve ra animal est homo. ergo z hec omne animal est homo quod ē falsum ergo et prima scilicet q omnis nihil significat. Solu tio. Ad dubium dicitur q om nis non significat vniuersale sz vniuersaliter. quia facit termi num cōmunem suum stare pro omnibus suis inferioribus. vt omnis homo currit. z sic omnis significat aliquaz rem. Sed du plex est res. quia quedam ē res subicibilis vel predicabilis. vt homo animal currit disputat. z sic verum est q omnis nihil sig nificat quia quelibz talis res aut est vniuersalis aut particularis Alia est res que ē dispositio rei subicibilis vel predicabilis. et talem rem significat hoc signū omnis. et tam ab ista re q̄ ab alia causat̄ veritas vel falsitas

in oratione. Obicitur autez q̃ omnis non significat dispositionem rei subicibilis. quia in silogismo medium debet reiterari cũ suis dispositionib9 in minori propositione. ergo debemus silogisare sic. omnis homo est animal. sortes est omnis homo. ergo sortes ẽ animal. qz omnis est dispositio in maiori propositione. ergo debet reiterari in minori quod est falsum ergo omnis non est dispositio subiecti. Solutio. sicut pater duo dicit scilicet illud quod est pater. ⁊ pater inquantuz pater Similiter subiectum duo dicit scilicet illud quod est subiectuz ⁊ subiectum inquantum subiectum. ⁊ ꝑm hoc est duplex dispositio subiecti. quia quedam est dispositio illus rei quod est subiectum vt albus niger. et sic de talibus dispositionibus actualibus. et iste debent reiterari in minori propositione cuz medio Alia est dispositio subiecti scilicet subiecti inquantum subiectum videlicet in ordine ad predicatum. vt omnis nullus ⁊ omnia signa tam vniuersalia q̃ ꝑticularia. ⁊ talis dispositio non debet reiterari cuz medio in minori propositione: quia est respectiua disponit enim subiectum in comparatione ad predicatum. vt cuz dicitur omnis hõ albus currit. ista dispositio albus debet reiterari in minori ꝑpositione cuz medio cum sit dispositio eius quod est subiectuz quia est absoluta. Ista autem dispositio omnis non debet reiterari. quia est respectiua subiecti ad predicatum. et ita subiecti inquantum subiectum est. vnde debemus dicere sic omnis homo albus currit. sortes ẽ homo albus. ergo sortes currit et non sortes est omnis homo albus.

Circa hunc textum notandum est primo q̃ consequenter autor determinat in speciali de signis distributiuis. ⁊ primo de hoc signo omnis eo q̃ est signum distributiuum substantie affirmatiuũ pro partibus subiectiuis. Et circa ipsum inciduntalique difficultates. Prima est vtrum possit distribuere pro singulis generum ⁊ etiaz pro generibus singulorum. Ad quam dicendum est vt prius patuit q̃ hoc signum omnis de rigore sermonis nunq̃ distribuit pro speciebus termini cui adiungitur sic q̃ non pro omnibus individuis eius. Et causa potest assignari quia tales propositiones sunt de omni denotantes predicatum inesse subiecto pro omnibus suis suppositis ergo ꝛc. Ulterius potest dici q̃ aliquando alique propositiones sz̃ sensum autoris ⁊ non de rigore sermonis possunt accipi pro generib9 singulorum ita q̃ hoc signum omnis distribuit pro speciebus sic q̃ nõ pro omnibus individuis specierum quia nisi sic multe propositiones viderentur false que tamen propter hoc admittuntur. Secunda difficultas est vtrum hoc signum omnis nunq̃ teneatur collective aut possit teneri collective vel distributiue. Ad quam dicitur primo q̃ illud signum omnis nunq̃ tenetur collective in singulari numero. et hoc patet ex intẽtione philosophi dicentis. nam predicatum vbi affirmatiue vere denotat semp inesse cuilibz suppposito subiecti. Secũdo dr̃ q̃ hoc signuz omnis

in plurali numero aliquando tenetur collective ⁊ aliquando distributiue. vnde quando tenetur distributiue tunc significat ꝙ predicatus dicitur de quolibet de quo est verificabile subiectum in plurali numero. sed quando tenetur collective significat ꝙ predicatus dicitur de omnib⁹ simul sumptis de quibus dicitur subiectus. Ex quo patet ꝙ hoc signū omnis in ista ꝓpone oēs apostoli dei sunt duodecim si ois tenetur collective talis ꝓpō est vera. est enim sensus ꝙ isti apli demōstratis oibus simul sumptis sunt duodecim. sed si ly omnis teneatur distributiue ē falsus qz sensus est de quibuscūqz vez est dicere ꝙ sunt apli dei de illis ōz ꝙ sunt duodecim. et ita cuz petrus ⁊ paulus sint apli si ista esset vera sequeretur ꝙ petrus ⁊ paulus essent duodecim.

Sciendum est secundo

ꝙ tertia difficultas est vtrum hoc signuz omnis aliquid significet. Et arguitur ꝙ nō duab⁹ rationibus textus. Prima est omnis res aut ē vniuersalis aut particularis. sed hoc signuz omnis nō significat rem vniuersalez aut particularez ergo nihil significat. Secunda ratio est quicquid significat aliquid est vle vel particulare. sed omnis nō est vle aut particulare. g⁹ ois nihil significat minoz ꝓbatur qz ois nec ꝑdicatur de vno nec de plurib⁹ nec alteri subicitur g⁹ ⁊c. In oppositum arguitur hac ratione. omne illud aliquid significat per cui⁹ additionem vel remotionē causatur veritas vel falsitas in oratione. sed sic est de hoc signo omnis. g⁹ hoc signuz ois aliquid significat. maioz patet qz oratio ōz vera que significat esse sicut est vel nō esse sicut non est. sed si h⁹ signum ois non significaret tunc per additionē eius vel remotionem oratio non mutaret suum significatum g⁹ nec veritatem nec falsitatem. minoz patet quia hec est vera animal ē homo. si autem ei apponatur signuz vniuersale dicendo omne animal est homo ipsa erit falsa. ergo. Ad hanc dubitationem respondet autor ꝙ duplex ē res. quedam est res subicibilis vel predicabilis vt homo animal ⁊ substantia ⁊ sic de similibus. ⁊ omnis talis est vniuersalis vel particularis. Alia est res que est dispositio rei subicibilis vel predicabilis ⁊ talem non oportet esse vniuersalē vel particularez. Istis suppositis dicitur de hoc signo omnis ꝙ non significat rem vniuersalem vel particularem. sed bene significat dispositionem rei vniuersalis. significat enim vniuersaliter qz significat terminuz cui adiungitur tenert vniuersaliter ꝓ quolibet supposito suo ⁊ ita diceretur de omnibus alijs signis.

Sciendum est tercio ꝙ

ex illa vltima difficultate ponitur alia difficultas que talia est. Utrum hoc signum omnis sit dispositio absoluta vl' respectiua. ⁊ si sit respectiua vtrum sit in ordine ad predicatum vel in ordine ad supposita. Ꝓ quo est aduertenduz ꝙ duo sunt modi dicēdi. Dicunt enim aliqui ꝙ hoc signum omnis non est dispositio subiecti in ordine ad predicatum sed est dispositio subiecti vt est vniuersale ad sua supposita. significat enim ipsum teneri ꝓ omnib⁹ suis suppositis nō habendo respectum ad predicatum. Qz non sit dispositio subiecti in ordine ad predicatum ꝓbāt sic. quia si hoc esset verum sequeretur ꝙ nō posset addi termino nisi in propositione posito qō tamen est falsum quia bene dicimus sic omnis homo omne animal et sic de alijs. Secundo sic hoc signum omnis est dispositio vniuersalis vt est vniuersale. ergo non est dispositio subiecti vt subiectum siue subiecti in ordine ad predicatuz. antecedens patet quia non conuenienter potest addi cuilibet termino singulari siue ponatur a parte subiecti siue a parte predicati ergo est dispositio vniuersalis vt vniuersale est. Alius ē modus dicendi ꝓ quo supponitur ꝙ duplex ē dispositio subiecti. nam subiectum potest accipi dupliciter. vno modo potest accipi inquantum subiectuz ⁊ sub ratione subiecti. alio⁹ potest accipi ꝓ eo qō est subiectuz et fundamētaliter siue ꝓ substrato. Et ſ3⁹ hoc duplex ē dispositio. quedam enim est eius inquantum ē subiectum ⁊ illa est respectiua. alia est eius qō est subiectuz vt album nigrum ⁊ similia. ⁊ talis dispositio dicitur absoluta. Unde dispositiones absolute dicūtur que disponunt terminum absolute et non in ordine ad alterum nec vt est pars propositionis. ſ. subiectum aut predicatum ⁊ talis debet resolui in silogismo. Ille vero dicuntur respective que disponunt subiectum vel predicatum inquantuz huiusmodi ⁊ vt sic subiectum importat respectū ad predicatum ideo tales dispositiones vocātur respective quia disponunt vnum terminuz in ordine ad alium. Quibus positis dicitur primo ꝙ hoc signum omnis non disponit subiectum ſ3⁹ se ⁊ absolute. Probat' primo quia omnis dictio absoluta debet reiterari cum medio silogismi in minoꝛ propositione. sed omnis non reiteratur cum medio igitur ⁊c. minoz patet quia nos dicimus omnis homo est animal. omne risibile est omnis homo ergo omne risibile est animal. Secundo probatur quia hoc signum omnis dispo nit subiectum in ordine ad predicatum. patet sic quia hoc signum omnis denominat propositionem vniuersalem eo ꝙ additur ad subiectum. Dicitur vlterius ꝙ omnis non est adequata dispositio subiecti inquantum subiectum est eo ꝙ potest addi cuilibet subiecto. nec est inadequata dispositio vniuersalis inquantum vniuersale est quia quando vniuersale ponitur a parte predicati tunc videtur dispositio absoluta

quia debet resumi in silogismo. Ultra dicitur q̄ omnis est dispositio vniuersalis nō ratione qua est vniuersale nec ratione qua est subiectum tm̄: sed ratione vtriusq;. non enim solum significat subiectum teneri pro omnibus suis suppositis sed cum hoc comparat subiecta eius ad predicatum eo q̄ significat predicatum inesse subiecto pro quolibet eius supposito.

Sed contra predicta ar guitur Primo sic. numerus singularis ē magis collectiuus q̄ numerus pluralis. sed omnis in singulari numero non potest accipi collectiue vt dictus est. ergo nec in plurali. Secundo arguitur sic. distributio est multiplicatio termini cōmunis per multa supposita. sed hoc signum omnis in plurali numero semper denotat terminum teneri pro multis suppositis. ergo in plurali numero denotatur teneri distributiue. Tertio arguitur sic. modus significandi non variat significatum. ergo siue omnis sit pluralis numeri siue singularis semper tenetur distributiue.

Quarto arguitur sic. hoc signum nullus et quilibet habent virtutem restringendi terminus cui adiunguntur pro omnibus suppositis determinatis scilicet pro viris. ergo significant dispositiones absolutas et per consequens debent reiterari in silogismo cum medio.

Ad rationes. Ad primā dicitur q̄ quāuis numerus singularis ratione vnitatis sit magis collectiuus q̄ pluralis tamen pluralis est magis collectiuus ratione pluralitatis. in collectione enim sunt duo scilicet vnitas et pluralitas. modo pluralitas principalior ē vnitate ratione collectionis. Ad secundam dicitur q̄ omnis in plurali semper denotat terminum teneri pro multis suppositis. sed quandoq; denotat multa coniunctim accepta stare sub ipso predicato. ita q̄ illud predicatum non conuenit illis pluribus diuisim sumptis vt scilicet in istis propositionibus omnes apostoli dei sūt duodecim. omnes homines trahunt nauem. Quandoq; vero denotat illa multa diuisim sūpta stare sub predicato sic q̄ illi predicato inest p se sumpto vt hic omnes homines natura scire desiderant non potest teneri collectiue sed distributiue. Ad tertiam dicitur q̄ negatur consequentia quia licet omnis idem significet si collectiue vel disiunctiue teneatur quia scilicet significat terminum teneri pro omnibus: hoc tamē est diuersimode vt supra visum est. Ad quartaz dicitur q̄ nullus et quilibet ratione suorum modorum significandi significant dispositionem absolutam et restringunt quoad consignificationem. si vero sumatur sub ratione signi distributiue distribuentis non significat dispositionem absolutam vel respectiuam.

Habito quid significet hoc signum omnis et cuius dispositionem significet. consequenter queritur vtrum omnis exigit tria appellata. Et videtur q̄ sic. quia omnis perfectio est in tribus vt habetur primo celi et mundi. et sic omne perfectum est in trib9 sed omne et perfectum idem sūt vt habetur ibidem. ergo omne est in tribus. ergo omnis vult habere tria appellata. Ad idē dicit Aristoteles in eodem loco q̄ de duobus viris non dicimus omnes sed de tribus viris dicim9 omnes. ergo omnis vult habere tria appellata. Sed contra in qualibet demonstratione sunt propositiones vniuersales. sed demonstrationes fiunt ex sole et luna. ergo oportet dicere omnis sol omnis luna. sed sol non habet nisi vnicum suppositum et similiter luna. ergo omnis non vult habere tria appellata. Ad idem omne priuatum lumine a terre obiectu deficit. hec propositio est concessa cum habeatur ab autorib9. sed oē priuatuz lumine a terre obiectu nō habz nisi vnicum suppositum scz hāc lunaz

singularem. ergo omnis non vult habere tria appellata.
Ad idem. hoc signuz omnis significat quoniam vniuersaliter sed hoc q̄ dico quoniaz vniuersaliter est modus proprius vniuersalis. propriu autez diuersificatur p̄m diuersitatē sui subiecti vt si homo est diminutus ꝛ risibile est diminutuz. ꝛ si homo est mortuus risibile est mortuuz sed vniuersale aliquando saluatur in pluribus vt hō equus aliquando in vno tantuz vt sol luna. ergo ois q̄ vult habere tria appellata. ꝛ quandoq̄ nō imo vnum solum. Ad idem duplex est forma. quia quedam ē forma materie vt anima est forma corporis. et ista forma ē ps ꝛ non predicatur de eo cuius ē pars. alia est forma que est forma predicabilis. ꝛ sic omnia superiora vt genera et species et differentie dicuntur forme inferiorum. vt homo equus ꝛ sic de alijs. ꝛ indiuidua huius forme predicabilis sunt materia eius ergo cum forma neutro predictorum modorum suam excedit materiam. nec excedit ab ea. nullum vniuersale excedit sua indiuidua nec excedūtur ab eo ergo cum omnis dicat adequationem vniuersalium cum suis indiuiduis vt omnis homo tūc oportet q̄ sol habeat nisi vnicū suppositum vt vere dicatur omnis sol. quod concedimus dicēdo predictas propositiones esse veras. ꝛ q̄ ois nō sp exigit tria appellata. sed quando adiungitur termino cōmuni habenti plura suppositа tunc exigit plura appellata. quando vero adiungitur termino habenti solum vnum suppositum tunc exigit solum vnum appellatum.

Ad illud quod primo obiciebatur q̄ omnis perfectio est in tribus. dicitur q̄ verum ē ꝛ hec tria sunt scilicet substantia rei: virtus eius ꝛ operatio eius. Et hec tria tangit Aristoteles sub breuibus verbis cum dicit natura apta nata sic facit. per hꝰ enim q̄ dicit natura tangit substantiam rei. et per hoc q̄ dicit apta nata tangit virtutem eiꝰ. et per hoc q̄ dicit sic facit tangit operationem debitam ei. similiter hoc signum omnis habet substantiam signi vniuersalis. et virtutem que est distribuere. et operationem eius quando distribuit. et in his tribus ē perfectio eius. Ad secundum dicenduz ē q̄ homo ꝛ homines

differunt.quia homo dicit istaz speciem ꝺm se que est de pluribus predicabilis.sed homines in plurali numero nō dicit speciem ꝺm se sed multiplicatam actu ꝺm materiam indiuiduoꝝ numero diuersam.vnde omnis in plurali ratione multitudinis facte facit distributionem per diuersas materias ⁊ vult habere tria appellata.sed omnis in singulari numero exquo recipit speciem ꝺm se ⁊ non materiam indiuiduorum exigit essentiam aptam natam predicari de pluribus siue actu participetur de pluribus siue ab vno.⁊ ideo exigit tria appellata. aut vnuz solum ꝺm naturaz vniuersalez cui adiungitur. Quidam tamen dicunt q̄ omnis vult habere tria appellata adminus. et dant talem rationem. Quociēnscūq̄ signum vniuersale additur termino cōmuni non habenti sufficientiam appellatorum recurrit ad non ens. vt cū dicitur omnis fenix est. quia ly fenix non habet nisi vnicuz suppositum. ideo recurrit ad non existentes fenices.⁊ ideo cuz dicitur omnis fenix est sensus est vnus fenix qui est est:et duo fenices qui non sunt sunt. ⁊ ideo dicunt has duas propositiōes esse falsas quidam fenix nō est. ⁊ omnis fenix est ⁊ non esse contradictorias.quia in negatiua supponitur fenix qui est.⁊ in affirmatiua supponuntur duo fenices qui non sunt.⁊ sic non est idem subiectum in vtraq̄.

Hoc autem potest multipliciter improbari. quia hec incōuenientia sequūtur ex falso quod supponunt.quia supponunt q̄ omnis semper vult habere tria appellata quod superius ostēsum est esse falsum. propterea vult Aristoteles q̄ propositio in qua subicitur vniuersale vniuersaliter sumptum alicui predicato contradicat illi propositioni negatiue in qua subicitur vniuersale non vniuersaliter sūptum eidem predicato. sed iste sunt tales omnis fenix est quidam fenix non est.ergo sunt cōtradictorie quod tamen ipi negant.ergo regula eorum ē falsa. Item ad idem alia regula talis est.terminus cōmunis supponens ⁊ apponensverbo presentis temporis similiter sumpto.non habenti vim ampliandi nec ex se nec ex alio restringitur ad supponendum pro his qui sunt sub forma termini sup

ponentis. ergo cum dicitur omnis fenix ly fenix restrigitur ad supponendum pro fenice tantū qui est: cum ipsius non sit nisi vnicum suppositum. ergo per illam regulam prius datam. si signum vniuersale adueniat ei non distribuit ipsum nisi p vnico suppositō. ergo regula eorū est falsa: ꝛ supra falsum fundatur quod concedimus.

Circa hunc textum notandum est primo ꝙ determinato de hoc signo omnis quantum ad terminum cōmunem quem distribuit ꝛ non inquātum est dispositio subiecti ad predicatum autor mouet circa hoc talem dubitationem videlicet. Utrū semper omnis exigat tria appellata. id est vtrum ad hoc ꝙ vere possit addi termino cōmuni requiratur ꝙ ille terminus habeat tria appellata siue suppositā actu existentia. Appellatum enim vt dictum est idem est qđ suppositum exīs De hac autem difficultate fuerunt diuersi modi dicendi. Primus est quorundam antiquorum qui stat in tribus dictis. Primum est ꝙ hoc signum omnis exigit tria appellata. quod probatur duabus rationibus in textu. Prima quia ſ3ᵒ philosophum in primo de celo et mundo omnis perfectio est in tribus ꝛ per consequens hoc signum omnis exigit tria appellata. Secunda ratio ſ3ᵒ philosophum vbi prius. de duobus non dicimꝰ omne sed ambo. de tribus autem dicimus omne ergo omnis exigit tria appellata. Secundum dictum est hec regula. quotienscūq; omnis additur termino communi non habenti sufficientiam appellatorum tunc recurritur ad non ens. vt cum dicitur omnis fenix est quia fenix non habet nisi vnum suppositum existens ideo hoc signum omnis recurrit ad non existentes ita ꝙ semper stat pro vno fenice qui est et pro duobus qui nō sūt et sic sunt tria appellata que requirit omnis. Tertium dictum quod sequitur ex predictis est istud. iste propositiones non sunt contradictorie omnis fenix est. quidam fenix non est. quod probant sic. quia fenix in prima supponit pro vno fenice qui est et pro duobus qui non sunt. in secunda vero solum supponit pro vno fenice existente et sic non est idem subiectum in vtraq;. Ex quo patet ꝙ apud omnes non est inconueniens illas duas esse simul falsas cum non sint nec contradictorie nec subcontrarie. Si autem sit veritas in ipsis videbitur inferius.

Sciendum est secundo ꝙ secūdꝰ modꝰ dicendi ē autoris dicētis ꝙ ois nō exigit tria appellata. Et hoc probatur quatuor rationibus. Prima in qualibet demonstratione debent esse propositiones vniuersales. sed de sole ꝛ luna possunt fieri demonstrationes. ergo de ipsis possunt fieri propositiones vniuersales et tamen sol non habet nisi vnum suppositum ꝛ similiter luna ergo ꝛc. Secunda ratio est. hec propositio conceditur ab omnibus priuatum lumine ab interpositione terre deficit. ꝛ tamen priuatum lumine a terre interpositione non habet nisi vnum suppositum scz hanc lunam singularez ergo ꝛc. Tertia ratio est vniuersale quandoq; saluatur in pluribus vt homo. quandoq; in vno tantum vt sol ꝛ luna. sed omnis est dispositio vniuersalis. ergo aliquando exigit vnum appellatū ꝛ aliquando plura. Quarta rō est ꝙ forma nūq; excedit materiam nec econtra. sed vniuersale est forma suorum singularium ꝛ ipsa sunt materia eius. ergo vniuersale non excedit sua indiuidua nec exceditur ab eis et per consequens cum hoc signum omnis dicit adequationem vniuersalis cum omnibus suis indiuiduis. sequitur ꝙ hoc signum omnis dicendo omnis sol lucet non exigit nisi vnum appellatum. Ex quibus sequitur ꝙ si addatur termino cōmuni habēti plura supposita tunc exigit tria supposita. si vero addatur termino habenti vnum tunc non exigit nisi vnum.

Sciendum est tercio ꝙ aliqui aliter probant ꝙ omnis nō exigit tria appellata. Primo sic. hec est vera omnis sol est lucidissimus planeta cum ibi predicetur passio de subiecto suo. ꝛ tamen sol non habet nisi vnum appellatum ergo ꝛc. Secundo sic. hec est vera omnis fenix non est asinus ꝛ tamen fenix nō habet nisi vnum appellatum ergo ꝛc. antecedens patet quia sua contradictoria est falsa scilicz aliquis fenix est asinus. Tertio probatur nullꝰ nō exigit tria appellata ergo nec omnis. consequētia patet quia omnis ꝛ nullus sunt cōtraria. mō contraria habent fieri circa idem ergo ꝛc. Et cō firmatur quia cuilibet propositioni ō hoc signo nullus correspondet vel potest equipollere aliqua de hoc signo omnis ꝛ econtra. Sed ꝙ nullꝰ non exigat tria appellata probatur quia hec est vera nullus fenix est asinus cuz eius conuertēs simpliciter sit vera scz nullus asinus est fenix igitur non exigit tria appellata. Quibus positis respondetur ad rationes antiquorum. Ad primam cum dicitur omnis perfectio est in tribus. Dicitur ꝙ hoc oportet sic intelligi. nihil est perfectum nisi habeat tria appellata scilz virtutem

substantiam ꝛ operationes.ꝛ sic nihil dicitur omne nisi habeat tria appellata.tamen cuꝫ hoc stat ꝙ omnis potest addi termino non habenti nisi vnum suppositum. hec enim semper habet tria scꝫ substantiã virtutem ꝛ operationem. Ad aliã respondetur ꝙ omnis in plurali numero vult habere tria appellata vt in pluribus videbitur.nõ autem in singulari.Et ratio huius est quia terminus cõmunis in singulari numero significat ipsam speciem sꝫm se que predicabilis est de pluribus.et in plurali numero significat naturam cõmunem non sꝫm se sed multiplicatam in plura in diuidua.ꝛ ideo in singulari numero exigit essentiam solam aptam nataꝫ predicari de pluribus.

Unde ad maiorem declarationem predictorũ est hec difficultas soluenda.vtruꝫ de tribꝰ possumus dicere omnis vel omne. Pro solutione videndum est quid requiratur ad veritatem propositionis vniuersalis.Et sic respõdetur ponendo duas propositiones. Prima est omnis propositio affirmatiua vniuersalis de hoc signo omnis in singulari numero tenta debet exponi per vnam copulatiuaꝫ cuius prima pars affirmatur de aliquo determinato supposito.ꝛ in secũda affirmatur non esse aliquod suppositus subiecti de quo non verificetur predicatum.vt hic omnis sol lucet.sic enim solet exponi.ille sol lucet ꝛ nõ est aliquis sol qui non luceat ergo ꝛc. Secunda propositio omnis propositio vniuersalis affirmatiua de hoc signo omnis pluraliter ꝛ distributiue sumpto debet exponi per vnam copulatiuam habentem tres partes.in quaruꝫ prima affirmatur predicatum de aliquo determinato supposito ꝛ in secunda de vno alio eiusdem subiecti ꝛ in tertia denotat non esse aliquod suppositus de quo non verificatur predicatum.vt in ista omnes homines currunt sic exponitur.ille homo currit ꝛ ille homo currit ꝛ non est aliquis homo qui nõ currat:igitur. Ex quo sequitur ꝙ õ duobus si non sint plures possumus dicere omnes nec de necessitate requiritur ꝙ sint tres. Philosophus autem in primo de celo et mundo voluit habere ꝙ de duobꝰ melius ꝛ determinatius dicitur ambo vel ambos q̃ omnis vel omnes ꝛ hoc ẽ veruꝫ non tamen voluit ꝙ nullo modo de duobus possemus dicere omne vel omnis. Ex his omnibus patet ꝙ illi male soluunt hoc sophisma omnis fenix est qui dicunt ipsum esse falsum eo ꝙ omnis exigit tria appellata. Secundo sequitur ꝙ illud sophisma est verum eo ꝙ est vniuersalis cuius nec aliqua singularis nec aliqua exponens est falsa ergo ꝛc.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. plus requiritur ad verificandum propositionem vniuersalem q̃ particularẽ sed ad particularem requiritur existentia vnius suppositi. ergo ad veritatem vniuersalis plura requiruntur. Secundo arguitur sic.omnis denotat terminũ cui additur supponere pro pluribus.ergo si talis terminus non habeat actualiter plura suppositа hec propositio erit falsa.

Tertio arguitur sic.si omnis nõ exigeret tria appellata tunc posset addi termino singulari sicut termino cõmuni non habenti nisi vnum suppositum.sed hoc est falsum ergo ꝛc. Quarto arguitur sic.quandoꝫ terminus communis supponit pro non existentibus in propositione vniuersali vt in ista omne enunciabile est complexum.ergo antiqui bene dicunt ꝙ potest fieri descensus ad suppositа non existentia.

Ad rationes. Ad primã

dicitur ꝙ negetur maior si intelligatur vniuersaliter:tamen bene conceditur in habentibus plura suppositа. Ad secundam dicitur ꝙ omnis non denotat simpliciter terminum cõmuneꝫ cui additur supponere pro pluribus nisi ex sua suppositione habeat plura suppositа. Ad tertiam negetur consequentia quia termino cõmuni non repugnat ex modo sue impositionis habere plura suppositа quãuis nõ habeat nisi vnum actu.non autem sic est de termino singulari. Ad quartam dicitur ꝙ terminus communis cuius forma potest saluaritam in existẽtibus q̃ in non existentibus potest distribui pro non existentibus.sicut patet in termino ampliato.non autem terminus cuius forma saluatur tñ in rebus existentibus.quia in talibus eadẽ sunt suppositа presentia ꝛ existentia.

Secundum predicta queritur de hoc sophismate. Omnis homo est ꝛ quodlibet differens ab illo est nõ homo.

Probatio hec est vna copulatiua cuius vtraq̃ pars est vera. ergo ipsa est vera. Improbatio: omnis homo est ꝛ quodlibet differens ab eo est non homo. sortes est homo.ergo quodlibet differẽs a sorte est non homo quod est falsum. quia hec est vna copulatiua cuius altera pars est falsa.ergo ipsa tota est falsa. So

lutio prima est simpliciter vera ꝛ improbatio peccat penes fallaciam consequentis. quia differens ab omni homine in min9 est q̄ differens a sorte. quia differens ab omni homine supponit solus pro alijs rebus ab homine. sed differens a sorte supponit pro eisdem et etiam pro alijs hominibus a sorte. vnde bene sequitur differens ab omni homine. ergo differens a sorte ꝛ est locus a parte subiectiua ad suum totum. sed si huic propositioni differens ab omni homine apponatur signum eri tp cessus ab inferiori ad superius cum distributione. et sic incidit fallacia consequētis in improbatione scōm vnum processum quia duplex est processus in improbatione. quia bene sequitur omnis homo est ergo sortes est ꝛ est locus a toto in quantitate sed non sequitur hoc est differens ab omni homine. ergo differens a sorte sed est fallacia consequentis sicut hic. omnis homo est ergo omne animal ē.

Item queritur de hoc sophismate. Omnis homo ꝛ alius homo sunt. Probatio. sortes ꝛ alius homo sunt. plato ꝛ alius homo sunt. ꝛ sic de alijs. ergo omnis homo et alius homo sunt. Improbatio alius est relatiuū diuersitatis substātie. ergo supponit pro diuerso ab homine sed non est alius homo ab omni homine. ergo prima est falsa Solutio. prima est simpliciter falsa ꝛ probatio peccat ꝑm fallaciam figure dictionis a pluribus determinatis suppositionibus ad vnam determinatam. quia iste terminus alius habet determinatam suppositionem in premissis ꝛ in conclusione.

Item probatio peccat ꝑm fallaciaz accidentis. quia licet sortes ꝛ plato ꝛ sic de alijs inferāt omnem hominem ꝑm se. non tamen sub hac copulatione que est omnis ꝛ alius homo sunt. vt cum dicitur omnis homo ꝛ alius homo sunt. sicut cognosco corusco ꝑm se non tamen sub hoc accidente quod est venire. Vnde talis datur regula. quocienscunq; aliud sequitur siue conuersim siue non si aliquid conueniat vni quod non conueniat alteri. et per illud cui conuenit inferatur de eo cui nō cōuenit semper est fallacia accidentis. verbi gracia homo est. ergo substantia est. ꝛ species cōuenit homini ꝛ non substantie.

ideo si per hominem inferatur species de substantia ē fallacia accidentis vt homo est species ergo substantia est species. similiter hic risibile est proprium ergo homo est proprium. horum autem que consequuntur quedam consequuntur conuersim. vt homo et risibile. alia non vt homo et substantia. Dicto de hoc sophismate restat dicere ō isto. Omnis homo ē omnis hō Probatio. sortes est sortes. plato est plato et sic de alijs. ergo omnis homo est omnis homo. Et vt vult Boecius nulla propositio ē verior illa in qua predicatur idem de seipso. sed sic est hic. quia omnis homo predicatur ō omni homine. ergo nulla est verior ista et per ꝫsequēs est vera. Improbatio. sua contradictoria est vera scz illa quidam homo non ē omnis homo ergo ipa ē falsa. Item ad idez omnis homo est omnis homo. sed sortes ē homo. ergo sortes est omnis homo. silogismus est in darij. cōclusio est falsa. ergo aliqua premissaruz. non minor ergo maior. ꝫ maior est sophisma ergo est falsuz. Solutio prima ē simpliciter falsa z probatio peccat ꝑm cōsequens ab insufficienti enumeratione singularium quia cum illis quas assumit debet sumere has a pte subiecti. sortes est omnis homo plato est omnis homo. et etiam istas a parte predicati. omnis homo est sortes. omnis homo est plato z sic de alijs quas dimittit. z sic peccat ꝑm cōsequēs ab insufficienti enumeratione singularum. Ad aliud dicitur q ibi idem non predicatur de seipso sed p̄dicatur omnis homo ō homine sumpto pro qualibet sui parte.

Circa predicta queritur de hoc sophismate omnis homo z quodlibet differens ab eo nō est Circa hunc textum notandum est primo q autor circa hoc signum omnis mouet tria sophismata Primum est omnis homo est et quodlibet differens ab eo est nō homo. Quod probatur sic. q hec est vna copulatiua cuius quelibet pars ē vera ergo sophisma ẽst verum. Improbatur sic bene sequitur omnis homo est z quodlibz differēs ab eo est non homo. ergo sortes est et quodlibet differens ab eo est nō homo puta a sorte. sed hꝰ est falsum quia altera pars illius copulatiue est falsa scz hec quodlibet differens a sorte est non homo ergo sophisma est falsum. Ad sophisma ꝫꝰ autorem respondetur in hoc passu q sophisma est verum. Et pro solutione huius sophismatis supponit q differens ab homine est minꝰ commune q differens a sorte. quia differens ab homine supponit tantum pro alijs rebus ab homine. sed differens a sorte supponit pro eisdem z pro omnibus hominibus alijs a sorte. Ex quo patet q ista consequentia non valet differens ab homine est non homo. ergo differens a sorte est non homo. Sed ad improbationez dicitur ponendo signum distributiuum ad vtrūqz ideo cō mittitur fallacia consequentis arguendo ab inferiori ad superius cum distributione vtriusqz. Sunt enim duo processus quorum primus ē bonus scz iste omnis homo est ergo sortes est. Secundus vero est malus quando infertur z quodlibet differens a sorte est non homo. Sed ad maiorem informationez p̄dictorum posset queri

vtruꝫ ille due ꝓpositiones equiualent. omnis hō ē ꝛ qōlibet differēs ab eo est nō hō. ꝛ omnis homo est ꝛ quodlibꝫ differens ab omni homine est nō homo. Solutio huius ponitur per hoc ꝙ relatiuum differens includit negationem ꝛ habꝫ virtutem distribuendi terminum ab eo rectū mediante ista ꝓpositione a vel ab. ꝛ hoc clare patebit infra. Ultra dicitur ꝙ relatiuum ydemptitatis substantie non reciꝓrocꝫ sicut sunt ille ipe iste hic et is referunt suum antecedens cum sua dispositione. i. si antecedens sit distributum relatiuum erit distributum ꝛ econtra. ita ꝙ impossibile est tale relatiuum distribui per quodcunqꝫ distributiuum sibi additꝫ seu distribuibile nisi antecedente prius distributo. ꝛ hoc patet ex tractatu de relatiuis. Ulterius additur ꝙ loco relatiui ydemptitatis substantie nō reciꝓroci nō sem per licet ponere suum antecedens cuꝫ sua distributione. quia si aliquod distributiuum precederet ipsum relatiuum ꝛ loco relatiui ponatur suū antecedens cum suo distributiuo tunc in illo antecedente essent duo distributiua quoꝝ vnum impediret aliud. ꝛ per consequens non suppone ret eodem modo sicut relatiuum supponebat.

Ex quo patet ꝙ hoc relatiuum eo in sophismate positum supponit confuse ꝛ distributiue sicut suum antecedens. nec impeditur eius distributio per negationem inclusam in hoc relatiuo differens. Secundo sequitur ꝙ in hac ꝓpositione omnis homo ꝛ quodlibet differens ab omni homine est non homo. iste terminus homine non distribuitur sed supponit confuse tantum. Patꝫ quia ibi ponuntur duo signa distributiua cadēcia super ipsum quoꝝ quodlibet natum est ꝑ se distribuere ipsum ꝛ sic manet indistributum. ꝛ est sensus omnis homo est ꝛ quodlibet differens ab aliquo homine est non homo. ꝛ hec est falsa. Quāuis autor videatur dicere oppositum tamē intentio eius est ꝙ sit falsa quia ipse nonduꝫ determinauit de istis dictionibus differt ꝛ diuersuꝫ ideo vtitur ipsis ac si non haberent virtutem distribuendi. Ex quo concluditur ꝙ ille non sunt eedem ꝓpositiones omnis homo est ꝛ quodlibet differens ab eo est non homo. ꝛ omnis hō ē et quodlibet differens ab omni homine est non homo. vt patet ex dictis ꝛ sic relinquitur sophisma verum.

Sciendū est secundo ꝙ

secunduꝫ sophisma est istud. omnis homo ꝛ aliꝰ homo sunt. Quod ꝓbatur sic. sortes et alius homo sunt. plato ꝛ aliꝰ homo sunt ꝛ sic de aliis ergo omnis homo ꝛ alius homo sunt. Imꝓbatur sic. hoc relatiuum alius est relatiuum diuersitatis. ergo in illo sophismate supponit ꝓ diuerso ab omni homine. sed homo alius ab omni homine non est homo. quia nullus ē talis gꝰ sophisma est falsum. Ad sophisma respondet autor ꝙ simpliciter est falsum vt patet per impꝛobationem. Et ad ꝓbationem dicitur ꝙ peccat dupliciter. Primo modo penes fallaciam figure dictionis eo ꝙ arguitur a pluribus determinat] ad vnam determinatam. nam iste terminus aliꝰ homo in qualibet premissarum supponit determinate ꝓ diuersis. ꝛ in consequente habet vnā determinatam suppositionem tantū. ideo ibi cōmittitur fallacia predicta arguendo a pluribus determinatis ad vnam determinatam. Secundo peccat penes fallaciam accidentis quia quāuis sortes ꝛ plato ꝛ sic de aliis inferant omnem hominem per se: non tamen sub hac copulatione ꝛ alius homo sunt. Et hoc declaratur in textu per vnam regulam que talis est. Quocienscunqꝫ sequitur aliquid ad aliud siue conuertibiliter siue non si aliquid vni conueniat ita ꝙ non alteri ea parte qua differt ab altero vnum non infert reliquum sicut videbatur inferre ea parte qua conuenunt tunc est fallacia accidentis sicut hic bene sequitur homo est. ergo substantia est. ꝛ si per illud per quod differunt inferatur sic homo est species ergo substātia est species. est fallacia accidentis. Eodem modo diceretur de his que conuertibiliter se habent.

Sciendum est tercio ꝙ

tertium sophisma est. omnis homo est omnis homo. Quod ꝓbatur sic. sortes est sortes. plato est plato ꝛ sic de aliis. ergo omnis homo est omnis homo. Secundo sic. nulla propositio est verioꝛ illa in qua idem predicatur de seipso. sed sic est in illo sophismate ergo sophisma verum. Imꝓbatur sic. sua contradictoria est vera scz hec. quidaꝫ homo non est omnis homo ergo sophisma est falsum. Ad sophisma respondet autor ꝙ est simpliciter falsum. Et ad ꝓbationē dicit ꝙ est fallacia accidentis ꝛ proceditur ab insufficienti inductione. quando enim est] inductio idem predicatum debet dici de singularibus qō predicatur de toto in quantitate. ideo debet sic dici sortes est omnis homo. plato est omnis homo ꝛ sic de aliis. ergo omnis homo ē omnis hō ꝛ sic erit sufficiens inductio sed singulares erūt falsē. Ad secundam ꝓbationem negetur ꝙ idē predicetur de seipso imo predicatur hoc totum omnis homo de homine sumpto ꝓ quolibet supposito ꝛ sic in predicta propositione vniuersali affirmatiua predicatur vniuersale vniuersaliter sumptum ꝓpter qō omnis propositio talis est falsa patet per philosophuꝫ in primo peryarmenias. Et notanter dicitur affirmatiua quia potest esse aliqua negatiua vera in qua predicatur vniuersale vniuersaliter sumptum. vt in illa nullus homo est omnis homo. Sed si subiectuꝫ haberet tantū vnum suppositum tunc illa propoſi

tio adhuc posset admitti vt ista ois sol ē ois sol.

Sed de hoc signo omnis et similibus restant soluende alique difficultates. Prima est vtrum hoc signum omnis vel sibi equiualens additus alicui complexo ex recto et obliquo recto precedente distribuat tam rectum q̄ obliquum. Ad hoc respondetur per duas regulas. Prima est quocienscunq; est aliquod complexum ex recto z obliquo recto precedente obliquum immediate tunc signum vniuersale distribuit tam rectus q̄ obliquum. Ex quo sequitur q̄ hoc sophisma ē falsum z similia. omne individuum alicuius speciei est asin⁹. quod patet quia bene sequitur omne individuus alicuius speciei est asinus. sortes est individuum alicuius speciei. ergo sortes ē asinus. Secundo sequitur q̄ hec consequentia nō valet omne individuum huius speciei est asin⁹. ergo omne individuum alicuius speciei est asin⁹. eo q̄ arguitur ab inferiori ad superius cuius distributione superioris. Ex his similiter patet solutō illorum sophismatum quelibet singularis alicuius vniuersalis est vera. quelibet manus alicui⁹ hominis est dextra. sunt autem illa sophismata falsa. Et similiter de illo omnis asinus hominis currit supposito q̄ asinus hominis currat z quilibet asinus aliorum hominum quiescat. nō enim valet consequentia omnis asinus sortis currit. ergo omnis asinus hominis currit. quia homo distribuitur vt patet per regulam. Secunda regula est si obliquus precedat rectum in aliqua propositione tunc hoc signum omnis vel sibi equiualens distribuit obliquum z non distribuit rectum. vt patet in illis propositionibus cuiuslibet hominis asinus currit. si enim hoc totum hominis asinus distribuatur tunc ille silogismus bene valet cuiuslibet hominis asinus currit sortes est homo ergo sortis asinus currit. qō tamē est contra philosophum in primo priorum. Ex quo patet q̄ tale sophisma est verum posito casu q̄ quilibet homo habeat duos asinos quorū vnus currat z alius non. Nec valet illa consequētia cuiuslibet hominis asinus currit. brunellus est asinus hominis ergo brunellus currit. hoc autem prouenit ex eo q̄ a parte illius termini asinus non distributi aliquid subsumitur. Ex quo patet q̄ casu retento ille non sunt contrarie cuiuslibet hominis asinus currit z cuiuslibet hominis asinus non currit. nec ille sunt contradictorie cuiuslibet hominis asinus currit et alicui⁹ hominis asinus non currit. hoc patet quia omnes ille possunt esse vere eo q̄ asinus ibi non distribuitur. Est enim in talibus propositionib⁹ duplex subiectum. quoddam est subiectum enunciationis de quo enunciatur predicatum z ex parte illius tales propositiones sunt indefinite. Aliud est subiectum distributionis super quod cadit distributio. z ex parte eius propositio est vniuersalis z potest esse maior in silogismo prime figure et debet semper fieri subsumptio sub illo termino distributo vt patet in silogismo imperfecto. Et potest similiter dubitare vtrum hoc signum omnis additum toti disiuncto distribuat totum disiunctum vel partem ei⁹. Posset etiaz queri de toto conditionato et de toto copulato. Sed de his z multis aliis videbitur in sincathegoreumatibus.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. risibile est differens ab omni homine z tamen non est non homo ergo secunda pars copulatiue in primo sophismate est falsa z per consequens sophisma est falsum.

Secundo arguitur sic. sortes nō est nō homo et tamen differt ab omni homine. quod probatur quia sortes non est omnis homo ergo est differens ab omni homine. quia ille sunt exponentes illius sortes differt ab omni homine ergo sophisma est falsum. Tertio arguitur sic. omnis homo z homo pictus sunt. sed homo pictus est alius ab homine. ergo omnis homo et alius homo sunt. Quarto arguitur sic. aliquis homo est omnis homo. z qua ratione est omnis homo eadez ratione omnis homo est omnis hō ergo tertium sophisma est verum. antecedens patet quia aliquis homo est sortes z sic de aliis. ergo aliquis homo est omnis homo.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ risibile quantum ad significationez et rationez eius formalem est differens ab homine sed non quantum ad suppositionem quia eadez sunt z eq̄lia supposita hominis et risibilis ideo risibile non est non homo. Ad secundam dicitur q̄ licet sortes non sit omnis homo tamē non sequitur q̄ sit differens ab homine. quia in illa sortes non est omnis homo. ibi homo nō distribuitur eo q̄ negatio precedens signum remouet eius distributionem. sed in illa est differens ab omni homine ibi homo distribuitur. et sic arguitur a non distributo ad distributum z cōmittitur fallacia consequentis. Utrum autez hec sit vera sortes differt ab omni homine visum est prius. quia non est eadez cum ista sortes differt ab homine. Ad tertiam dicitur negando consequentiam quia quāuis homo pictus sit alius ab homine. tamen quando homo per se ponitur stat pro principali significato scz pro viuis ideo suum relatiuum solum refert ipsum pro viuis.

Ad quartam negetur consequentia quia ibi cōmittitur fallacia figure dictionis arguendo a pluribus determinatis ad vnam determinatā ideo deberet sic argui aliquis homo est sortes z aliquis idem homo est plato z sic de aliis. ergo aliquis homo est omnis homo.

Equitur de hoc signo nullus quod significat quoniam vniuersaliter negatiue. Unde significat idem sicut hoc signum omnis cuz negatione postposita. ⁊ ideo omnis non ⁊ nullus equipollẽt

De hoc signo nullus talis datur regula. Quocienscũqz hoc signum nullus adiungitur immediate termino communi confundit ipsum mobiliter ⁊ distributiue. similiter terminum communem sibi adunctum mediate vt nullus homo est asinus. vnde potest fieri descensus sub subiecto sic. ergo sortes non est asinus nec plato et sic de alijs. et etiam sub predicato. Secundum predicta queritur de hoc sophismate. nullus homo est omnis homo. Probatur sic. sortes nõ est omnis homo. plato non est ois hõ et sic de alijs. ergo prima est vera. vel sic sua contradictoria est falsa scz ista quidam homo est omnis homo ergo est vera. Contra ibi predicatur oppositum de opposito. ergo locutio est falsa. Solutio. prima est vera. et ad improbationem respondetur per interemptionem. quia ibi non predicatur oppositum de opposito scz removetur omnis homo ab homine sumpto pro quolibet suo supposito. et hoc est verum

Circa hunc textum notandum ẽ primo q̃ post ℔ autor determinauit ō hoc signo omnis quod significat quandoqz vniuersaliter ⁊ affirmatiue consequenter determinat de hoc signo nullus quod significat quandoqz vniuersaliter ⁊ negatiue. Et primo determinat de eius significatione dicens q̃ nullus significat idem qđ omnis post posita negatione. Nullus enim ⁊ omnis non totaliter idem significant. quod patet quia nullus significat idem qđ non vllus. sed non vllus et omnis non idem significant ergo ⁊c. Consequenter est notandum q̃ autor de hoc signo nullus dat talem regulam. Omnis terminus cõmunis mediate vel immediate sequens hoc signuz nullus confunditur mobiliter distributiue ⁊ supponit confuse ⁊ distributiue. Ex quo sequitur q̃ potest fieri descensus a parte vtriusqz extremi. vt in ista nullus homo est asinus. sequitur enim bene nullus homo est asinus ergo sortes nõ est asinus et plato non est asinus ⁊c. Et sub predicato sic fit descensus. nullus homo ẽ asinus g? nullus homo est brunellus et fauellus et sic de alijs asinis. Ex quo sequitur q̃ tales propositiones conuertuntur simpliciter vt ista null⁹ hõ est asinus conuertitur in istam nullus asinus est homo ⁊ sic de similibus. Consequenter autor monet hoc sophisma: nullus homo est omnis homo. Quod probatur sic. sortes non est omnis homo plato non est omnis homo ⁊ sic de alijs. ergo nullus homo ẽ omnis hõ. Secũdo sic contraria eius est falsa scz hec omnis homo est omnis homo vt prius visum est. ergo ipsa est vera. Improbatur sic. ibi predicatur oppositum de opposito ergo sophisma est falsum. Ad sophisma respondet autor dicens q̃ est simpliciter verum. Et ad improbationem eius respondetur negando antecedens scilz q̃ ibi predicetur oppositum de opposito. sed removetur hoc predicatuz omnis homo ab homine sumpto pro eius suppositis.

Sciendũ est secundo q̃ circa predicta sunt alique difficultates. Prima est vtrum hoc signum nullus precise idem significet negatiue quod omnis significat affirmatiue. Ad quã difficultatez dicitur primo q̃ hoc signum nullus non differt ab hoc signo omnis in significatõne principali. nisi in hoc q̃ hoc signũ omnis significat quandoqz vniuersaliter affirmatiue: nullus vero quandoqz vniuersaliter negatiue. Secundo dicitur q̃ ista duo signa multuz differunt in modo significandi. quia omnis

distribuit pro masculinis ⁊ femininis indifferenter. sed nullus distribuit tantum pro masculinis Ex quo sequitur ꝙ omnis nō restringit terminus quoad significationem. sed nullus bene restringit terminum cui adiungitur in rigore sermonis quoad consignificationem. Sequitur secundo ꝙ iste non contrariantur omnis homo currit. et nullus homo currit. nec iste contradictoriantur omnis homo currit ⁊ quidam homo non currit Ex quo patet ꝙ de rigore sermonis non equipollent nullus homo currit ⁊ omnis homo non currit. sed cōmuniter tales propositiones recipiuntur vt contrarie vel cōtradictorie vel equipollentes. Et si hoc signum nullus absoluatur a genere tunc non plus restringit terminum cui adiungitur ꝙ hoc signum omnis. Unde absolui a genere est non significare rem suam sub aliquo determinato genere. Et ꝙ hoc possit fieri patet quia genus est modus significandi accidentalis nominis ideo quodlibet nomen a suo genere absolui potest et sic ꝓpositiōes prius posite ex eis sunt alique contrarie et alique contradictorie et alique equipollentes. Et hoc modo vtitur autor de istis signis ⁊ sibi equivalentibus quantus ad oppositiones et equipollentias. et ita debet dici qualiter ista signa absoluuntur a genere.

Sciendum est tercio ꝙ

secunda difficultas est vtrum hoc signum nullꝰ vnica virtute seu distributione distribuat terminum cōmunem tam sequentem mediate ꝙ immediate. Pro solutione supponitur ꝙ quāuis hoc signum nullus sit vnum sꝫ substantiam tamen est duplex sꝫ virtutem quia vt dictum est nullꝰ significat idem qđ omnis non. ⁊ sic in sua significatione includit duo significata scz hoc signus omnis. et hanc negationem non. Dicitur gꝰ primo ꝙ terminus cōmunis sequens hoc signum nullus mediate vel immediate non semper distribuitur vt patet si dicatur nullus homo currit et asinus est animal. ibi iste terminus asinus sequitur mediate hoc signus nullus tamen non distribuitur. Patet secūdo quia si dicatur nullus hō est omnis homo. ibi homo in predicato non distribuitur. quia ibi cadunt duo signa se inuicem impedientia supra eundem terminum. Ad hꝰ enim ꝙ terminus cōmunis mediate vel immediate sequens hoc signus nullus distribuatur per ipsum due conditiones requiruntur. Prima est ꝙ ille terminus ponatur in eadem cathegorica cum hoc signo nullus. Secunda est ꝙ hoc signū nullus non impediatur per aliquod aliud distributiuum. Et sic dicitur ad difficultatem ꝙ non eadem virtute seu distributione hoc signum nullus distribuit terminum communem mediate sequentem ⁊ immediate sequentem sed duabus rationibus. distribuit enim terminum immediate sequentem inquantum est signum vniuersale. sꝫ distribuit terminum cōmunem mediate sequentem inquantum est includens negationem. Ex omnibus predictis patꝫ ꝙ ista sophismata sunt vera nullus homo est nullus homo nullus homo est nullum animal. Primum enim equipollet huic oīs homo est aliquis hō. et secundum huic omnis homo est quoddam animal. Consequēter autor mouet hanc difficultatem in qua materia scz est ista nullus homo est oīs hō ⁊ ista omnis homo est omnis homo. Ad hoc respondent aliqui ꝙ sunt in materia contingenti eo ꝙ possibile est ꝙ non sit nisi vnus homo ⁊ tunc ista essꝫ vera omnis homo est omnis homo et ista falsa nullus homo est oīs hō. Dicitur tamen ꝙ est in materia remota omnis homo ē omnis homo eo ꝙ predicatum nullo modo potest conuenire subiecto. si enim non esset nisi vnus homo puta sortes tunc hec esset vera sortes ē omnis homo cuꝫ ipsa sit necessaria. ⁊ ideo ista prima nunꝯ potest esse vera.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. in hac propositōne nullus homo est omnis homo iste terminus homo mediate sequitur hoc signum nullus ⁊ tamen non supponit confuse ⁊ distributiue. ergo ⁊c. Secundo arguitur sic. hoc signus nullus est signū vniuersale. ergo est dispositio subiecti ⁊ nō predicati ⁊ sic non potest distribuere terminus a parte post positum. Tertio arguitur sic. bene sequitur nullus homo ē omnis homo. ergo nullus homo est sortes sed consequens est falsum ergo ⁊ antecedens. consequentia patet quia arguitur a toto in quantitate ad suam partem.

Quarto arguitur sic. conuertēs sophismatis est falsa scz aliquis homo non est homo. ergo sophisma est falsum.

Ad rationes. Ad primā

dicitur ꝙ iste terminus homo a parte predicati positus nō distribuitur ab hoc signo nullus eo ꝙ impeditur per hoc signum omnis cui immediate additur. Ad secundam dicitur ꝙ signū vniuersale semper est dispositio subiecti inquantum est subiectum. sed inquantum importat negationem bene potest agere in predicatum quāuis hoc non habeat ratione signi. Ad tertiam dicitur ꝙ ibi non arguitur per locum a toto in quantitate. quando enim preponitur negatio huic signo omnis non amplius habet rationem totius in quantitate. Ad quartam dicitur ꝙ illa debet sic conuerti per accidens nullus homo est omnis hō. ergo aliquid qđ est omnis homo non est homo. ⁊ illa est vera ⁊ sua conuertens similiter est; ista nihil quod ē omnis homo est homo.

Equitur de hoc signo nihil quod significat idem quod nullus. sed includit in se terminum recipientem suam distributionem. q̄ nihil est signum vniuersale cuz negatione ⁊ res est terminus recipiens eius distributionem.

Secunduz predicta queritur de hoc sophismate. nihil vidēs est aliquid videns. Probatur sic. non hanc rem videns est aliquid videns. quia non videns sortem est videns platonez. nō illam rem videns est aliquid videns ⁊ sic de alijs. ergo nihil videns est aliquid videns. ergo prima est vera. Contra ibi predicatur oppositum de opposito. ergo locutio est falsa. Quidam distingunt. nihil videns ē aliquid videns eo q̄ hec dictio nihil potest esse accusatiui casus. ⁊ est sensus nullam rem videns est aliquid videns. ⁊ sm hoc ponunt amphibologiaz ex parte casus sed hoc non soluit quia in vtro q̄ sensu est falsa. Sed alij distingunt hanc iterum nihil videns. eo q̄ negatio in hoc termino nihil potest negare participium primo positum. ⁊ est sensus nullam rem videns est aliquid videns ⁊ sic est diuisa. vel potest negare hoc verbum est ⁊ tunc est sensus quamlibet rem videns non est aliquid videns ⁊ sic est composita. sed hoc non soluit quia in vtro q̄ sensu ē falsa. cum opposita ponantur circa idem. Solutio. dicendum est q̄ prima simpliciter est falsa et probatio peccat contra fallaciam figure dictionis a pluribus determinatis ad vnaz determinatam huius termini videns. quia in premissis habet suppositionem determinatam. ⁊ in ꝯclusione similiter. vel peccat scōm fallaciam accidentis. quia quāuis videre cōmunicatur omnibus sm se. non tamen sm q̄ vniūtur in hoc toto nihil videns. Unde totum accidit parti. ⁊ esse videns aliquid assignatur inesse vtriq̄. Sciendum est q̄ omnes premisse sunt duplices. quia negatio potest determinare verbum vel participium vt dictum est prius. vnde antiqui posuerunt premissas esse duplices propter talez regulam quam dabant. quociens cunq̄ negatio ⁊ distributio includuntur in vno termino ad

quodcunq; refertur vnū ad idē referr̄ ⁊ reliquū. vnde cuius distributio posita in obliquo nō posit in predicta oratione attingere verbum ita neq; negatio. Item idem est iudiciū de istis sophismatibus. nullum caput habens est aliquod caput habens. a nullo homine differens est. ab aliquo homine differens est ⁊ cetera.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ cō sequenter autor determinat de hoc signo nihil quod in significatione eius includit hoc signum nullus. Et primo ostendit eius significationem dicens q̄ hoc signum nihil includit hoc signum nullus cum termino suscipiente eius distributionem. nihil enim valet tantum sicut nulla res vel nullum ens. ⁊ sic includit in se signum distributi num ⁊ terminus sue distributionis. Ex quo satis patet q̄ hoc signum nihil includit tria in se. Primum est distributio per quod conuenit cum hoc signo omnis. Secundum est negatio per quod conuenit cum hoc signo nullus ⁊ differt ab hoc signo omnis. Tertium est terminus sue distributionis per quod differt ab vtroq;. Ex quo satis patet q̄ hoc signum nihil includit hoc signū nullus. ⁊ ideo sicut nullus habet virtutem distribuēdi terminum tam mediate q̄ immediate sequentem ita hoc signum nihil. Ex quo est aduertendum q̄ si hoc signum nihil resoluatur in signum vniuersale ⁊ negationem tunc signum vniuersale debet addi termino incluso in hoc signo nihil vt hec propositio nihil est homo debet sic resolui in hāc nulla res est homo. similiter hec nihil est chimera debet resolui in istam nulla res est chimera. Et ad maiorem noticiam predictorum habendam autor mouet hoc sophisma inquirēdo de veritate vel falsitate huius propositionis nihil videns est aliquid videns. Quod probatur sic non hanc rem videns est aliquid vidēs. quia non videns sortem est videns platonem ⁊ sic de alijs. ergo nullam rem videns est aliquid vidēs Improbatur sic. ibi predicatur oppositum de opposito. nam aliquid videns predicatur de eo qō est nihil videns. ergo sequitur q̄ sophisma ē falsum. Pro solutione huius sophismatis autor recitat triplicem solutionem. Quarum prima est quorundam antiquorum dicentium ipsum esse multiplex ſ3ᵒ amphibologiam. eo q̄ hec dictio nihil potest esse accusatiui casus et tunc sensus eius est nullam rem videns est aliquid videns. Vel potest esse nominatiui casus et tunc sensus est nulla res videns est aliquid videns. Sed hec distinctio non soluit sophisma q̄ ipsum in vtroq; sensu est falsum. Secūda solutio est aliorum antiquorum dicentium sophisma esse distinguendum penes compositionem vel diuisionem. eo q̄ negatio inclusa in hoc signo nihil potest cadere supra verbum vel supra participium. Si cadat supra verbum tunc sensus eius ē quālibet rem videns non est aliquid videns Si vero cadat supra participium tunc sensus eius est quamlibet rem non videns est aliquid vidēs sed adhuc isti non soluunt quia vterq; sensus ē falsus.

Sciendum est secundo

q̄ autor aliter soluit predictum sophisma dicēs q̄ est simpliciter falsum. eo q̄ est propositio inde finita equiualens huic nullam rem videns ē aliquid videns. quod est falsum. Et ad probationem respondet primo q̄ in ea committitur fallacia figure dictionis arguendo a pluribus determinatis ad vnam determinatam. eo q̄ in premissis hoc participium videns habet plures suppositiones determinatas respectu singularium huius termini nihil ⁊ in consequente non habet nisi vnam respectu totius. Unde ſ3ᵒ intentionem autoris argumentum equiualet huic. videns nō hanc rem est aliquid videns ⁊ videns non hanc rem est aliquid videns ⁊ sic de alijs. ergo non videns est aliquid videns. Secundo soluit autor idem sophisma dicens q̄ ibi est fallacia accidentis. quia aliquid videns stare potest cum premissis quia sunt particulares ſ3ᵒ se ⁊ non ſ3ᵒ q̄ vniuntur in isto toto nihil videns. ideo illud distributum accidit partibus. ⁊ sic aliquid videre assignatur vtriq; inesse ergo ⁊c. Tertio autor recitat vnam solutionem antiquorum dicentium premissas esse duplices ⁊ non conclusiones hec enim premissa non hanc rem videns est aliquid videns est duplex eo q̄ negatio potest ferri supra verbum tantum ⁊ sic est falsa ⁊ negatiua. ⁊ sensus eius est qō videns hanc rem non est aliquid videns. Vel negatio potest ferri ad participium ⁊ tūc ē affirmatiua ⁊ sensus ē rē nō videns ē aliquid vidēs. ⁊ eodē mō dicēdū ē ō alijs p̄missis. Si ablt capiantur premisse in primo sensu cō sequentia non valet eo q̄ arguitur ex negatiuis ad affirmatiuam. modo ex negatiua non sequitur affirmatiua. Similiter non sequitur in secun

do eo q̄ arguitur a pluribus determinatis ad vnam determinatam. Et si queratur quare oportet distinguere premissas ꝛ non conclusionem. Ad hoc respondetur q̄ causa est quia in conclusione negatio et distributio includuntur in eodem. sed distributio inclusa in hoc signo nihil non potest attingere predicatum ergo nec negatio inclusa in eodē obliquo. consequentia patet per regulam antiquorum que talis est. quā docunq; negatio ꝛ distributio includuntur in eadem dictione tunc ad quodcūq; refertur vnum ad idem refertur ꝛ reliquum. In premissis autem non est aliqua distributio sed negatio tantum ideo premisse sunt distinguende et non conclusio.

Sciendum est tercio q̄ ex predictis oriuntur alique difficultates. Prima est vtrum hoc signum nihil distribuat tam terminum sequentem mediate q̄ terminum in eo inclusum. Ad hoc respondetur q̄ omnis propositio in cuius subiecto ponitur hoc signum nihil est distinguēda eo q̄ negatio inclusa in eo potest esse negans vel infinitans. Si sit negans facit propositionem vniuersalem et distribuit terminum tam mediate q̄ imediate sequentem. Si vero talis negatio sit infinitans tunc facit propositionem indefinitam. ꝛ solum distribuit terminus in eo inclusum. Et per hoc patet solutio huius sophismatis nihil ꝛ chimera sunt fratres. Unde si talis negatio inclusa sit negans tunc sophisma est verū. ꝛ ē sensus nulla res ꝛ chimera sunt frēs ꝛ eius contradictoria est falsa scz ista aliqua res ꝛ chimera sunt fratres. Si vero negatio sit infinitans tunc sophisma est falsum ꝛ est vna indefinita cuius sensus est. nō ens ꝛ chimera sunt fratres quod est falsum. Et eodem modo diceretur de ista nihil ꝛ chimera sunt sorores. ꝛ de istis nihil ꝛ chimera sunt filij eorundem parētum. nihil ꝛ chimera sunt fratres carmelite. Secunda difficultas est vtrum hoc sophisma sit verum ex nihilo nihil fit. Ad hoc breuiter potest dici q̄ ipsum de rigore sermonis est falsum. quia equipollet huic propositioni ex quolibet aliquid fit. quod est falsum. Et si quis dicat q̄ philosophꝰ illam propositionem ponit in primo phisicorum Ad hoc respondetur q̄ per illam philosophus intelligit vnam aliam scz istam. nihil fit ex nihilo. vel istam omne quod fit ex aliquo subiecto presuppositio fit. et iste propositiones sunt vere naturaliter loquendo.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. hoc signū nihil significat quā doq; vniuersaliter ꝛ etiam significat terminum suscipientem eius distributionem vt patet in textu. ergo est dictio equiuoca. sed consequens est falsum ergo ꝛ antecedens. Secundo arguitur sic. nullum signum distributiuum potest esse subiectum enunciationis. sed nihil potest subici in oratione tanq̄ illud de quo enunciatur. ergo non est signum distributiuum. Tertio arguitur sic. dormiens est nihil videns ꝛ tamen est aliquid videns quia non est cecus. ergo sophisma est verum. Quarto arguitur sic. dicendo nullus homo currit. distributio huius signi nullus cadit supra subiectum et tamen negatio non fertur ad subiectum. ergo regula non est vera in qua dicitur q̄ quando distributio ꝛ negatio includuntur in eodem termino ad quodcunq; fertur vnum ad idem fertur ꝛ reliquum.

Ad rationes. Ad primā negetur consequentia quia non significat illa diuersis rationibus quod requiritur ad equiuocationem. Ad secundam dicitur q̄ hoc signum nihil includit terminum sue distributionis ratione cuius potest subici in enunciatione. non autem inquantum est signum distributiuum.

Ad tertiam dicitur q̄ si non videns neget habitum bene sequitur est cecus ergo non ē videns aliquid. sed si neget actum videndi tantum tunc non sequitur nō ē cecus ergo ē aliquid videns. quia illo modo non opponuntur priuatiue videns ꝛ cecus. Ad quartam dicitur q̄ in signis negatiuis distributio venit ratione negationis. ideo ad quodcūq; fertur distributio fertur etiam negatio. et ideo quāuis in illa propositione nullus homo ꝛc̄. non neget subiectum scōm se. negat tamen aliquid de subiecto pro quolibz eius suppositio distributo ꝛ hoc sufficit.

Sequitur de signis distributiuis duorum et talia sūt neuter ꝛ vter q̄. Et differūt a predictis quia omnis nullus ꝛ similia distribuunt pro omnibus idiuiduis termini cōmunis. scz vterq̄ ꝛ neuter distribuunt solum pro duobus per demonstrationez. vt vterq̄ istorum neuter istorum. Secunduz predicta queritur de hꝰ sophismate. ab vtroq̄ istorum enunciatum est verum posito q̄ sortes dicat deum esse. plato ve

ro dicat hominem esse animal. z ambo dicant simul hominem esse asinum. et illi duo demonstrantur per hoc pronomẽ istorum. Probatio. a sorte enunciatum est verum a platone enunciatum est verum. ergo ab vtroq; istorum enunciatum est verũ Contra. ab vtroq; enunciatum est verum. sed nihil enunciatuz est ab vtroq; istorum nisi hominem esse asinum. ergo hominez esse asinum est verum: quod est falsuz. Solutio. prima est vera z probatio peccat ꝑm fallaciaz accidentis. sicut habet̃ ab Aristotele hec propositio ponitur esse vera. omniuz contrariorum eadem est disciplina. et tamen nulla particularis disciplina ẽ omnium contrariorum sed disciplina cõmuniter sumpta. vnde hic est fallacia accidentis. omnium contrariorum eadez ẽ disciplina. sed nulla est disciplina nisi hec vel illa z sic de alijs ergo omnium contrariorũ hec eadem est disciplina vel ista qđ falsum est. Similiter hic. homo est species. z nullus homo est nisi sortes vel plato z sic de alijs ergo sortes est species vl̃ plato z sic đ alijs. et sic est fallacia accidentis in proposito quia hec dictio enunciatum est. z hec dictio verum tenetur pro ipso in cõmuni. z sic ab vtroq; istorum enunciatuz est veruz. vnde enũciatum non tenetur pro particulari enunciato ab vtroq;. vnde particulare enunciatum ab vtroq; accidit enunciato in cõmuni: sicut particulare inferi9 accidit suo superiori. et verum assiguatur vtriq; inesse. z appellatur superius hic omne quod est maius siue sit essentiale siue accidentale. Quidam tamen dicunt q; prima est simpliciter falsa. z dicunt q; enunciatuz accipitur pro particulari enunciato ab vtroq;. z similiter veruz pro particulari. z probatio peccat ꝑm fallaciam figure dictionis a pluribus đterminatis ad vnam determinatam huius termini enunciatum z huius termini verum. sed prima solutio melior est z subtilior.

Circa hunc textum notandum ẽ primo q; post q; autor determinauit đ signis distributiuis pluriuz. consequenter determinat de signis distributiuis duorum tantuz. Que in hoc conueniunt qz distribuũt ꝑ partib9 subiectiuis. Sed in hoc differunt quia disiunctiua pluriuz distribuunt terminũ cõmunẽ pro quolibet suo supposito.. alia vero distribuunt pro duobus. Sunt autez duplicia signa distributiua duoꝝ. nam quoddam ẽ affirmatiuum vt vterq;. alterum est negatiuuz vt neuter. Et circa ista signa distributiua duorum mouet autor hoc sophisma. Ab vtroq; istorum enunciatum est verum. posito casu q; sortes dicat deum esse. z plato dicat hominez esse animal et ambo dicant simul hominem esse asinuz. Tũc

probatur sophisma a sorte enunciatum est verū z a platone enunciatum est verum. ergo ab vtroq3 istorum enunciatum est verum. Improbatur sic. ab vtroq3 istorum enunciatuz est verum. sed hominem esse asinuz est enunciatum ab vtroq3 istorum. ergo hominez esse asinum est verum cō clusio est falsa ergo aliqua premissarum non minor ergo maior. Unde autor soluendo predictum sophisma dicit ipsum esse simpliciter veruz eo q est vna propositio vniuersalis affirmatiua cuius contradictoria est ista. ab altero istoz nullum enunciatuz est veruz. z nō ista ab altero istorum enunciatum nō est veruz. Habet enim sic resolui sophisma. vterq3 istorum est a quo enunciatum est verum. ergo aliquis a quo enunciatum est verum est alter istorum. z sic probatio sophismatis bene valet. Et improbatio eius peccat penes fallaciaz accidentis eo q in sophismate enūciatum stat pro enunciato in cōi z non pro enunciato in particulari ideo ē fallacia accidentis vt patet in textu. Unde sicut in hac propositione. omnium contrariorum eadez est disciplina locutio redditur vera non pro ista disciplina vel illa particulari. q3 nulla particularis disciplina est omniuz contrariorum: sz redditur vera pro disciplina in cōmuni z sic disciplina ibi supponit simpliciter: ita est similiter cum dicit ab vtroq3 istorum enunciatum est verum. enunciatum stat pro enunciato in cōmuni z non pro enunciato particulari ab vtroq3 istorum. vnde esse verum attribuitur enunciato ab vtroq3 istorum in cōmuni. z particulare enunciatum ab ambobus accidit tali enunciato in communi ideo cōmittitur fallacia accidentis.

Sciendum est secundo

q alij dicunt illud sophisma esse simpliciter falsum. z dicunt q enunciatum stat determinate p particulari enunciato ab vtroq3. et ideo in probatione eius est fallacia figure dictionis arguēdo a pluribus determinatis ad vnam determinatam ex parte huius termini enunciatum z etiam huius termini veruz. Sed vt habetur in textu prima solutio est melior z subtilior secūda. Ideo dicendum est q ly enunciatuz habet suppositionem determinataz in premissis. z in conclusione suppositionem simplicem. non tamen sic q nullo modo pro inferiori supponat sed q3 non stat pro inferiori determinato. reddit enim locutionē veram pro enunciato in cōmuni z non pro particulari z sic probatio tenet. Aliter tamen possz faciliter responderi ad improbationem dicendo q in ista est fallacia figure dictionis arguendo a suppositione simplici ad personalem distributiuam. eo q in ista ab vtroq3 istorum enunciatū est verum ibi enunciatuz supponit simpliciter vt dictuz ē. sed in minore cum dicitur nihil qō enunciatum est ab vtroq3 istorum est hoīnez esse asinum ibi enunciatuz supponit confuse z distributiue. Alij vero dicunt q improbatio peccat penes fallaciam consequentis arguendo a suppositione confusa tantum ad suppositionez confusam z distributiuaz. Tenendo tamen primā opinionem respondetur q non est inconueniens arguere a suppositione personali ad simplicē quādo terminus supponit simpliciter penes secundum gradum suppositionis simplicis sicut patet in sophismate.

Sciendum est tercio q

circa predicta incidunt alique difficultates. Prima est vtrum hoc signum vterq3 possit addi cuilibet termino cōmuni. Ad quam dicitur q si addatur termino cōmuni sine pronomine demonstratiuo locutio est impropria de virtute sermonis. quāuis de bonitate intelligentis talis locutio possit generare bonum sensum. Est enim hec impropria vterq3 homo currit. Secundo dicitur q hoc signum vterq3 requirit q suo distribuibili addatur pronomen demonstratiuum demonstrans tantū duo vel tria. z tunc locutio erit propria vt dicendo vterq3 istorum currit. vterq3 illorum ambulat. Secunda difficultas est vtrum ad hoc q propositio de hoc signo vterq3 sit ba requiratur q predicatum diuisim insit cuilibet pro quo subiectum distribuitur. Pro solutione duo supponuntur. Primum est q hoc pronomē istud potest teneri dupliciter. Uno modo diuisiue. alio modo collectiue. Dicitur autem diuisiue teneri quādo propositio in qua ponitur equipollet vni copulatiue vt hec isti currunt equipollet hute iste currit z iste currit. sed dicitur teneri collectiue quando ppositio in qua ponitur equipollet vni cathegorice de copulato extremo vt hec. isti sunt duo equipollet enim isti propositioni iste z iste sunt duo. Secundum quod supponitur est q a propositione in qua ponitur hoc signū vterq3 ad propositionem in qua ponitur istud pronomen iste diuisiue sumptum loco eius z ecōtra subiectis sūptis pro eisdem tunc est bona consequentia vt bene sequitur vterq3 istorum currit ergo isti duo currunt z econtra. Quibus suppositis respondetur q ad hoc q propositio vniuersalis affirmatiua de hoc signo vterq3 sit vera requiritur q predicatum insit diuisim cuilibet pro quo subiectum distribuitur. Ex quo patet q hoc sophisma est falsum vterq3 istorum scit totā arismeticam demonstratis sorte z platone z etiaz posito q sortes sciat sex cōclusiones et plato alias sex z q non sint plures cōclusiones in arismetica neq3 sit aliquis alius qui sciat aliquid ō arismetica Unde manifeste patet q si accipiatur isti collective sic dicendo ambobus demonstratis isti sciunt totam arismeticam non valet consequentia.

ergo vterq3 istorum scit totam arismeticam. Et eodem modo diceret de isto sophismate vterq3 istorum scit septez artes liberales demonstratis sorte z platone z casu posito sortes sciat quatuor tantuz z alter puta plato sciat tres.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. vterq3 componitur ꝺ vter z q3. sed non habet virtutem distribuendi ab aliquo illorum. ergo non est signum distributiuum. z similiter potest argui de neuter. Secundo arguitur sic. omne signum vniuersale facit propositionem vniuersalem. sed vterq3 non facit propositionem vniuersalem ergo ꝛc. minor patet qz ista vterq3 istorum currit est singularis sicut ista isti homines currunt. patet quia in vtraq3 ponitur pronomen demonstratiuum cuz termino cõmuni. Tertio arguitur sic. ab vtroq3 istoꝝ enunciatum est verum. ergo enunciatuz ab vtroq3 istorum est verum. consequens est falsuz ergo z antecedens. consequentia patet quia nomina z verba transposita idem significant. Quarto arguitur sic. bene sequitur ab vtroq3 istorum enunciatum est verum. ergo verum enunciatuz est ab vtroq3 istorum. per conuersionem simplicem. consequens est falsum eo ꝙ nullum verum est enunciatum ab vtroq3 istorum. ergo sophisma est falsum.

Ad rationes. Ad primã

dicitur ꝙ vterq3 non habet virtutem distribuendi terminum ab aliquo istorum diuisim acceptorum. sed a duobus simul sumptis. quia hoc signum vterq3 tantuz valet sicut vnus et vnus. et copulatio addita debet coniungere inter plura. z sic dat intelligere ꝙ sit vnus z vnus vel dat intelligere ꝙ sit vnus et alter. Ad secundam dicitur ꝙ vterq3 reddit propositionem vniuersalem. vnde in ista vterq3 istorum currit non soluz importatur demonstratio sed cum hoc distributio pro vtroq3 demonstratorum quod non fit in ista isti homines currunt sed non est simile.

Ad tertiam dicitur negando consequentiam quia committitur fallacia figure dictionis eo ꝙ in prima enunciatum supponit simpliciter et in secunda determinate. Et licet nomina et verba transposita idem significent de significato principali non tamẽ eodez modo supponunt in vtraq3. Ad quartam dicitur similiter ꝙ negetur consequentia quia in prima veruz supponit simpliciter. in secunda vero determinate. nec ibi est bona conuersio vt prius patuit.

Equitur de hoc signo neuter quod significat idem quod vterq3 cum negatione sibi prepositа. vnde sicut nullus ꝺ se habet distributionem et negationem similiter et neuter. sed neuter est distributiuum duorum tantum.

Item queritur de hoc sophisma te. neutrum oculum habendo tu potes videre. Probatio. dextrum oculum non habendo tu potes videre. sinistrum oculum non habendo tu potes videre. ergo prima est vera. Contra. neutrum oculum habendo tu potes videre. ergo si neutruz oculum habes vel dum neutrũ oculum habes tu potes videre quod falsum est. consequentia patet quia gerundia terminata in o. habent resolui per dum p si vꝫ per quia. sed vtroq3 modo est falsa ergo prima est falsa. Solutio. prima est falsa z probatio peccat ꝺm fallaciam accidentis quia posse videre conuenit partibus ꝺm se scilz prout sunt diuise. sed nõ conuenit eis prout sunt vnite in suo toto. vnde hoc patet per primam regulam cum ad partes sequatur totum. vt potestas videndi conuenit partibus et non toti. ideo si partes inferantur de toto ibi ẽ fallacia accidentis ꝛc.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ cō sequenter autor mouet vnū sophisma circa hoc signuz neuter z est tale. Neutrum oculuz habendo tu potes videre. Qđ sic probatur dextrū oculum nō habendo tu potes videre z sinistruz oculum non habendo tu potes videre z nō sunt plures oculi. ergo neutruz oculuz habēdo tu potes videre. Improbatur sic. bene sequitur neutrum oculum habendo tu potes videre. ergo duz neutrum oculum habes tu potes videre. vel si neutrum oculum habes tu potes videre. vel q̄z neutrum oculum habes tu potes videre. consequēs est falsuz ergo z antecedēs qđ ē sophisma. tenet consequētia q̄z gerundia terminata in do habēt resolui per si per dum vel p quia. Ad hoc sophisma respondet autor dicens q̄ est simpliciter falsum. Et ad probationez eius dicit q̄ peccat penes fallaciam accidentis eo q̄ posse videre attribuitur in antecedente partibus diuisim sumptus ſz q̄ disconueniunt a toto. in ꝯsequente vero attribuitur toti earuz partiuz. vnde partes diuisiz z suuz totuz non sunt penitus idem imo aliquid conuenit partibus prout diuise sunt quod nō cōuenit eis prout sunt vnite in eo. vt patet q̄z posse videre stat cum hoc qđ est non habere sinistrum oculum ea ratione qua ista diuisim sumpta differunt ab illo toto ſz ab eo qđ est neutrum oculū habendo. ideo cum infertur q̄ posse videre stat cum illo toto cuz quo stare non potest non valet consequentia. z sic patet q̄ posse videre est attributum. dextrum vel sinistruz ē res subiecta. neutrum oculum est accusatiuꝰ quod partim conuenit z partim differt ab illis partibus.

Sciendum est secundo

q̄ circa signa distributiua duozum sunt tres difficultates. Prima ē vtruz in probatione sophismatis predicti sit bona consequentia. Ad quam dicunt aliqui q̄ non eo q̄ est fallacia figure dictionis arguendo a pluribus determinatis ad vnā determinataz. q̄z illud gerundiuum habendo in antecedēte habet plures suppositiones determinatas z in consequente habet vnaz tantuz. Sed hec solutio improbatur q̄z hoc gerundiuum habendo habet eandem suppositionem sicut hoc participium habens in eo inclusum. sed si resolueretur in participium dicendo tu neutrum oculum habens potes videre istud participium habens supponeret discrete. ergo istud gerundiuū habendo supponit eodem modo z non determinate. z sic male dicitur q̄ in probatione arguitur a pluribus determinatis ad vnam determinatā minoz patet q̄z hoc participiuz habens est terminus adiectiuus constructus cuz termino discreto supponente discrete. ergo habet eandem suppositionem. Secundo sic in hoc antecedente additur hoc pronomen tu quod facit istud participium habens semper teneri pro eodem supposito. ergo cuis hoc participium habens supponeret determinate: tamen non argueretur a pluribus determinatis ad vnam determinatam. tenet consequentia q̄z semper verificaretur pro eodez z nunq̄ pro diuersis.

Sciendum est tercio q̄

secunda difficultas est vtrum aliqua propositio sic vera in qua ponitur hoc signuz vterq̄z in recto a parte predicati. Ad quā respondetur q̄ quāuis aliqua propositio in qua ponitur hoc signū omnis a parte predicati possit esse vera si terminus cōmunis cui additur non habeat nisi vnuz suppositum: tamen ista in qua ponitur vterq̄z in recto a parte predicati nunq̄ potest esse vera. Et ratio est q̄z per talem propositionem semper significatur q̄ vnum sit duo sed hoc est falsuz ergo ꝛc. maioz patet quia in istis propositionibꝰ vterq̄z istorum est vterq̄z istorum. significatur q̄ ille est vterq̄z istorum. z sic vnum esset duo quod est inconueniens. Et q̄ ista sit falsa patet quia contraria eius est vera ſz hec neuter istorum est vterq̄z istorum. z etiam eius contradictoria ſz hec alter istorum non est vterq̄z istorum. Et si quis arguat sic bene sequitur iste istorum est iste istoruz z iste istorum est iste istorum. ergo vterq̄z istoruz est vterq̄z istorum. Ad hoc respondetur negando cōsequentiam quia ibi cōmittitur fallacia cōsequentis eo q̄ non bene inducitur. debet enim inducentibus z in toto in quātitate seu in inducta manere idem predicatum. Debet enim sic induci. iste istorum est vterq̄z istorum z ille istorum est vterq̄z istorum. ergo vterq̄z istorum ē vterq̄z istorum. z sic consequentia est bona. sed sicut consequens est falsum ita z antecedens quia singulares sunt false. Tertia difficultas est de veritate huius sophismatis vterq̄z istorum est homo vel asinus demōstratis sorte z brunello. Ad hꝰ sophisma breuiter respondetur qđ est distinguēdum penes compositionem vel diuisionem eo q̄ propositio seu sophisma potest esse propositio cathegorica de disiuncto predicato z tunc est verum. quod probatur quia iste est homo vel asinꝰ demonstrato sorte. z iste est homo vel asinus demonstrato brunello. ergo vterq̄z istorum est homo vel asinus. tenet consequentia per locum a partibus totius in quantitate ad suum totum. Si vero sophisma sit propositio disiunctiua sic est falsum et eius sensus est vterq̄z istorum ē hō vel asinus. ergo vterq̄z istoruz est homo vꝰ vterq̄z istorum est asinus. et sic est vna disiunctiua cuius quelibet pars est falsa ergo sophisma est falsum.

Sed contra predicta ar

guitur primo sic. homo potest videre per aliud & per vtrūq3 oculum. ergo neutrum oculu3 habendo potest homo videre. antecedens patet q2 homo potest videre se videre. sed non videt suū actum per oculum ergo ꝛc. Secundo arguit sic. in probatione sophismatis arguitur a partibus totius in quantitate sufficiēter enumeratis ad suum totum. ergo illa probatio est sufficiens.

Tertio arguitur sic. lapidem habendo tu potes videre. sed lapis est neuter oculus. ergo neutrum oculu3 habendo tu potes videre. minor patet quia lapis non est alter oculus ergo lapis ē neuter oculus. consequentia patet per equipollentiam. Quarto arguitur sic. in hac propositione vterq3 istorum est vterq3 istorum predicatur idem de se ergo ipsa est vera.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ homo potest videre suum actum vidē di per alium sensum & per visum sc3 per sensum cōmunem sed hoc non potest esse nisi quando videt per sensum particularem ideo neutrum oculum habendo nihil potest videre. Ad secundā dicitur q̄ antec̄ valeat locus a partibus totiꝰ in quantitate ad suum totum oportet q̄ omnes singulares sint vere pro eodem tempore sed sic nō est in proposito. quando enim hec est vera dextrum oculum non habendo tu potes videre hec est falsa sinistrum oculum non habendo tu potes videre. Ad tertiam dicitur q̄ ibi non bene concluditur eo q̄ neutrum positum a parte p̄dicati est pars predicati. positum vero a parte subiecti non est pars subiecti ꝛ sic male concluditur debet enim sic concludi. ergo aliquid qđ est neutrum oculum habendo tu potes videre.

Ad quartam negetur antecedens. vnde hoc totum vterq3 istorum predicatur sed hoc totum vterq3 istorum non subicitur cum vterq3 sit signum distributiuum ꝛ dictio relatiua subiecti.

Habito de signis distributiuis partium subiectiuaru3: consequenter queritur vtrum negatio habeat vim distribuendi siue confundēdi. Et videtur q̄ sic quia Aristoteles in primo peryarmenias dicit q̄ ille contradicunt. homo est iustus non homo est iustus. ergo altera est vniversalis cum subiciatur terminus cōmunis. sed non nisi hic non hō est iustus. ergo ille terminus hō distribuitur sed non est ibi aliquid a quo distribuitur nisi negatio. ergo distribuatur a negatione. Contra. si negatio habeat vim confundendi. ergo sicut ista est incōgrua omnis sortes currit. similiter hec non sortes currit quod est falsu3. quia quāuis signum distributiuū nō possit addi termino singulari. tamen negatio bene potest addi. Item vbicū q̄ est distributō ibi est terminus cōmunis sumptus vniversaliter. ergo oportet q̄ ibi sit dictio significans quoniam vniversaliter. sed signum vniversale significat quoniam vniversaliter tantūmodo negatio vero non. ergo non habet vim distribuendi quod concedimus dicentes q̄ negatio non confundit sed negat hoc quod post se inuenit. vnde cum adiūgitur termino communi negat ipsum. sed ad negationez superioris sequitur negatio cuislibet inferioris. eo q̄ ōstructo superiori destruitur quodlibz eiꝰ inferius. ergo negatio non confundit sed negat quod post se inuenit siue sit vniversale siue

particulare. Solutio autem patet ad hoc quod obicitur. qz q hec est vniuersalis nō homo est iustus. hoc non est propter naturam distributionis existentis in negatione. sed hoc est qz negatur homo in cōmuni quo remoto remouet quodlibet eiꝰ inferius. Item solet poni quedam distributio aptitudinis vt omnis homo timet in mari. hic est aptus natus est timere i mari. Item solet poni distributio accommoda vt celum tegit omnia preter seipsum. z deus creauit omnia alia a se. sed ista duo genera distributionis non sunt ita propria sicut alia.

Circa hunc textum notandum ē primo q post q̄ autor determinauit ō signis distributiuis partium subiectiuarum: consequenter determinat ō negatione z de distributione que fit per ipsum. Et potest assignari duplex causa quare tractando de predictis signis simul tractat de negatione. Prima est qz negatio eodem mō distribuit et facit distributionem pro partibus subiectiuis licet ex consequenti sicut z signa de quibus determinatum ē. Alia causa potest esse qz signa negatiua sicut nullus nihil neuter habent vim distribuendi ratione negationis addite signo particulari ideo post signa negatiua primo videndū ē de negatione q̄ de signis distributiuis pro partibus integralibus. Pro quo est aduertendum q negatio potest capi dupliciter. Uno⁹ pro oratione negatiua in qua scz negatur aliquid de aliquo z hoc mō est species enunciationis z nō sumitur sic in proposito. Alio⁹ sumitur pro instrumento negandi siue pro signo negatiuo sicut est hoc aduerbium non. et hoc est adhuc dupliciter vno⁹ infinitanter quando additur termino per propositionē sic q̄ facit distributionem cum termino cōi cui adiungitur vt nō hō nō currit. Alio⁹ sumitur negatio negatiue et sic solum additur termino per appositionem. et de ista negatione est hic solum ad propositum.

Sciendum est secundo q̄ de negatione negante autor mouet talem dubitationem. vtrum scz negatio habeat virtutem distribuendi terminuz cui additur. Et videtur q̄ sic qz ille sunt contradictorie hō ē iustus. nō hō est iustus. gꝰ oportet alteraz ipsarū esse vniuersalē. sed non est ibi aliquid a quo distribuatur subiectum nisi negatio. ergo negatio habet virtutez distribuendi. In oppositum arguitur duabꝰ rationibus. Prima est si negatio haberet virtutem distribuendi tunc sicut ista ē incongrua omnis sortes: ita esset etiā ista nō sortes. sed hoc est falsuz ergo illud ex quo sequitur. Secunda ratio ē vbi cūqz est distributio ibi ē terminus cōis sumptꝰ vniuersaliter. sed hoc non habz fieri nisi per signum vniuersale eo q̄ solum signuz vle significat quoniaz vniuersaliter. sed negatio nō ē signum vniuersale gꝰ non habet vim distribuendi terminum cōmunem. Ad dubiuz respondet autor q̄ negatio nō habet virtutez distribuendi terminū per se cui additur. et hoc bene probant due rationes adducte. Sed habet vim distribuendi per accidens terminum cōmunem qz negat formam termini cōis cui adiungitur. sed ad negationem termini cōis seu superioris sequitur negatio cuiuscūqz inferioris. Ex quo patet q̄ negatio addita termino cōi per accidens distribuit ipsuz pro partibus subiectiuis. Et ad illud q̄ arguitur de isto non hō est iustus. dicitur q̄ non hō est vlis eo q̄ negatio nō primo distribuit sz solū ex cōsti qz negato superiori negant̄ oia inferiora eius.

Sciendum est tercio q̄ alij dicūt negationez habere vtutem distribuēdi terminuz cui additur. Quod probatur sic. qz hec propositio nō hō est iustus equipollet huic nullꝰ hō est iustus per regulam equipollentiaruz. sed ibi est distributio z non nisi virtute negationis ergo negatio distribuit. Secundo sic quicquid habet virtutem ampliandi terminum cōmunem ad sua inferiora illud habet virtutez distribuendi. sed sic est de negatione vt dicendo nullus hō est asinus ergo ꝛc]. minor patet qz sub hoc predicato asinꝰ potest fieri descensus copulatiue ad sua inferiora qō non esset nisi multiplicaretur p negationez z distribueretur pro suis inferioribꝰ

Pro ista opinione est aduertenduz q̄ dupliciter potest intelligi negationē habere virtutez distribuendi. Uno mō per se primo z sic sibi nō conuenit sicut dictuz est sed ei conuenit negare. Alioꝰ per accidens z ex consequenti z sic dicitur q̄ negationi bene conuenit distribuere. naz sicut dictuz est ad negationem superioris sequit̄ negatio omniz inferiorꝝ. quando enim negatur aliquid de aliquo negantur quecūqz cōtinētur sub eo de eodem. z ita sub tali termino licz fieri descēsus ad

omnia supposita talis termini. ꝛ per consequẽs ad negationem sequitur distributio. habet enim primo virtutem negandi ꝛ ex consequenti virtutem distribuendi. Consequenter ponit duas species distributionis que non sunt multum vsitate. Prima est que est distributio aptitudinis. et est quando verbum respectu cuius fit distributio nõ accipitur vt significat actum sed vt aptitudinem importat vt cum dicitur omnis homo timet in mari. nullus homo timet in mari. posito casu ꝙ nullus sit homo ibi. ꝛ tunc sensus illius propositionis est iste omnis homo est aptus natus timere in mari licet non timeat. Et non dicitur distributio aptitudinis respectu subiecti eo ꝙ subiectum aptum natum sit distribui. sed magis eo ꝙ signum distribuit subiectum in ordine ad predicatum quod debet sumi inquantum dicit aptitudinez sicut verba que in diffinitionib⁹ ponunt. ideo hec distributio nõ differt ab aliis superius positis ex parte subiecti sed tantum ex ordine ad predicatum respectu cuius distribuit. Alia est distributio accõmoda. que est quando signum non distribuit terminum cõmunem cui adiũgitur pro omnibus suis suppositis sed ab illa propositione fit exceptio alicuius suppositi. vt si dicatur celum tegit omnia cuius est sensus celuz tegit omnia alia corpora a se. Similiter cũ dicitur deus creauit omnia. sensus ẽ deus creauit omnia alia a se.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. hoc signum nullus habet vim distribuendi ratiõe negationis quã includit. sed negatio nõ potest distribuere ergo neqz illud signum null⁹. Secundo arguitur sic. quicquid potest facere propositionem vniuersalem habet virtutem distribuendi. sed negatio est huiusmodi. vt si dicatur non quidam homo currit g⁹ ꝛc

Tertio arguitur sic. vnius rei vnicus est act⁹ sed actus negationis proprius ẽ negare. ergo negatio non habet virtutez distribuendi. Quarto arguitur sic. signum vniuersale additum termino cõmuni distribuit ipsum vniuersaliter pro suis suppositis nisi pri⁹ distribuatur aut restringatur per aliquã restrictionem. sed cum dicitur celum tegit omnia entia ibi entia non distribuitur. ergo non est distributio accõmoda.

Ad rationes. Ad primã

dicitur ꝙ patet solutio ex predictis. et similiter ad secundam. Ad tertiam dicitur ꝙ vnius rei est tantuz vnus actus proprius primo et per se sibi conueniens. possunt tamẽ esse plures ad inuicem subordinati cuiusmodi sunt negare et distribuere ratione negationis. Ad quartam dicitur ꝙ in hac propositione celuz tegit omnia. ibi predicatuz non restringitur per aliquod sibi explicite additum. tamen virtute transitionis importate per verbum restringitur ad standuz pro aliis a subiecto. ꝛ in distributione accõmoda soluz fit distributio virtute intellectus accipientis terminum eo modo quo locutio potest verificari de ipso.

Equitur de hoc signo totus quod est distributiuum partium integralium vt hic totus sortes est albus. est enim sensus sortes ꝺm quãlibet sui partem est albus. Unde ad istam totus sortes est albus immediate sequitur ista sortes ꝺm quãlibet sui partem est albus. ad quaz sequitur quelibet pars sortis est alba. Probatio. in hac totus sortes est albus sortes subicitur albedini ꝺm se et partes eius non ꝺm se. sed prout sunt in suo toto siue sub forma totius. ergo nõ subiciuntur albedini nisi per totum et sic per prius sequitur hec sortes ꝺm quãlibet partes sui est albus. ꝛ postea illa quelibet ps sortis est alba. Item in hac totus sortes est albus totus subicitur albedini in rectitudine. partes autem in obliquitate. quia in eo qõ est totum partes intelliguntur in obliquis. et in eo qõ est pars totum sumitur oblique. quod patet per diuisionem eius quod est totum. vt domus est ex pariete tecto ꝛ fũdameto. ꝛ sortes est ex partib⁹

ergo illud quod est totum dat intelligere partes obliquas. ergo ad hanc totus sortes est albus immediate sequitur hec sortes ꝑm quālibet sui partem est albus. et mediate sequitur ista quelibet pars sortis est alba.

Item ad idem. illud quod est pars non habet esse nisi ab eo quod est totum quia non habz perfectionez nisi ab eo. ergo nō subicitur alicui nisi per totum ergo totum prius subicitur. ergo ad hanc totus sortes est albus immediate sequitur sortes ꝑm quamlibet sui partem est albus. ⁊ immediate quelibz pars sortis est alba. Secundum predicta queritur ō hoc sophisma te. totus sortes est minor sorte. Probatio. quelibet pars sortis est minor sorte. et sortes ꝑm quālibet sui partem est minor sorte. ergo totus sortes est minor sorte. Contra. totus sortes est minor sorte. ergo sortes est minor sorte. Solutio. prima est vera scz hec totus sortes est minor sorte. Et probatio peccat ꝑm accidens. quia in ista totus sortes est minor sorte. predicatum attribuitur partibus quibus vere conuenit. sorti autem non conuenit. ⁊ ideo hec est simpliciter falsa sortes est minor sorte. et ideo si partes inferant esse minorem sorte de toto siue de sorte erit fallacia accidētis per vnam regulam supradictā vnde totus sortes est res subiecta et sortes accidit ei. et esse minor sorte assignatur vtricꝫ in esse. Etiam improbatio peccat ꝑm quid ad simpliciter. qz ista totus sortes est minor sorte nō ponit sortez ꝑm se sed ꝑm suas partes ⁊ ideo ponit sortem ꝑm quid esse minorem sorte. ita cū simpliciter inferatur ergo sortes est minor sorte peccat scōm quid ad simpliciter sicut sortes ꝑm pedem est minor sorte. ergo sortes est minor sorte. Item in quibusdam sequitur. totus sortes ergo sortes. vt totus sortes est albus. ergo sortes est albus ⁊ in quibusdam non. Queritur in quibus est ⁊ in quib9 nō dicendum est qꝫ sunt quedam accidentia que indifferenter cōueniunt parti ⁊ toti vt albus niger calidum frigidum augeri minui. ⁊ in talibus bene sequitur tot9 sortes ergo sortes. alia sunt accidentia que conueniūt partibus et non toti vel econuerso toti ⁊ non partibus. vt totalitas minoritas paruitas. et

in talibus non sequitur totus sortes ergo sortes.

Circa hunc textum notandus est primo q̄ autor consequenter determinat de hoc signo totus quod est distributiuum termini pro partibus integralibus. vt si dicatur totus sortes est albus. ibi totus distribuit pro partibus integralib⁹ sortis. Et ratio ordinis potest assignari. q̄ partes subiectiue sub suo genere differūt numero ꝛ ſ3⁹ suum esse. ſ3 partes integrales non differunt ſ3⁹ suum esse sed ſ3⁹ numerum cum ſ3⁹ numerus verior sit multiplicatio termini que conuenit partibus integralibus q̄ quando multiplicatur termin⁹ in partes subiectiuas. ergo distributio que fit pro partibus subiectiuis est verior ꝛ perfectior distributōne que fit pro partibus integralib⁹ Et sic determinando de hoc signo totus ostenditur primo q̄ in eo includitur terminus distribuibilis ꝛ etiam signum vniuersale distribuens in obliquo ꝛ non in recto ita q̄ sit sensus totus sortes est minor sorte sortes ſ3⁹ quālibet sui partes est minor sorte. Secundo sic in hac propositōne totus sortes est albus sortes subiicitur albedini ſ3⁹ se. partes autem subiiciuntur per ipsum ꝛ nō est sic q̄ partes primo subiiciantur albedini et q̄ ex consequenti totum. ergo ista totus sortes ē albus infert istas duas. sortes ſ3⁹ quālibet sui partem est albus. ꝛ istam quelibet pars sortis est alba. licet primo inferat istam sortes ſ3⁹ quālibet sui partem est albus. Ex quo patet q̄ hoc signum totus includit in se signum distributiuum ꝛ terminum sue distributionis. Unde est aduertēdum q̄ circa hoc signum totus mouet autor tale sophisma. Totus sortes est minor sorte. Probatur sic. bene sequitur quelibet pars sortis est minor sorte. ergo sortes ſ3⁹ quālibet sui partem est minor sorte. ꝛ per consequens totus sortes ē minor sorte. Improbatur sic. totus sortes est minor sorte. ergo sortes est minor sorte sed consequens est falsum ergo ꝛ antecedens qō est sophisma.

Ad hoc sophisma respondet autor dicēs ipm esse verum. Et ad probationem dicitur q̄ cōmittitur fallacia accidētis eo q̄ ppter parcialē identitatē partium cuz toto que tamen differunt ab illo infertur esse minorem sorte que tamen nō cōuenit sed conuenit partibus diuisim sumptis. Secundo dicit q̄ cōmittitur fallacia ſ3⁹ quid ad simpliciter. quia ista totus sortes est minor sorte non ponit esse minorem simpliciter sed solus ſ3⁹ quid scz ſ3⁹ suas partes ꝛ ideo est fallacia scōm quid ad simpliciter. vt si argueret sic sortes ſ3⁹ pedes est minor sorte. ergo sortes est minor sorte.

Est tamen aduertendum q̄ si totus capiatur cathegoreumatice id est significatiue tūc sensus est. totus sortes est minor sorte. i. sortes habens partes vel perfectus sortes est minor sorte. hoc enim modo totum ꝛ perfectum idem sunt. Si vero totus capiatur sincathegoreumatice prout. ſ. significat dispositionem subicti distribuibilis in partes integrales ad predicatum hoc modo sophisma dicitur esse verum ꝛ sic capitur in textu.

Tamen est notandum vt aliqui dicunt q̄ duplices sunt partes integrales. quedam enim sunt essentiales vt materia ꝛ forma. alie sunt quantitatiue vt pes manus brachium ꝛ similia. Ex quo inferunt q̄ si totus distribuat pro omnibus suis partibus integralibus tam essentialibus q̄ quātitatiuis tunc sophisma est simpliciter falsum eo q̄ vna pars puta anima vel materia non est minor neq̄ maior sorte. Si vero distribuat pro partibus integralibus quātitatiuis concedunt ipm esse verum. Sed melius videtur esse dicendus cum autore scz q̄ non est distinguendum imo cōcedendum et eius sensus est. sortes ſ3⁹ quālibet partem integralem est minor sorte. modo ſ3⁹ eius pars integralis est pars quantitatiua que cum alia parte quantitatiua constituit aliquod totum quantum nec vna illarum partium est perfectibilis per aliam. ideo partes essentiales ſ3⁹ eum nō debent dici partes integrales. nec totus potest distribuere pro partibus essētialibus. Ex quo patet q̄ iste propositiones sunt false totus sortes est tot⁹ sortes. ꝛ similes quia ista equiualet huic sortes ſ3⁹ quālibet sui partem est totus sortes. Similiter hec est falsa totus sortes est sortes. Sz ista est vera ꝛ debet concedi. totus sortes ē pars sortis. ꝛ sic de similibus.

Sciendum est secundo

q̄ consequenter autor soluit vnam obiectionem que posset fieri. Posset enim sic argui. bene sequitur totus sortes est albus ergo sortes est albus. ergo etiam bene sequitur totus sortes est minor sorte ergo sortes est minor sorte. cuius oppositū dictum est. Ad hanc obiectionem respondet autor dicens q̄ duplicia sunt accidentia. quedam enim sunt que indifferenter possunt inesse toti et partibus vt album nigrum ꝛ sic de aliis ꝛ in talibus bene sequitur tot⁹ sortes ergo sortes. Alia sunt que conueniunt partibus ꝛ non toti vt minoritas ꝛ paruitas. ꝛ in talibus nō sequitur. Et tunc potest responderi negando consequentiam eo q̄ esse album potest inesse omnibus partibus sortis tam diuisim q̄ coniunctim sumptis. Sed quātus esse minorem sorte inest partibus diuisis sumptis non tamen coniunctim ꝛ ideo non est similе. Et si quis querat cuius quantitatis est ista totus sortes est minor sorte. Ad hoc respondent aliqui dicentes ipsam esse vniuersalez pro quo supponunt q̄ iste terminus sortes non distribuit terminuz cui adiungitur. sed solus terminum in eo inclusum. sic scz q̄ totus tantus valet sicut quelibet pars et sic iste terminus pars

distribuitur ꝛ equiualet hoc sophisma huic propositioni quelibet pars sortis est minor sorte et sic de alijs. Sed videtur dicendum cum autore ꝙ ẽ singularis ꝛ equiualet isti sortes ſ3ᵒ quãlibet sui partes est minor sorte. nec equiualet huic quelibet pars sortis est minor sorte vt satis probatur in textu. Et ſ3ᵒ hanc opinionem ista consequentia est bona. totus sortes est minor sorte ergo totus homo est minor sorte. Patet quia hec ẽ bona consequentia sortes ſ3ᵒ quãlibet sui partẽ est minor sorte. ergo homo ſ3ᵒ quãlibet sui partem est minor sorte. quia arguitur ibi ab inferiori ad superius affirmatiue. Ex quo vlterius infertur ꝙ ista consequentia non valet totus homo ẽ minor sorte. ergo quelibet pars hominis est minor sorte. quia antecedens potest esse verum cõsequente existente falso eo ꝙ arguitur a suppositione determinata ad suppositionem confusam ꝛ distributiuam ex parte huius termini homo.

Et si quis arguat autor concedit similem consequentiam scz istaz totus sortes est minor sorte ergo quelibet pars sortis est minor sorte. Respõdetur ꝙ illa conceditur eo ꝙ non refert preponere ꝛ postponere signum vniuersale termino singulari cum non possit distribui. non autem sic ẽ de termino cõmuni.

Sciendum est tercio ꝙ

circa predicta est aliqua difficultas vtrum hoc signum totus semper distribuat pro partibus integralibus rei significate per terminum cui adiũgitur. Pro solutione huius supponenda est vna distinctio prius posita de hoc signo totus. quia aliquando est signuz distributiuum ꝛ sic capitur sincathegoreumatice. aliquando etiam capitur cathegoreumatice ꝛ sic non est signum distributiuum nec refert quantum ad veritatem vel falsitatem habere ipsuz vel nõ habere termino habenti partes vt idem est dicere sortes est sortes. ꝛ totus sortes est sortes. Ex quo patet ꝙ hoc modo debet accipi totuz in hac propositione omne totum est maius sua parte que est vera intelligẽdo eam de toto integrali quantitatiuo et finito. Secundo dicitur ꝙ si totuz capitur cathegoreumatice hoc sophisma est concedendum totuz qõ est in mundo est in oculo meo. Similiter hec propositio debet concedi tota disiunctiua est vera cuius altera pars est falsa. et hoc primo de celo ꝛ mundo cum dicitur omne totum ꝛ perfectum idez sunt. Alio modo sumitur sincathegoreumatice vt prius patuit. ꝛ in isto sensu accipiendo sincathegoreumatice totuz propositiones predicte sunt false ꝛ nullo modo concedende. Sed iste debent cõcedi totus brunellus est sortis. posito casu ꝙ sortes habeat vnuz asinuz qui vocetur brunellus cuius quelibet pars sit pro sorte. Sed nõ valet inferri ista consequentia scz caput brunelli est sortis ergo caput sortis habet auriculaz asini vel caput brunelli habet auriculas asini. et similiter os brunelli comedit sorte dormiente. os brunelli est sortis ergo os sortis comedit sorte dormiente. Sed non valet inferri ista consequentia caput brunelli est sortis ergo caput sortis habet aures asini. Uel os brunelli est sortis ergo os sortis comedit sorte dormiẽte. Sed debet sic inferri ergo caput quod ẽ sortis habet aures asini ꝛ os quod est sortis comedit sorte dormiente.

Sed contra predicta ar

guitur Primo sic. totum integrale actualiter includit omnes suas partes. ergo non oportet ponere signum distributiuuz pro partibus integralibus. Secundo arguitur sic. bene sequitur totus sortes est minor sorte totus sortes ẽ sortes ergo sortes est minor sorte. conclusio est falsa ergo aliqua premissarum. non minor ꝙ maior que est sophisma. Tertio arguitur sic. bene sequitur totus sortes est minor sorte ergo totꝰ hõ est minor sorte. etvltra totus homo est minor sorte. ergo quelibet pars hominis est minor sorte. sed hoc est falsũ posito ꝙ sortes sit minor platone in aliqua quantitate. Quarto arguitur sic. conuertens sophismatis est falsa scz aliquid minus sorte est sortes. ergo sophisma est falsuz.

Ad rationes. Ad primã

dicitur ꝙ totum integrale vnit in actu omnes suas partes quantuz ad esse sed non ponit omnes in actu quantum ad hoc quod est stare sub predicato. ideo cum hoc signum totus sit dictio respectiua potest distribuere terminũ pro suis partibus integralibus respectu predicati quod conuenit vni ꝛ non alteri vl̃ quod conuenit omnibꝰ partibus seu pluribus ꝛ non toti. Ad secũdam dicitur ꝙ si capiatur totum sincathegoreumatice minor est falsa ꝛ non valet consequentia

Ad tertiam dicitur ꝙ hec consequentia quelibet pars sortis est minor sorte. ergo quelibet ps hominis est minor sorte non valet. similiter nec ista totus sortes est minor sorte. ergo totꝰ homo est minor sorte. Uel dicenduz est sicut vult autor ꝙ totus tantuz valet sicut ſ3ᵒ quamlibet partez eius. vt prius patuit ꝛ tunc bene valet consequẽtia. Ad quartam dicitur ꝙ illa non est conuertens sophismatis sed ista aliquid minus sorte est pars sortis.

Equitur de signis distributiuis accidentiuz inter que primo dicendum est de signis distributiuis qualitatis. Dicitur autẽ signũ

distributiuum qualitatis quod distribuit res se habentes per modum qualitatis. vt qualelibet cuius particulare ẽ aliqualibet. Sed tunc obicitur q̃ si accidens multiplicetur multiplicato subiecto. ergo cum signa distributiua substantie distribuant siue multiplicent subiectum. oportet q̃ multiplicent siue distribuant ipsum accidens ergo signa distributiua accidẽtium superfluunt. Ad hoc dicẽdum est q̃ dupler est multiplicatio accidentis. quia quedaz est multiplicatio accidentis scõm numerum. ⁊ hec fit per signum distributiuum substantie vt omnis homo albus currit. Alia est multiplicatio ꝑm speciem. ⁊ hec fit per signa distributiua accidentis. vt qualelibet currit idẽ res hãbens qualem cunq̃ qualitatem currit. Circa predicta queritur de hoc sophismate quodlibet qualelibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est. posito q̃ sortes sciat grãmaticam logicam rethoricam. ⁊ plato ⁊ cicero similiter ⁊ sciãt se habere eas. et sint alij tres homines quorum vnus sciat logicam alter grãmaticam ⁊ alius rethoricam. ⁊ isti nesciant se habere eas. et de alijs nihil sciant. ⁊ alij sciãt de se ⁊ de istis et non sunt plures homines ne q̃ plures qualitates. Probatõ hoc qualelibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsuz est. ⁊ sic ꝺ secundo ⁊ tertio. ⁊ nõ sunt plura qualelibet. ergo qõlibet qualelibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipm est. Contra. quodlibet qualelibet ⁊c. ergo quodlibet grãmaticum de quolibet tali scit ipsuz esse tale quale ipsum est. Solutio. prima ẽ vera. ⁊ improbatio peccat ꝑm fallaciam consequẽtis ab inferiori ad superius cũ distributione superioris. quia qualelibet supponit tantũ pro tribus scilicet pro trib9 primis sed grãmaticus supponit pro eisdem ⁊ etiam pro aliquo qui habet grãmaticam tantuz ⁊ ita grãmaticum est in plus q̃ qualelibet. vnde si apponatur signum vniuersale distributiuum sic. quodlibet qualelibet ⁊c. ℊ quodlibet grãmaticum fit consequens vt hic. omnis homo ergo omne animal. et similiter in vltimo. vt de quolibet qualelibet. ergo de quolibet gramma tico cum dicit de quolibet tali.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ consequenter autor determinat de signis distributuis accidentium. Unde signum distributuum accidentis est quod distribuit res se habentes per modum accidentis siue per modum alterius adiacentis. Et inter ista primo determinat de signis distributuis qualitatis. et sunt illa que distribuunt res se habentes per modum qualitatis. Et accipitur hic qualitas generaliter pro omni illo quod habet modos qualificantis siue determinantis siue illud sit substantia siue accidens.

Et diuiduntur hec. quia quedam accidentia sunt qualitates et quedam quantitates. et licet sint plura accidentia tamen magis ista determinantur per signa distributiua qualitatis et quantitatis q̄ per alia. eo q̄ ista accidentia sunt principaliora in quibus cetera accidētia fundantur. et quia etiam habent modos predicandi absolutos. Ex quo patet quare ponuntur tantum duo signa distributiua accidentis. Ulterius ē aduertendum q̄ autor soluit vnam obiectionē que contra hoc posset fieri. et talis est. Accidens multiplicatur ad multiplicationem subiecti. ergo cū signa distributiua substātie multiplicent et distribuant subiectum oportet etiam q̄ multiplicent accidens et per consequens non sunt ponenda signa distributiua accidentium. Ad hoc respondet autor q̄ quāuis aliquando multiplicatio accidētis ſ3ᵒ numerum fiat per signa distributiua substantie. non tamen multiplicatio accidentis ſ3ᵒ speciez sed talis multiplicatio habet fieri per signa distributiua accidētis. Unde autor determinando de signis distributiuis qualitatis mouet hoc sophisma. Quodlibet qualelibet de quolibz tali scit ipsum esse tale quale ipsum est. Posito casu q̄ sortes sciat grāmaticam rethoricam et logicam. similiter plato et cicero simul sciant illas et cum hoc sciant se habere illas. et sint alij tres homines quorum vnus sciat vnam et alius aliā et tertius aliaz. et illi tres nesciant se habere illas nec aliquid sciant de alijs hominibus habentibus illas. sed alij bene sciāt de se et de ipsis. Hoc posito probatur sophisma. hoc qualelibet de qᵒ libet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est et sic de secundo et tertio. et non sunt plura qualelibet ergo sophisma ē verum. Improbatur sic. quodlibet qualelibet de quolibet tali scit ipsuz esse tale quale ipsum est. ergo quodlibet grāmaticum de quolibet tali scit ipsuz esse tale quale ipsuz ē. hoc autem est falsum vt patet per casum positū ergo ꝛc. Ad sophisma respondet autor dicēdo ipsum esse verum simpliciter. et improbatio peccat ſ3ᵒ accidens vel penes fallaciam ꝛ sequētis arguendo ab inferiori ad superius cuz distributione superioris. Unde in casu posito qualelibet est inferius ad grāmaticum eo q̄ omne qualelibet est grāmaticum sed non econtra. qualelibet enim supponit tantum pro tribus vt patet p casum positum. sed grāmaticum supponit pro eisdem et cum hoc pro illo solo qui habet grammaticam ideo cum additur distributio cuilibet non valet consequentia.

Sciendū est secundo q̄

ſ3ᵒ predicta signa sunt alique difficultates. Prima est vtrum huiusmodi signa distributiua accidentis distribuant terminum cui immediate adiunguntur. Ad quā primo dicitur q̄ talia signa non distribuunt terminum extra se positum sed intra se quia includunt terminum sue distributionis. Unde qualelibet idem est qđ de qualibet specie qualitatis aliquam qualitatem habens. Ex quo sequitur q̄ termini quibus adduntur huiusmodi signa si non impediantur supponunt confuse tantū vel simpliciter. patet quia immediate sequuntur signum vniuersale affirmatiuum. Secundo dicitur q̄ in omni termino adiectiuo substantiuato in neutro genere includitur iste terminus ens vel res. ideo aliquando in talibᵒ signis distributiuis includuntur duo termini distribuibiles quorum vnus distribuitur et alter non et sic talis oratio in qua signum est substantiuatum in neutro genere est distinguenda. quia ſ3ᵒ q̄ alter illorum terminorum precedit signum et sic nō distribuitur et supponit determinate. vel sequitur signum et sic supponit confuse tantum vel simpliciter. et hoc patet in hoc signo qualelibet. vnde qualelibet tantum valet sicut ens vel res habens aliquam qualitatem et sic qualitas est illud quod distribuitur. et vltra includit subiectum illiᵒ qualitatis quod est ipsa res habens qualitatem. Et quia illud subiectum precedit virtutem signi distribuitiui et habet eius suppositionem exponere ideo non distribuitur per signum. et sic ratione illius subiecti nō distributi potest illi signo qualelibet addi aliud signum distributiuum cuiᵒ distributio cadat supra tale subiectum. vt sic dicē do quodlibet qualelibet. Si vero illud subiectū sequitur signum non distribuitur sed stat confuse tantum. et posset esse sensus quodlibet qualelibet id est de qualibet specie qualitatis ens habens qualitatem. sed illud subiectum perfectius intelligitur precedere q̄ sequi. ex quo patet respō sio ad difficultatem.

Sciendum est tercio q̄

est alia difficultas vtrum ſcz signa distributiua accidentium distribuant pro omnibᵒ individuis vel pro oibᵒ speciebᵒ accidētis. Pro cuiᵒ solutōe supponitur q̄ sicut dictum est qualelibet equivalet huic orationi de qualibet specie q̄litatis ens habens aliquam qualitatem. vel isti ens habens de qualibet specie qualitatis aliquā qualitatem et idem diceretur de signis distributiuis quanti-

tatis vt quantumcūq; quodcūq;. ideo ad veritatem huius qualelibet homo currit non requiritur q̄ homo habens omnem qualitatem currat sed sufficit q̄ de qualibz specie qualitatis homo habens aliquaz particularem qualitatez currat Ex quo patet q̄ signa distributiua accidentis distribuunt pro speciebus et non pro individuis.

Et si quis querat quomodo danda est aliqua contradictio in talibus propositionibus vel cōtrarietas. Respondetur q̄ propositiones in quibus talia signa ponuntur debent resolui vt hec qualelibet currit resoluenda est in istam de qualibet specie qualitatis ens habens aliquā qualitatem currit. et eius contraria ē ista. de nulla specie qualitatis ens habens aliquā qualitatez currit. vel ista de qualibet specie qualitatis nullum ens habens aliquā qualitatem currit. sed ei⁹ cōtradictoria est ista de qualibet specie qualitatis nullum ens habens aliquā qualitatez currit. vel ista non de qualibet specie qualitatis ens habēs aliquam qualitatem currit. Sed tamen si iste terminus ens inclusus in isto signo precedat distributionem in resolutione termini illa propositio non habet contrariam eo q̄ est indefinita. contradictoria vero eius est ista nullum ens de qualibet specie qualitatis currit.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. signum distributiuum ē dispositio subiecti in ordine ad predicatū. sed accidēs vel adiectiuum adiective tentum non potest esse subiectum propositionis. ergo nullum est signū distributiuum accidentis accepti per modum accidentis vel per modum alteri inherentis. Secundo arguitur sic. dicendo omne coloratum. ibi distribuitur accidens sub modo accidentis. ⁊ tū omne est signum distributiuum substantie. ergo contra diffinitionem signi distributiui accident|

Tertio arguitur sic. omne signum distributiuum debet reddere propositionem vniuersalez. sed qualelibet non est huiusmodi q; hec est indefinita qualelibet currit vt patet per eius expositionem ergo ⁊c|. Quarto arguitur sic. nullum signum vniuersale potest alteri signo distributiuo comparari eo q̄ nō esset debita proportio distribuentis ⁊ distribuibilis. ergo ista ē incōgrua quodlibet qualelibet. ⁊ sic cum verum presupponat congruum illud sophisma nō potest esse vez.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q̄ adiectiuum adiective tentū non potest esse principale subiectum enunciationis. tamen potest poni in subiecto per modum denominatiui respectu principalis subiecti. Ad secundaz dicitur q̄ dicendo omne coloratum ibi illud adiectiuum substantiuatur in neutro genere ideo distribuit pro suppositis ⁊ per modum substantie ⁊ non sub modo accidentis. Ad tertiaz dicitur q̄ ista qualelibet currit ex parte subiecti locutionis ē indefinita si subiectum precedat signum distributiuum. sed ex parte subiecti distributionis est vniuersalis vt patet in expositione ei⁹

Ad quartam dicitur q̄ huic signo qualelibet non additur aliud signum ratione cuius sit distributum. sed inquantum includit terminum sue distributionis ideo nulla est ibi incongruitas.

Equitur de signis distributiuis quatitatis

et sunt illa que distribuunt res se habentes per modum quantitatis. vt quocienscūq; quantuscūq;. Et p̄m hoc queritur de hoc sophismate. quocienscunq; fuisti parisius totiens fuisti homo. Probatio. vna vice fuisti parisi⁹ ⁊ illa vice fuisti hō. alia vice fuisti parisius ⁊ illa vice fuisti hō ⁊ sic ō alijs. g̃ quocienscūq; fuisti parisi⁹ totiēs fuisti homo. Improbatio quocienscūq; fuisti parisius totiens fuisti homo. sed bis fuisti parisius. ergo bis fuisti homo. quod falsum est. quia hec dictio bis importat interruptionē eius cui adiungitur. sed actus essendi hominem non fuit interruptus in te. Solutio. prima est falsa. ad probationem autez respondendum est per interemptionem quia secunda pars copulatiue est falsa scilz illa vice fuisti homo. quia adhuc nulla vice fuisti homo eo q̄ nondum vita fuit terminata vt iterum in

ciperes viuere et postea termi-
naretur qō tñ requiritur ad hꝰ
q bis fuisses hō. sicut bis inci-
pitur cursus. et bis terminatur
ad hoc q aliquis bis currat.

Et nota q bis non importat interruptionē temporis sed tñ actus illius cui adūgitur. Ad terminum autem sequitur interruptio: si autem formaretur sic paralogismus quandocūq; fuisti parisius fuisti homo. sz bis parisiꝰ fuisti. ergo bis fuisti hō prima est vera. ꝛ iprobatio peccat ꝑm fallaciam figure dictionis ex mutatione predicamenti qr quando q; est in predicamē-
to quando. ꝛ bis in predicamē-
to quātitatis. quia est de gene-
re quantitatis discrete.

Circa hunc textū notandū ē primo q ꝓter autor determinat de signis distributiuis quātitat; Et licet via generatiōis quātitas p̄cedat qualitatez tamē via pfectionis est ecōuerso ideo priꝰ determinat ō signis distributiuis quātitatis. Et qr hoc nomē infinituz ptinet ad quātitatē saltē dū capitur distributiue ideo autor post determinationē illoꝝ que distribuūt directe quātitatē determinat de hoc noīe infinituz qō distribuit rē sub mō quātitatis. Pro quo ē aduertēdū q signa distributiua quātitatis sunt illa q̄ distribuūt rez se habentē p modū quātitatis siue p modū mensure. vt quātūcūq; quocienscūq; et sic de alijs. Et sicut dictū ē q istud signū qualelibet includit terminū sue distributionis: ita etiaz signa distributiua quātitatis. cum eniz ōr quātūlibet currit sensus ē res habēs omnē quātitatē currit. Et qr ista signa quātitatis nō distribuūt pro suppositis sicut signa distributiua substantie sz distribuunt p speciebꝰ vt dictū est ideo nō faciūt ppōnez simpliciter vlem quātuz ad subiectū locutionis. reddūt eniz ppōnē vl̄em solū quātū ad subiectū distributionis. Unde signa distributiua quātitatis ꝓueniēter distribuūtur sicut ꝛ illa quoꝝ sunt distributiua. Et qr illa quātitas dividit p quātitatē pmanētē vt linea superficies corpꝰ ꝛ locus. ꝛ per quātitatē successiuā sicut ē tēpꝰ ideo signoꝝ distributiuoꝝ quātitatis quedā distribuūt quātitatē pmanentē vt quātūcūq;. quedā vō successiuaz vt quādocūq; quocienscūq;. Et sicut quātitas pmanēs diuiditur p ꝓtinuaz ꝛ discretā: ita diuidūtur signa qr quedā distribuūt quātitatez pmanentē sub mō quantitatis ꝓtinue. quedā vō distribuūt quātitatē pmanētez sub mō quātitat; discrete. Et ē aduertendū q tēpꝰ ē ens simpliciter ꝓtinuū cū sit mensura rei ꝓtinue puta motꝰ ꝛ tñ mēsurat motū sub modo indiuisibili sz priꝰ ꝛ posteriꝰ. ideo tēpꝰ potest ꝓsiderari sub rōne cōtinui ꝛ sub rōne discreti. ideo aliq̄ signa distribuunt tēpꝰ sub rōne ꝓtinui sicut quantūcūq;. alia vō sub rōne discreti vt quocienscunq;.

Scienduz est secundo q

circa hoc signum quocīēscūq; monet autor hoc sophisma in textu. Quocienscūq; fuisti parisius fuisti hō. Quod sic ꝓbat. vna vice fuisti parisiꝰ ꝛ illa vice fuisti hō. alia vice fuisti parisiꝰ ꝛ illa vice fuisti hō ꝛ sic de alijs. gꝰ quocienscūq; fuisti parisiꝰ totiens fuisti hō. Improbat sic. bñ sequit quocīēscūq; fuisti parisiꝰ totiens fuisti hō. sz bis fuisti parisiꝰ. gꝰ bis fuisti hō. ꝓñs ē falsū gꝰ illud ex quo sequitur. patet ꝓña. qr bis importat interruptionē actꝰ essendi hominē. talꝫ aūt actꝰ nō fuit interruptꝰ illa vice gꝰ sequit q sophisma ē falsū

Ad sophisma respōdet autor dicēs q ē simpl'r falsuz. ꝛ pbatio eiꝰ nō valet qr secūda ps copulatiue in qualibz ꝑmissaz ē falsa gꝰ cū ōr ꝛ illa vice fuisti hō illud ponit interruptionē essēdi hoiem. ꝛ qr ille actꝰ nō fuit interruptꝰ prima vice q̄ fuisti parisiꝰ. nec posset itez incipe ꝛ illud importaꝫ cū ōr ꝛ alia vice fuisti hō. ideo nō valz ꝓña. Et q̄uis hec aduerbia bis ter ąter nō iportāt interruptionē actꝰ tpis tñ iportāt interruptionē actꝰ vbi cui adiūgunt ad quē terminuz sequitur interruptio

Sciendum est tercio q

sicut dicit autor in textu si i hoc sophismate poneretur hoc sincathegorema quantumcūq; et diceretur quantumcūq; fuisti parisius ꝛc. tunc sophisma esset verum eo q hoc aduerbium quātumcūq; non distribuit terminum pro temporibus mensurantibus actum interruptum sed pro temporibus mensurantibus actum continuum. et tunc in hac consequentia quandocunq; fuisti parisius fuisti homo. bis fuisti parisiꝰ ergo bis fuisti homo. est fallacia figure dictōnis eo q mutatur species vnius predicamenti in aliam. quātumcūq; enim importat quantitatem continuaz bis vero importat quantitatem discretam. Alii qui tamen ad predictuz sophisma respondent q sicut iacet in textu est simpliciter verum eo q quocienscunq; non cadit in terminum huius quod est fuisse hominem sed huius qō est fuisse parisiꝰ

et ideo ſz^m ipſos ſenſus ſophiſmatis eſt ille quocienſcūqz fuiſti pariſius tu totiens exiſtens pariſius fuiſti homo. et illud videtur eſſe verum vt dicunt. Sed iſta reſponſio non eſt vera quia illud aduerbium totiens dicat interruptionem actus eſſendi hominem vt notum eſt. Ex quo patet q eſt ſimpliciter falſum.

Sed contra predicta arguitur

Primo ſic. ſigna diſtributiua ſubſtantie ſufficiunt ad diſtribuendum omnes ſpecies ſubſtantie ſic q poſſunt facere diſtributionē in qualibet ſpecie de genere ſubſtantie. ergo ſimiliter in genere quantitatis illud ſignum debet ſufficere ad diſtribuendum pro omnibus ſpeciebus quātitatis. ergo male diuiduntur ſigna diſtributiua quantitatis. Secundo arguitur ſic. h^o ſignum quocienſcunqz eſt diſtributiuum numeri qui eſt quantitas permanens ergo non eſt diſtributiuū temporis qō eſt quantitas ſucceſſiua. Tertio arguitur ſic. omne ſignum diſtributiuum eſt diſpoſitio ſubiecti in ordine ad predicatum. ſed nullum ſubiectum propoſitionis ſignificat per modum temporis quia hoc ſoli verbo conuenit modo verbuz habet rationez predicati. ergo quocienſcūqz ē diſtributiuū tpis. Quarto arguit contradictoria ſophiſmatis ē fl^a g^o ſophiſma ē verū. patet quia hec eſt contradictoria aliquocienſ fuiſti pariſ^o z non fuiſti hō illa enim ē falſa.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q omnes ſpecies ſubſtantie conueniunt in hoc q eſt ſignificare per modum per ſe ſtantis ideo aliquod ſignum poteſt diſtribuere pro omnibus individuis cuiuſlibet ſpeciei. Sed non oēs quantitates habent ſimilem modum conuenien di vel denominandi ideo ponūtur diuerſa diſtributiua pro diuerſis ſpeciebus quantitatis. z ſic non eſt ſimile. Ad ſecundam dicitur q hoc ſignum quocienſcūqz directe diſtribuit pro tempore accepto per modum ſucceſſiui z ex conſequēti pro numero in quantum tale tempus diuiſibile eſt in prius z poſterius. Ad tertiam dicitur q ſigna diſtributiua ſubſtantie que diſtribuunt reſpectu ſuppoſitorum ſemper ſunt diſpoſitiones ſubiecti. ſed non oportet de ſignis diſtributiuis accidentiuz. quia quandoqz poſſunt dicere diſpoſitionem per modum actus. Ad quartam dicitur q illa non eſt ſua contradictoria ſed illa quocienſcūqz fuiſti pariſius non totiens fuiſti homo. vel illa non quocienſcūqz fuiſti pariſius totiens fuiſti homo.

Equitur de infinito qō quinqz modis dicitur.

Primo modo dicitur infinitum quod non poteſt pertrāſiri vt vox dicitur inuiſibilis quantum ad viſum quia eſt inuiſibilis eo q nō eſt apta nata videri. Alio modo dicitur infinitum quod habet tranſitum imperfectum eo q nondum eſt terminatum tamen aptuz natū eſt terminari. vt dum aliquis tranſit ſpacium z nondum peruenit ad ſuuz finem. Tertio modo dicitur infinitum ſm appoſitionem vt numerus augmētabilis eſt infinitum appoſitione vnitatis vel alterius numeri

Quarto modo dicitur infinitum ſm diuiſionem vt continuum. omne autem continuum diuiſibile eſt in infinituz. vnde ſic diffinitur ab ariſtotele in quarto phiſicorum. continuuz eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia.

Alio modo dicitur infinitum vtroqz modo ſcz per appoſitionem et diuiſionem vt tempus. cum enim tempus ſit continuū eſt diuiſibile in infinitum in diuiſione. z cum poſt vnuz temp^o veniat aliud tempus. ſic per appoſitionem vnius temporis ad aliud ē finitum. Et quoad has tres vltimas ſignificatōnes diffinitur ſic infinitum. Infinituz eſt cuius quantitatem accipien

tibus semper est extra sumere. vt si post vltimaz partem linee accipiatur alia.et post alteram tertiam et nunq̃ possit attingi termin9 eius ideo linea dicitur infinita. Solet autem poni q̃ infinitum quandoq̃ sumitur ꝑ termino cõmuni.7 tunc ista propositio infinita sũt finita equivalet huic.aliqua infinita sunt finita. quandoq̃ sumitur pro signo distributiuo et tunc illa equipollet huic quoad distributionem quolibet plura sunt infinita.et probatur sic. vno plura sunt finita. duob9 plura sũt finita.tribus plura sunt finita 7 sic de alijs.ergo quolibet plura sunt finita.7 sic dicitur facere intrascalarem distributionẽ vel interruptam.vel disiunctiuam. quia hec dictio plura in prima propositione supponit pro duobus .et deinceps in secunda pro tribus et sic gradatim 7 scalariter ascendendo. et sic ista oratio quolibet plura facit distributionem interscalarẽ quia pro alijs supponit hoc q̃ dico quolibet et pro alijs hoc dico plura ꝺm numerum ascendendo vt dictum est. Circa predicta queritꝝ de hoc sophismate.infinita sunt finita. Probatio.duo sunt finita. tria sunt finita 7 sic in infinitum.ergo infinita sunt finita. Improbatio ibi predicatur oppositus de opposito ergo locutio est impossibilis. Potest etiam sic probari. quelibet plura sunt finita ergo infinita sunt finita. Solutio quidaz distingunt eo q̃ finitus est equiuocum ad infinitũ quo ad nos.et ad infinitum simpliciter. Unde si sumat infinitum quoad nos prima potest esse vera et non predicatur oppositus de opposito. quia infinita quo ad nos sũt stelle 7 arene maris que nõ sunt infinite simpliciter si autem sumatur infinitum simpliciter est simpliciter falsa 7 ꝑdicatur oppositus de opposito Alij autem distingunt eo q̃ infinitum potest esse terminus cõmunis 7 sic prima est falsa. vel potest esse dictio sincathegoreumatica importans in se distributionem sicut dictum est. 7 sic ponunt eam esse veram.

Sed neutra istarum solutionum valet. quia si remoueatur vtraq̃ distinctio 7 sumatur infinitum simpliciter 7 ꝺm q̃ est terminus communis adhuc remanet probatio 7 improbatio huius sophismatis.vnde dicẽdus

est q̄ prima simpliciter est falsa et probatio peccat ꝺm quid ad simpliciter. quia infinitum appositione est infinituz quodam modo z non simpliciter. Unde cum accipit partes numeri ꝺm appositionem vt duo z tria nō accipit infinituz simpliciter sed quodammodo siue ꝺm quid. et ideo nō potest ex his inferri infinitum simpliciter.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ cō sequenter autor determinat de hoc nomine infinitum. vnde infinitum dicitur quasi non finituz per negationem finis et termini. Et quia habere finem vel terminum pertinet ad quantitatem q̄ finitum z infinitum soli quantitati conueniunt. ideo cuz signis distributiuis quantitatis conueniunt determinatur de infinito propter conuenientiam quā habent cum ipsis. cum enim infinitum est distributiuum semper distribuit pro partibus quantitatis continue vel discrete. Et q̄ omne multiplex indiuisum parit confusionem: ideo ponit distinctionem modoꝝ infiniti dicēs q̄ infinituz dicitur quinq; modis. Primo modo negatiue qđ nullo modo potest pertransiri eo q̄ non habet quantitatem vt punctꝰ vel vnitas ꝛc| et vox isto modo dicitur infinita quoad vsuz q̄ non est nata videri. Secundo modo dicitur infinitum qđ nonduz est determinatum tamen aptū natuz est determinari. sicut linea si per impossibile ab ipsa essent semota puncta ipsaz determinācia. vel similiter lignum ita q̄ cum difficultate ē pertransibile. z similiter profunditas maris que quāuis sit pertransibilis: tamen propter causaz extrinsecam scz propter aquaz ibi existentem nō potest pertransiri. Tertio dicitur infinitum per appositionem sicut numerus potest augmentari in infinitum addendo vnitatez vnitati. Quarto mō dicitur infinitum ſz ꝺm diuisionez. vt continuū dicitur esse diuisibile in infinitum in potentia diuisionis. Quinto mō dicitur infinituz ſz ꝺm vtrūq; scz ſz ꝺm appositionē z diuisionē simul sicut tēpꝰ.

Et horum modoꝝ sic habetur sufficientia. q̄ omne infinitum est impertransibile vel ergo nullum habet transitum nec aptum natuz ē pertransiri z sic est primus modus. vel habet transitum ſz ꝺm aptitudinem z non ſz ꝺm actum. z hoc dupliciter. q̄ vel ille transitus potest perfecte terminari z sic est secundus modus ſz ꝺm quā dicit infinituz quoad nos. vel soluz imperfecte z hoc tripliciter. quia vel hoc attenditur ſz ꝺm appositionē solum z sic est tertius modus. vel ſz ꝺm diuisionez solum z sic est quartus modus. vel ſz ꝺm vtrūq; z sic est quintus modus.

Sciendum est secundo q̄ infinitum ſz ꝺm q̄ accipitur tribus vltimis modis est infinitum in potentia cuius diffinitio talis ē Infinitum est cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid extra sumere. vt si linea diuidatur in duas medietates potest iterum diuidi medietas in duas z sic de aliis partibus. igitur in illa diuisione contingit aliquid accipere semper preter partes prius acceptas. Et huius ratō potest assignari q̄ oportet q̄ diuisio cadat vel supra punctum extremum vel supra punctuz medium. non supra punctum extremuz q̄ sic nihil auferretur de linea per diuisionez ergo ſp cadit supra aliqđ punctum quod est medium inter qđ z vltimum punctum necessario est linea. q̄ inter quecūq; duo puncta est linea media et etiam q̄ in linea sunt infinite partes ideo habz diuidi in semper diuisibilia z sic bene diffinitur continuū qđ est diuisibile in semper diuisibilia.

Sciendum est tercio q̄ circa hoc signum infinitum autor mouet hoc sophisma. Infinita sunt finita. Probatur sic. duo sunt finita. tria sunt finita z sic in infinituz. ergo infinita sunt finita. Improbatur sic. ibi predicatur oppositum de opposito ergo sophisma ē falsum. Ad hoc sophisma respondēt aliqui per distinctionem dicentes q̄ si infinituz capiatur p infinito quoad nos sic sophisma est verum z nō predicatur oppositum de oppositum eo q̄ infinita quoad nos sunt simpliciter finita vt numerꝰ stellarum est finitus z tamen est infinitꝰ quoad nos si vero accipiatur pro infinito simpliciter siue ſz ꝺm naturam sic est simpliciter falsuz z ibi predicatur oppositum de oppositum. Alij vero ponūt aliam distinctionem dicentes q̄ si infinitum capiatur cathegoreumatice sic sophisma est falsuz si vero accipiatur sincathegoreumatice ipsuz est verum. Istas tamen solutiones reprobat autor in textu dicens q̄ cuz istis distinctionibus remanent probatio z improbatio sophismatis. et sic non bene soluunt. Ideo aliter respondet dicens illud sophisma esse simpliciter falsum. et ad probationem dicit q̄ in ea cōmittit fallacia ſz ꝺm quid ad simpliciter cū procedat ab infinito ſz ꝺm appositionē qđ est infinitum ſz ꝺm quid ad inferendum infinitum simpliciter. Unde vt dicitur in textu infinitum potest capi dupliciter. vno modo cathegoreumatice. i. significatiue z tūc est terminꝰ cōmunis z potest esse subiectum vel predicatum

propositionis ⁊ tantuz valet sicut res infinita. ⁊ hoc modo facit propositionē indefinitam vt sensus huius propositionis infinita sunt finita est iste res infinite sunt finite. Alio⁹ sumitur sincathegoreumatice ⁊ sic est signum vniuersale includens terminum siue distributionis. et hoc modo facit ppōnem vniuersalem ideo sensus huius propositionis infinita sunt finita est iste quelibz plura sunt finita. Et debet sic probari vno plura sūt finita duobus plura sunt finita ⁊ sic de alijs g⁹ infinita sunt finita vel quelibet plura sunt finita

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. omne finituz per continuaz ablationem finiti tandem consumitur. ergo in continuis non contingit procedere in infinitum sz⁹ diuisionem. igitur male ponuntur modi infiniti.

Secundo arguitur sic. tempus capit extensionem a motu ⁊ motus a mobili. sed nullum mobile est infinitum per appositionem. ergo tempus non potest esse infinituz per appositionez. Tertio arguitur sic. bene sequitur omne signum distributiuum facit propositionem vlem. sed infinitum non est huiusmodi g⁹ nō est signuz distributiuuz quātitatis. minor patet qz hec nō ē vlis infiniti homines currunt. Quarto arguit sic in probatione sophismatis arguitur a partibus totius in quantitate ad suum totum cum infinitum possit facere ppōnem vlem. g⁹ in pbatione non cōmittitur aliqua fallacia.

Ad rationes. Ad primā

dicitur q diuidendo continuz per partes equales omne continuum per ablationem partis finite tandez consumitur sed diuidendo per partes integrales ⁊ in partes eiusdez proportionis hoc modo non potest consumi. Ad secundaz dicit q quantū ad partes extensionis quas habet accidens in subiecto tempus capit extensionem a motu ⁊ motus a mobili. sed quantum ad temp⁹ terminationis motus ⁊ tēpus non capiunt extēsionem a mobili sed magis ex applicatione continua vel ex reiteratione mobilis supra idem spacium ⁊ illa potest esse infinita. Ad tertiaz dicit q infinitum captuz sincathegoreumatice includens terminuz siue distributionis facit ppōnem vlem sed nō cathegoreumatice sumptuz. Ad quartaz dr q in probatione sophismatis partes nō possunt sufficienter enumerari qz sub hoc q est infinitum infinite partes deberent accipi. mō oēs que sunt accepte ⁊ possunt esse accepte sunt finite. Et hec de sexto tractatu dicta sufficiant.

Sequitur tractatus septimus de Expositione.

Propositio exponibilis est propositio habens obscurum sensuz expositione indigentē propter aliquod sincathegoreuma in ea implicite vel explicite positum in aliqua dictione vt in hac tm̄ homo ē animal. sortes incipit esse albus. infinita est linea et sic de alijs. Pro quo sciendum est q ea que faciunt propositionem exponibilez sūt in multiplici differentia. Quia quedaz sunt signa exclusiua vt tm̄ solum. quedaz exceptiua vt preter nisi. quedam reduplicatiua vt inquantū hm qō. quedaz vero important inceptionez vl̄ desinitionem vt incipit desinit. quedam important priuationē finis vt infinitum. quedam important excessum vt comparatiui ⁊ superlatiui gradus. quedā vero distinctionez vt differt aliud ab ⁊ sic de alijs. quedam vero important specialem modū distributionis vt totus quilibz ⁊ sic ō alijs. Unde propter illa propositō redditur obscura sic q indiget expositione. et ideo dicuntur facere propositionez exponibilem quare de ipsis videndum est per ordinem. et primo de exclusiuis

Tractatus septimus

Iste est septimus tractatus parvorum logicalium magistri Petri hispani qui postq̃ determinauit de quadam proprietate termini scilz de distributione. hic consequenter determinat de propositionibus exponibilibus. Cuius ordinis ratio ẽ quia distributio est proprietas consequens significationem actualem distribuibilium. expositio vero concernit significationem virtualem vt patebit in sequentibus. Vel ex alio sumitur ordo. quia suppositio relatio ampliatio et sic de alijs sunt proprietates terminorum incõplexorum. expositio vero ẽ proprietas termini complexi que tamen sibi cõuenit ab aliquo incõplexo puta ab aliquo sincathegoreumate in eo incluso. ideo cõuenienter post alios sex tractatus determinat d̃ exponibilibus. quia sicut incõplexus sꝫ naturã precedit complexum sic passio incomplexi precedit passionem complexi.

Sciendum est primo q̃

sicut terminus sub ratione distribuibilitatis est subiectum precedentis tractatus. sic propositio sub ratione exponibilitatis est subiectum istius tractatus. Quod probatur q̃ propositioni exponibili conueniunt conditiones subiecti attributionis. est enim quoddaꝫ vniuersale non quidem reale sed intentionale ⁊ habet partes scz ꝓpõnes cathegoricaꝫ ypoteticam vlem particulares indefinitam ⁊ singulares. Et eius passio est expositio

Et si quis dicat propositio exponibilis ẽ quid complexum ergo non est subiectum. Item ꝓpõ exponibilis includit subiectum ⁊ passionem g̃ nõ debet dici subiectum cuius subiectum alicuius scientie debeat esse vnum. Ad hoc respondetur q̃ licet propositio exponibilis sit quid complexum quantũ ad significatum proprium: tamen quantum ad significatum circumlocutũ est quid incomplexũ et illud totum circumloquitur aliquã intentionẽ sꝫ quã expositio est passio. Et cuius propositio nõ possit esse subiectum eo q̃ transcẽdit metas huius tractatus. nec similiter exponibilitas est subiectum cuius sit passio eius. tamen hoc totum propositio exponibilis circũloquitur nobis proprium subiectum huius tractatus. Unde expositio potest capi dupliciter. vno mõ pro quadã manifestatione sensuali a qua sumitur silogismus expositorius. et tunc solet sic diffiniri. Expositio ẽ manifestatio quedaꝫ ad sensuꝫ accipiens aliqua duo vni ⁊ eidem conuenire ⁊ alteri disconuenire inferens illa inter se conuenire vel disconuenire Et hoc modo nõ sumitur in proposito sed ẽ vna species argumentationis reductiue cõtenta sub silogismo licet non sit verus silogismus ⁊ nõ est in modo alicuius figure. Alio modo sumitur expositio vt ẽ manifestatio complete ⁊ clare explicans significationeꝫ alicuius ꝓpõnis habentis sensum obscurum. ⁊ illo modo sumitur in proposito. Et si quis dicat de tali propositiõe exponibili non est sciencia ergo hic nõ debet determinari de eius expositione. antecedens patet quia sciencia est ens reale ergo debet esse de ente reali. modo propositio exponibilis non est ens reale ergo de ipsa non est sciencia. Ad hoc respondet q̃ licet omnis sciencia quidditatiue sit ens reale tamen denominatione facta ab obiecto aliqua ẽ rationalis ideo nõ oportet q̃ omne illud de quo habetur sciencia sit ens reale sed sufficit q̃ habeat fundamentum in re ⁊ passiones per eius rationem formalem demonstrabiles.

Sciendũ est secundo q̃

consequenter autor diffinit propositionem exponibilem dicens. Propositio exponibilis est propositio habens sensum obscurum que indiget expositione propter aliquod sincathegoreuma explicite vel implicite in ipsa positum vt tantuꝫ homo currit. In qua diffinitione ponitur propositio loco generis non q̃ sit verus genus quia secunde intentiones non sunt in aliquo genere predicamentali ideo in ipsis non sunt vera genera nec vere species. Et totum residuum ponitur loco differentie quia per hoc differt ab alijs sex proprietatibus terminorum. et a propositione non exponibili que habet sensum lucidum ⁊ clarum

Et quia talis sensus obscurus prouenit ex parte alicuius sincathegoreumatis posset aliquis querere vtrum omne sincathegoreuma faciat propositionem exponibilem. Pro cuius solutione ẽ aduertendum q̃ sincathegoreumata sunt in multiplici differentia. sunt enim quedam que important affirmationem tantum vt omnis quilibet ⁊ sic de alijs. quedam vero important negationeꝫ tantum vt nullus nihil ⁊ sic de similibus. quedaꝫ vero sunt que includunt affirmationem ⁊ negationem vt sunt dictiones exclusiue exceptiue ⁊ sic de alijs. Et ita respondetur q̃ nõ omne sincathegoreuma facit propositionem exponibilem. sed solum illa que includunt affirmationem ⁊ negationem vt clare videbitur in sequentibus.

Sciendum est tercio q̃

signa que faciunt propositionem exponibilẽ sic diuidũntur. quia quedaꝫ sunt signa exclusiua vt tantuꝫ solus. et quedam sunt exceptiua vt potest nisi ꝛc. quedam reduplicatiua vt inquantum vt scõm q̃ ipsum. quedam definitionem vel inceptionem significantia vt incipit ⁊ definit. et quedã priuationem finis importantia vt infinituꝫ. quedam excessum importantia vt comparatiui ⁊ superlatiui gradus. alia sunt que important diffe-

rentiam siue distinctiones vt differt aliud ab ꝛc| et quedam important specialem modum distributionis vt totus qualelibet ꝛ sic de alijs. Et istorum sic potest haberi sufficientia. quia omne illud qđ facit propositionem exponibilem in suo significato importat diuersitatem seu differentiã vel non. si primum sic sunt, ea que important distinctionem vt differt aliud ab ꝛc|. Si secundum hoc est dupliciter. quia vel important specialem modum distribuendi aut non. si primum hoc est dupliciter. quia vel important specialem modus distributionis virtute propria vt totus qualelibet ꝛc|. vel ipsis conuenit ratiõe negationis que in ipsis includitur ꝛ sic sunt gradus comparatiui vel superlatiui quia important cum excessu quandam distributionem ratione negationis q̃ quidem distributionem significant. Aut non important specialem modum distributionis ꝛ hoc dupliciter. qr vel dicunt rem in fieri ꝛ sic sũt ea q̃ important inceptionem. ꝛ quia vnum oppositorum dat intelligere reliquum per illa intelliguntur illa que important desinitionem. Vel dicunt rem in facto esse et hoc dupliciter. quia aut carent fine et sic sunt ea que priuationem finis important vt infinitum. Aut non carent fine ꝛ hoc dupliciter. quia vel illa designantur in aliquo coniungi puta in cõmuni et sic sunt reduplicatiua. vel non et hoc est dupliciter. quia vel se excludunt ab aliquo actu ꝛ sic sunt exceptiua. aut excludunt aliqua contenta pluribus distributionibus distributa ꝛ sic sunt signa exclusiua.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic. Expositio est quedam species argumentationis de qua sufficienter determinatũ est in noua logica ergo hic male determinatur.

Secundo arguitur sic. nulla est propositio exponibilis. ergo male fit specialis tractatus de propositione exponibili. antecedẽs patet quia exponibile est quedam proprietas termini seu expositio. et terminus est in quez resolutur propositio vt habetur primo priorum. ergo sequitur q̃ non est passio propositionis. Tertio arguit̃ sic alique sunt propositiones exponibiles in quib⁹ non ponitur sincathegoreuma. ergo male ponitur illa particula in diffinitioe propositionis exponibilis. Quarto arguitur sic. omnis bona diuisio debet esse bimembris. sed diuisio eorum que faciunt propositionem exponibilem non est bimembris. ergo non est sufficiens.

Ad rationes. Ad primã

dicitur q̃ nõ sumitur hic expositio vt est species argumẽtationis sed aliter vt patuit in primo notabili. Ad secundam dicitur q̃ similiter nõ accipitur expositio prout attribuitur termino qr ppõ est id quod exponitur sed sumitur eo mo q⁹ dictum est prius. Ad tertiam dicitur q̃ nulle sunt propositõnes exponibiles si nõ sint aliqua sincathegoreumata in ipsis formaliter vel virtualiter. ꝛ si forsan alique habeant sensuz obscurũ ꝛ hoc nõ proueniat ex sincathegoreumate tales non debent dici ꝓpositõnes exponibiles. Ad quartã dr q̃ diuisio generis debet esse bimẽbris nõ tñ diuisio multiplic| equinoci. Vel dr q̃ illa diuisio reducit̃ ẽ ad bimẽbrẽ vt patuit i sufficiẽtia.

Equitur de signis exclusiuis. vnde signa exclusiua sunt que ex sua consignificatione exclusionem important ꝛ a quibus redditur propositio exclusiua vt sunt iste dictiones. solus vnicus tantuz tantũmodo dumtaxat et sic de alijs. hec autem signa quando q̃ excludunt gracia alietatis. et quandoq̃ gracia pluralitatis. et quandoq̃ ponuntur in oratione sine negatione. ꝛ quãdoq̃ cum negatione precedente aut sequente. De istis autez tales dantur regule. Prima est q̃ propositio exclusiua sine negatione exponitur per vnaz copulatiuam affirmatiuaz cuius prima pars est preiacẽs exclusiue. et secunda pars ẽ negatiua importans negationem predicati de omnibus alijs a subiecto. vt tãtum homo currit id est homo currit et nihil aliud ab homine currit. vel tantum apostoli dei sunt duodecim id ẽ apostoli dei sunt duodecim ꝛ non plures q̃ duodecim. Secunda regula

est q̄ propositio exclusiua huiꝰ generis infert copulatiuam cō positam ex duabus exponentibus siue componētibus. ꝛ quālibet earum seorsum ꝛ non ecō tra. vt tantū homo currit. ergo homo currit. et nihil aliud ab homine currit. Tertia regula est q̄ ab exclusiua affirmatiua ad vniuersalem de terminis transpositis est bona consequēcia si fiat exclusio gracia alietatis et non econtra. vt tantū animal est homo. ergo omnis homo ē animal. Quarta regula est q̄ exclusiua contradictoria prioris exponit̄ per disiunctiuam affirmatiuam de partibus contradicentibus prioris exclusiue. vt ista non tantum hō currit id est nullus homo currit vel aliquid ab homine currit. patet ex virtute cōtradictionis quia vtrobiꝫ seruatur oppositio contradictionis. ex hoc etiā patet qualiter in eis valeat consequentia. Quinta regula ē exclusiua in qua ponitur vna negatio sequens exclusionez exponitur per vnam copulatiuaz affirmatiuaz cuius prima pars est negatiua preiacens. alia est affirmatiua in qua predicatum affirmatiue enunciatur de quolibet alio. vt tm̄ accidens non est substantia id est accidēs nō est substantia. ꝛ omne aliud ab accidente est substantia. et per hoc patz qualiter contradictio eius est exponenda et qualiter valet cōsequentia in exclusiuis

Circa hunc textum notandus est primo q̄ post q̄ autor determinauit de propositione exponibili in cōmuni. consequenter in hac parte determinat de signis exclusiuis primo sic diffiniens ipa Signa exclusiua sunt illa que exclusionez important ꝛ a quibus propositio redditur exclusiua. vt sunt ille dictiones tantū solus dumtaxat ꝛ sic de aljs. Et notanter dicitur que exclusionem importantiquia vt postea videbitur. signa exclusiua nō dicuntur exclusiua eo q̄ significent exclusionem quia vt probatur ibi nulla dictio significat actum quaz exercet. Sed dicuntur exclusiua eo q̄ exclusionem exercent. Unde ille dictiones tantuz solus dicuntur dictiones exclusiue ab exclusione exercita ꝛ non signata. sicut securis exercet id quod est scindere ita hoc idem probatur de signis exclusiuis supponendo q̄ exclusio capitur dupliciter. Uno modo vt concepta. alio modo vt exercita. vnde hoc nomen exclusio significat exclusionem. sed ista sincathegoreumata tantuz solus exercent illaz exclusionez sicut equitatio vt concepta significatur per hoc nomen equitatio. sed per equum exercetur equitatio.

Ex quo patet q̄ dictio exclusiua non significat exclusionem sed exercet eam. Et posset sic formari ratio quia si significaret exclusionem aut significaret eam vt conceptam vel vt exercitam. nō vt conceptam quia significaret eam per modum substantie ꝛ hoc conuenit huic nomini exclusio. nec vt exercitaz quia illo modo significatur per hoc verbum excludo. Ex quo patet q̄ dictio exclusiua tantum exercet exclusionem. Et sic potest diffiniri propositio exclusiua. est illa in qua ponitur dictio exclusiua dum tamen illa dictio teneatur exclusiue ꝛ feratur ad copulam principalem. si vero non feratur ad copulam principalem tunc non esset proprie propositio exclusiua sed de subiecto exclusо vel predicato.

Sciendum est secundo

q̄ vt patet in textu signa exclusiua quandoqz excludunt gracia alietatis vt tantum homo est risibilis que sic exponitur homo ē risibilis ꝛ nihil aliud ab homine est risibile. Quandoqz vero excludunt gracia pluralitatis vt hec tantuz deces

sunt predicamenta.que sic exponitur decez sunt predicamenta z non sunt plura ꝙ decem.Quandoqz vero ponuntur sine negatione vt tantum homo est animal. Quandoqz vero cum negatione precedente vt non tantum animal est homo. Quandoqz vero cum negatione sequente signū exclusiuum vt tantuz homo non est substantia. Et quandoqz cum negatione preposita z postposita simul vt non tantuz animal non est substantia.que contradicit illi in qua tantum postponitur.Et illa in qua preponitur negatio tantuz cōtradicit illi in qua ponitur sine negatione precedente z sequente. Et iuxta hanc diuisionem ponuntur diuerse regule de modo exponendi tales propositiones sz ꝙ negatio precedit vel sequit Unde de propositionibus exclusiuis in quibus dictio exclusiua cadit supra totam propositionē sine negatiōe talis datur regula. Omnis propositio exclusiua affirmatiua habet exponi p vnaz copulatiuam cuius prima pars affirmat predicatum de subiecto z illa dicitur esse prelacens ipsius.Secunda vero negat ipsum a quolibet alio a subiecto vt tantuz homo est animal sic exponitur.homo est animal et nihil aliud ab homine ē animal.vel sz ꝙ alios homo est animal z nullꝰ nō homo est animal.Unde prelacens propositōnis exclusiue est propositio sumpta sine dictione exclusiua cui tamen potest addi signuz exclusiuuz. vt ista homo currit dicitur esse prelacens huic tantuz homo currit. Et ad maiorem noticiam horum habendam est aduertendum ꝙ vt videbitur in sincathegoreumatibꝰ ad exclusiones quatuor requiruntur. Primo requiritur excludens. z illud est duplex scz principale vt intellectus.et instrumentale vt est signum exclusiuum.Secundum est exclusum scilz aliud a subiecto a quo fit exclusio.Tertiuz est id a quo fit exclusio z illud est subiectum.Quartum est illud respectu cuius fit exclusio. Et vltra est aduertenduz ꝙ propositio exclusiua affirmatiua infert copulatiuaz ex duabus exponentibus z quālibet earuz seorsum vt bene sequitur tantum animal currit ergo animal currit z nihil aliud ab animali currit. et similiter infert quamlibet earum seorsuz.Et vt habetur in textu ab exclusiua affirmatiua ad vniuersalem affirmatiuaz de terminis transpositis est bona consequētia z econtra vt bene sequitur tantuz animal est homo ergo omnis homo ē animal.omnis homo est animal.ergo tm̄ aial ē hō.

Sciendum est tercio ꝙ

propositio exclusiua contradictoria prioris scilz illa in qua ponitur negatio precedens dictionez exclusiuam habet exponi pervnam disiunctiuaz affirmatiuaz de partibus contradicentibus partibus prioris negatiue copulatiue vt ista nō tm̄ homo currit sic exponitur nullus homo currit vel aliquid aliud ab homine currit. Unde partes copulatiue affirmatiue contradicunt partibꝰ disiunctiue affirmatiue.puta iste due hō currit z nihil aliud ab hoie currit. et nullꝰ hō currit vel aliquid aliud ab homine currit.Quod patz quia sunt de partibus contradicentibus scz de propositionibus in quibus ponitur negatio ad copulam. Sed de propositionibus in quibus ponitur negatio ad copulam sequens signuz exclusiuum talis datur regula. Omnis propositio exclusiua in qua ponitur sola negatio sequens exclusionem exponitur per vnam copulatiuam cuius prima pars est prelacens z negatiua.secunda vero est affirmatiua in qua predicatum affirmatiue dicitur de quolibet alio a subiecto vt hic tantū accidens non est substantia. exponitur sic accidens non est substantia z omne aliud ab accidente est substantia.Sed pro sua contradictoria ponitur talis regula. Omnis propositio exclusiua in qua preponitur z postponitur negatio signo exclusiuo exponitur per vnam disiunctiuam de partibus contradicentibus partibꝰ prioris copulatiue.vt ista non tantuz accidens non est substantia sic exponitur omne accidens ē substantia vel aliquid aliud ab accidente non ē substantia.Et eodem modo diceretur de istis nō tm̄ homo non est non homo.non tm̄ equus non est non equus. Est vlterius aduertenduz ꝙ regule predicte sunt intelligēde quando dictio exclusiua proprie accipitur.Et intelligitur de istis dictionibus solum dumtaxat z similibus. z non de illis que specialem modum excludendi importāt sicut sunt vnuoce precise z sic de similibus.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic.per signa exclusiua non intelligitur exclusio exercita. ergo male dicitur ꝙ signa exclusiua exclusionem exercent. antecedens patet qz exclusio exercita nō significatur per illa signa gꝰ nō intelligitur.qz significare est intellectum dare siue constituere. Secundo arguitur sic.illud qđ exponitur gracia alietat exponitur gracia pluralitatis aut exponi potest.ergo male dicitur ꝙ signa exclusiua quandoqz excludunt gracia alietatis z quandoqz gracia pluralitatis

Tertio arguitur sic.ꝓpositio non est vniuersalis in qua signum vle negetur.gꝰ illa nō est exclusiua in qua dictio exclusiua negatur. Quarto arguitur sic.nō sequit tm̄ aialia sunt sensibilia.ergo omnia sensibilia sunt animalia qz antecedens est verꝝ z ꝯsequens est falsuz.quod probatur quia lapides sunt sensibiles z tamen non sunt animalia. ergo arguendo ab exclusiua ad vlem de terminis transpositis nō valet ꝯña.

Ad rationes. Ad primā

dicitur ꝙ ad hoc ꝙ aliqua dictio det aliquid in-

telligere nō oportet ꝙ illud exerceat nec econtra puta si exerceat non oportet ꝙ significet. modo signa exclusiua bene significant exclusionem et dant intelligere eam. Ad secundam dicitur ꝙ licet aliquando illud quod exponitur gracia alietatis possit exponi gracia pluralitatis vt ista tm̄ sunt quinq; predicabilia. non tamen semper potest exponi gracia pluralitatis vt ista sola species immediate predicatur ō pluribus individuis ideo ratio non bene assumebat. Ad tertiam negetur consequentia quia non est simile qz quātitas est accidens propositionis ⁊ sic potest negari per negationem aduenientem. sed exclusio est de essentia propositionis exclusiue ideo non potest mutari per aduentuz alicuius negationis Alij soluunt aliter concedendo ꝙ illa non est exclusiua in qua negetur exclusio eo ꝙ dictō exclusiua per negationez impeditur ne teneatur exclusiue sicut ppō copulatiua in qua negef̄ ꝓiūctio non proprie dicitur copulatiua sed disiunctiua. sed prima solutio dicitur melior. Ad quartaz dicitur ꝙ si sensibile teneatur vniuoce in ambabus tunc consequentia est bona. si vero sensibile teneatur equiuoce scilz in exclusiua pro sensibili actiue dicto ⁊ in alia vniuersali de terminis trās positis pro sensibili passiue dicto sic non valet consequentia. Et regula intelligenda est dum termini teneantur vniuoce in ambabus. ⁊ dum fiat exclusio gracia alietatis.

Equitur de dictionib⁹ exceptiuis. dicūtur autem dictiones exceptiue que significāt exceptionē alicuius cōtenti sub aliquo distributo. cuiusmodi sūt preter preterq̄ et sic de alijs. De quibus dantur tales regule. Prima ē ꝙ omnis exceptio fit a toto in quantitate seu a termino sumpto sub signo vniuersali. est autē totum in quantitate terminus cōmunis cōmuniter sumpt⁹ cuz signo vniuersali vt omnis hō preter sortem currit. Secunda regula ē ꝙ dictio exceptiua non impedita facit terminum cōmunem supra quaz cadit immediate supponere simpliciter vt omne animal preter hominē est irrationale. ibi hominez supponit simpliciter. Tertia regula est ꝙ vniuersalis affirmatiua exceptiua exponitur copulatiue per tres cathegoricas exponentes. quarum prima affirmat p̄dicatum de subiecto sūpto cum aliud ⁊ ab. secunda affirmat predicatum de termino excepto. tertia est negatiua in qua predicatuz negatur de termino excepto. vt omne animal preter hominem est irrationale ista exponitur sic. omne animal aliud ab homine ē irrationale. homo est animal. et homo nō ē irrationalis. Quarta regula est ꝙ vniuersalis negatiua exceptiua exponitur copulatiue per tres propositiones. in quarum prima predicatuz negatur de subiecto sumpto cuz aliud ⁊ ab. in secunda affirmatur subiectū de termino excepto. in tercia affirmatur vniuersaliter predicatum de termino excepto vt hic. nullum animal preterq̄ hō est risibile. exponitur sic. nulluz animal aliud ab homine est risibile hō est animal ⁊ omnis hō

est risibilis. ex his patet qualiter sue cõtradictorie sunt exponende ⁊ qualiter valeat consequentia in ipsis.

Circa hunc textum notandum est primo q̃ cõsequenter autor determinat d̃ dictionibus exceptiuis. ponendo talem diffinitionem. Dictiones exceptiue sunt ille que important exceptionem alicuius contenti sub aliquo distributo respectu illius in quo fit exceptio vt iste dictiones preter p̃ter q̃ ⁊ sic de alijs. In qua diffinitõe ponit hoc relatiuum que loco generis eo q̃ dat intelligere suum antecedens qd̃ est dictio sincathegoreumatica. Et totum residuum ponitur ad differentias aliorum sincathegoreumatum reddentium ppositionem exponibilez quorum nullus importat exceptionem alicuius contenti sub aliquo distributo. Et debet eodez modo intelligi q̃ dictiones exceptiue exercent exceptionem ⁊ non significãt eam sicut dictum est de signis exclusiuis. Differunt tamen adinuicem in hoc q̃ dictio exclusiua separat totum a parte. vt cum dicitur tm̃ sortes currit. ibi significatur q̃ nullus alt⁹ a sorte currit Sed dictio exceptiua separat partem a toto respectu alicuius predicati. Cũ enim dicitur omnis homo preter sortem currit. preter separat sortem ab homine respectu cursus. et sic exceptio est separatio partis a toto respectu alicui⁹ predicati.

Ex quo patet q̃ dictio exceptiua non dicitur exceptiua ab exceptõne significata eo q̃ significet exceptionem. sed ab exceptione exercita eo q̃ scz est illud quo exceptio exercetur. vt hec dictio preter est instrumentum intellectus quo fit exercitatio exceptionis sortis ab homine distributo respectu alicuius predicati vt dicendo omnis hõ preter sortem currit. Et si dicatur q̃ preter non semper exercet exceptionem ergo male dicitur q̃ dictio exceptiua exercet exceptionem. antecedẽs patet qz dicendo tu debes centuz francos preter viginti scuta ibi preter non exercet exceptionem. et sensus illius est tu debes centum francos cũ viginti scutis. Pro solutione est aduertenduz q̃ vt videbitur in sincathegoreumatibus preter sumitur dupliciter. vno mõ proprie ⁊ sic est dictio exceptiua faciens propositionẽ exceptiuam. alio modo sumitur improprie ⁊ hoc tripliciter. vno⁹ adiectiue ⁊ tunc significat associationem vt cum dicitur sortes debet centum scuta preter expẽsas id ẽ cũ expensis ⁊ hoc modo sumitur in argumẽto p̃dicto. Alio mõ sumitur negatiue vt tu fecisti hoc preter me. i. sine me. Alio mõ sumitur diminutiue vt hic decem preter quinqz sunt quinqz. i. decẽ substractis quinqz ab ipsis remanent quinqz. ⁊ istis modis non facit propositionem exceptiuam nec est ad propositum de ipso nec de alijs

Et similiter diceretur de hac dictione nisi. accipitur enim quandoqz exceptiue ⁊ sic facit propositionem exceptiuam ⁊ tantuz valet sicut preter. vt si dicatur nullus homo nisi sortes est albus. alio modo sumitur consecutiue ⁊ sic non facit propositionem exceptiuam sed ypotheticam conditionalem vt si dicatur nisi homo esset sensitiuus homo non esset animal. sensus enim est si homo non esset sensitiuus homo non esset animal.

Sciendum est secundo q̃ vt dicitur in textu exceptio proprie habet fieri a toto in quantitate. ⁊ huius ratio est qz oportet q̃ illud qd̃ vere excipitur sit prius ſz⁹ actũ ⁊ actualiter contineatur in illo a quo excipitur. Et quia sole partes totius in quantitate sunt actualiter contente in toto suo ⁊ non partes aliorum totoꝝ nisi habeant reductionem ad totum in quantitate ideo exceptio fit a toto in quantitate ⁊ non in alijs. Et si dicatur q̃ pars integralis actualiter continetur in suo toto. ergo ab eo potest accipi ⁊ excipi. ⁊ per consequens a toto integrali potest fieri exceptio. Ad hoc respondetur negãdo consequentiaz qz hoc non sufficit ad exceptionẽ q̃ partes actualiter contineãtur in suo toto. sed cum hoc requiritur q̃ illud a quo debet fieri exceptio predicetur de excepto. modo totũ integrale nõ potest predicari de sua parte. Unde ad hoc q̃ proprie aliqua propositio dicatur exceptiua quatuor requiruntur. Primo enim requiritur q̃ illud a quo fit exceptio sit terminus cõmunis habẽs plura suppositа. ideo hec non est propria sortes preter platonem currit. si preter teneatur exceptiue qd̃ patet qz illud qd̃ excipitur debet actualiter contineri sub eo a quo excipitur. ergo si terminus non habeat suppositа nihil ab eo põt excipi. Secundo requiritur q̃ illud a quo fit exceptio predicetur d̃ excepto in recto. ideo hec nõ est propria omnis homo preter asinuz currit. qd̃ patet qz illud qd̃ excipitur debet actualiter contineri sub eo a quo fit exceptio vt visum est in prima conditione. sed sic non est hic ergo ꝛc. Secũdo patz qz illud a quo fit exceptio debet predicari de excepto per secundam conditionem sed sic non est hic igitur ꝛc. Tertio requiritur q̃ illud a quo fit exceptio verificetur de aliquo alio q̃ d̃ excepto ⁊ hoc in propositiõe affirmatiua qz nisi sic tot suppositа acciperẽtur quot suppositа exciperentur. sed hoc est falsum vt patebit in sincathegoreumatib⁹ ergo ꝛc. Quarto requiritur q̃ subiectuz a quo fit exceptio accipiatur cuz signo vsi ideo hec nõ ẽ propria hõ preter sortẽ currit.

Sciendum est tertio q̃ propositiones exceptiue cõmuniter diuersificantur quatuor modis penes affirmationem ⁊ negationem sicut dictuz est de signis exclusiuis. Quedam enim ẽ simpliciter affirmatiua in qua nulla

ponitur negatio preter illā que includitur in signo exceptiuo. vt hic omne animal preter hominē est irrationale. Alia ē in qua preponitur negatio dictioni exceptiue ꝛ talis est contradictoria prime vt hec. non omne animal preter hominem est irrationale. Alia est in qua postponitur negatio dictioni excepte vt omne animal preter hominē non est irrationale. Alia est in qua preponitur et postponitur negatio signo exceptiuo vt hec non omne animal preter hominem non est irrationale. ꝛ talis est contradictoria secunde. Et de istis dantur alique regule. Prima est omnis propositio exceptiua vniuersalis affirmatiua exponitur per vnam copulatiuam habentem tres partes. in quarum prima affirmatur predicatum vniuersaliter de eo a quo excipitur sumpto cum aliud ab precedente illud qđ excipitur. et in secunda affirmatur subiectum de eo qđ excipitur. in tertia vero remouetur predicatum vniuersaliter ab eo qđ excipitur. vt ista omne animal preter hominē est irrationale. sic exponitur. omne animal aliud ab homine est irrationale. omnis homo est aial ꝛ nullus homo ē irrationalis. Et debet intelligi ista regula si terminus exceptiuus sit cōmunis quia si esset singularis due exponentes secunde essent singulares vt patet in ista omnis homo p̄ter sortem est albus. Et posset sic probari regula quia ad veritatem exceptiue affirmatiue requiritur q̄ predicatus non insit excepto ꝛ q̄ insit cuilibet contento sub subiecto alio ab excepto. et q̄ exceptum contineatur sub eo a quo fit exceptio ergo regula ē vera. Secūda regula ē q̄ omnis ꝓpositio exceptiua vniuersalis negatiua in qua dictio exceptiua non negatur exponitur p̄ vnas copulatiuam habentem tres partes. in quarum prima negatur vniuersaliter predicatum de eo a quo fit exceptio cuius hoc aliud ab precedente dictionem exceptiuā. in secunda affirmatur vniuersaliter illud a quo fit exceptio de excepto. in tertia affirmatur vniuersaliter predicatus de excepto. vt hic nullus animal preter hominē est rationale. sic exponitur. nullus animal aliud ab hoīe est rationale. ꝛ omnis homo est animal. ꝛ omnis homo est rationalis. Tertia regula omnis ꝓpositio exceptiua in qua dictio exceptiua negat exponitur disiunctiue per vnam disiunctiuas cōpositas ex tribus cathegoricis contradicentib⁹ partibus copulatiue per quā exponitur sua contradictoria. vt ista nō omne animal preter hominem ē irrationale sic exponitur. aliquod animal aliud ab homine nō est irrationale. vel homo nō est animal. vel homo est irrationalis. Et eodem modo exponitur illa propositō exceptiua in qua preponitur ꝛ postponitur negatio signo exceptiuo scz per vnam disiunctiuam ex tribus cathegoricis compositam partibus copulatiue cōtradicentibus vt facile est videre per exemplā.

Sed contra predicta arguitur Primo sic. in hac propositione nullū animal preter hominem est irrationale. dictio exceptiua negetur gº est exceptiua negatiua ꝛ sic non debet exponi sicut dictum est. Secundo arguitur sic. propositio vniuersalis est illa que omni aut nulli inesse significat. sed dictio exceptiua vt hic omnis homo preter sortem currit non significat predicatum inesse omni aut nulli sed alicui ꝛ alicui non. ergo nō est vniuersalis. Tertio arguitur. exceptio fit a toto vniuersali vt dicendo homo est sanus preter sortem qui est eger ergo male dicitur in textu q̄ exceptio tantum fit a toto in quantitate. Quarto arguitur sic. ista ē bona propositio affirmatiua exceptiua hō preter asinum currit. ꝛ tamen illud quod excipit non continetur sz̄ actum in eo a quo excipitur. ergo ille conditiones sunt male posite.

Ad rationes. Ad primā dicitur q̄ negetur antecedens q̄ illa negatio inclusa in tali signo non negat dictionem exceptiuam vt patet in equiualenti. equiualet enim huic omne animal preter hominem non est rationale est enim vna regula generalis q̄ negatio explicita non potest negare dictionē exceptiuam. Ad secundam dicitur q̄ negetur minor q̄ subiectus istius est hoc totum omnis homo preter sortem quod tantum valet sicut aliud a sorte vel homo qui non est sortes. modo predicatū inest cuilibet suppositō illius subiecti. ad hoc enim q̄ propositio vniuersalis sit vera non oportet q̄ predicatū insit cuilibet suppositō subiecti. sed sufficit q̄ predicatum insit pro illis suppositis ad que restringitur. modo in illa propositione homo restringitur ad standum pro alio ꝑa sorte. Ad tertiam dicitur q̄ ibi non est vera exceptio sed abusiua.

Ad quartam dicitur q̄ ibi non est propositio exceptiua a parte rei licet sit sz̄ modum enunciandi. ad hoc enim q̄ aliqua sit vera exceptio requiruntur conditiones prius enumerate quarū altera ibi deficit.

Equitur de dictionibus reduplicatiuis. dicuntur autem dictiones reduplicatiue que important rationem ꝫm quā aliquid alteri attribuitur. vt inquantū scōm q̄ ea ratione qua ꝛ sic de alijs. De quibus dantur tales

regule. Prima est q̄ dictio reduplicatiua presupponit aliq̄ predicatum ineſſe alicui ſubiecto et denotat q̄ illud ſupra q̄ cadit immediate eſſe cauſaz inherentie illius. Secunda eſt q̄ dictio reduplicatiua ſemper fertur ad predicatum et nunq̄ reduplicat ipſum. Tertia eſt q̄ propoſitio reduplicatiua affirmatiua exponitur per quatuor exponẽtes affirmatiuas quarum prima affirmat predicatū principale de ſubiecto. ſecūda autem affirmat reduplicatū de ſubiecto. tertia vero affirmat p̄ dicatum principale de reduplicato. quarta eſt vna cauſalis i cui⁹ antecedente ponitur dictio ſupra quaz cadit reduplicatio de aliquo tranſcendente ⁊ in cõſequente predicatum principale affirmatur de relatiuo illius tranſcendentis vt hic. homo in quantum rationalis eſt flebilis id eſt homo eſt flebilis ⁊ homo eſt rationalis ⁊ omne rationale eſt flebile ⁊ quia aliquid eſt rationale ⁊ illud ẽ flebile. Quarta regula eſt q̄ propoſitio reduplicatiua in qua ponitur negatio poſt dictionem reduplicatiuam exponitur copulatiue per quatuor exponentes quarū prima negat predicatuz de ſubiecto. ſecunda affirmat reduplicatum de ſubiecto. tertia negat vniuerſaliter predicatum principale de reduplicato. quarta ẽ vna cauſalis in cuius antecedẽte ponitur reduplicatio de ſuo tranſcendente. et in conſequente negatur predicatum de relatiuo illius tranſcendentis vt h̄ nullus homo inquantum rationalis eſt rudibilis id eſt nullus homo eſt rudibilis. omnis hõ ẽ rationalis. ⁊ nullum rationale eſt rudibile. ⁊ quia aliquid ẽ rationale ipſum non eſt rudibile. ex quo patet per legem contradictoriarum qualiter ſint exponende contradictorie iſtarum ⁊ qualiter valeat conſequentia in ipſis.

Circa hunc textum notandum eſt primo q̄ cõſequenter autor determinat de ſignis reduplicatiuis primo ponendo talem diffinitionem. Dictiones reduplicatiue ſunt que important rationez ſ3ᵐ quã alteri aliquid attribuitur vt inquantum ⁊ ſ3ᵐ qõ. ⁊ ſic de ſimilibus. In qua diffinitõne vt in precedentibus per illud relatiuum que ſubintelligitur genus diffiniti. ⁊ ẽ ſenſus diffinitionis Dictiones reduplicatiue ſunt ſincathegoreumata que important rationem ꝛc. Et totuz reſidnũ ponitur ad differentiam illorum ſincathegoreumatum quorum nulli competit attribuere aliquid alteri vt patet inductiue. Dictiones enim excluſiue ⁊ exceptiue important ſeparationem vel remotionem aliquorum ex aliquibus. dictiones vero reduplicatiue denotãt attributionẽ q̄ oſtẽdunt modum inherendi predicatuz cuz ſubiecto

Unde dictiones reduplicatiue ſunt aduerbiuz vel aggregatum ex prepoſitione cuz ſuo caſuali vt ſunt iſte dictiones inquantuz ſ3ᵐ qõ ea ratione ꝛc. et ab iſtis dictionibus propoſitio dicitur reduplicatiua. vnde vt dicitur in textu dictio re-

duplicatiua presupponit aliquod predicatum in esse alicui subiecto et denotat illud supra quod cadit esse causam illius inherentie predicati cuz subiecto. Unde reduplicatio communiter sic describitur q̃ est enunciatio iterata supra extremũ propositionis denotans causam inherentie predicati cuz subiecto. et propositio reduplicatiua est illa in qua ponitur signum reduplicatiuum quo exercetur talis reduplicatio. Pro quo est aduertendum q̃ in qualibet propositione reduplicatiua quatuor requiruntur. Primum est subiectum. secundum est predicatum. tertium est signum reduplicatiuum. quartum vero dicitur terminus reduplicatiuus et ille supra quod cadit signum reduplicatiuum. Et hoc patet in hac propositione omnis homo inquantum rationalis ẽ risibilis. ibi enim ponitur signum reduplicatiuũ quod importat rationez quare alij aliquid ineſt.

Pro quo tamen est aduertenduz q̃ inquantuz potest sumi tripliciter. vno modo vt est aduerbium quantitatis z sic tantuz valet sicut quantuz. vt si dicatur sortes scribit inquantuz potest. sensus est sortes scribit quantuz potest. Alio modo sumitur negatiue z sic requiritur q̃ predicatum insit subiecto si tales propositiones sint affirmatiue z q̃ non sit aliqua causa quare predicatum ineſt subiecto vt si dicatur homo inquantũ homo ẽ rationalis. Alio modo tenetur positiue z hoc dupliciter. quia quandoqz tenetur significatiue z denotat predicatum ineſſe subiecto sub speciali modo essendi in. vt si dicatur corpus inquantum mobile est subiectuz philosophie. Aliquando vero tenetur reduplicatiue z hoc potest variari. quia vel dicit reduplicationem cause vl reduplicationem concomitancie. si causę tũc variatur ſꝫ diuſionem causarum. quia vel dicit reduplicationem cause efficientis vel formalis vel finalis z sic de aliis. z hoc modo sumitur hic. et ſꝫ hoc diuersus est modus exponendi propositiones reduplicatiuas in quibꝰ ponit tale signũ

Scienduz est secundo q̃

vt dicit albertꝰ reduplicatio z distributio ex opposito distinguuntur. quia distributio est proprietas incipiens a subiecto z terminata in predicatum seu in receptione predicati. sed reduplicatiõ est proprietas inherẽs predicato z terminata in subiectum. Unde dictio reduplicatiua vt dicit textus semper fertur ad predicatum z nunq̃ reduplicat ipsum vt patet dicendo omne animal est substantia inquantum animal. Ulterius ẽ aduertendum q̃ dictiones reduplicatiue multipliciter variantur ſꝫ affirmationem z negationẽ vt patuit de exceptiuis et exclusiuis ideo de expositione illarum possunt poni quedam regule. Quarum prima est. omnis dictio reduplicatiua affirmatiua in quâ nulla negatio ponitur exponitur per vnam copulatiuam compositam ex tribus cathegoricis z vna ypotetica. in quaruz prima affirmatur principale predicatum de subiecto. z in secunda reduplicatum de subiecto. et in tertia predicatum principale de reduplicato. et quarta est vna causalis in cuius antecedente affirmatur reduplicatum de aliquo transcendẽte in consequente vero predicatum principale de relatiuo ydẽptitatis substantie referente illud trãscendens. vt hic omnis homo inquantum rationalis est risibilis sic exponitur. omnis homo est risibilis. omnis homo est rationalis. z omne rationale est risibile. z quia aliquid est rationale illud est risibile. Et debet intelligi regula si fiat reduplicatio causalitatis quia si fieret reduplicatio concomitancie quarta exponens deberet esse condicionalis. ideo reducendo gracia concomitancie hec est vera omne risibile inquantum rationale est homo. z sic exponitur omne risibile est homo. omne risibile est rationale. z omne rationale est homo. z si aliquid est risibile illud est hõ Sed si reduplicaret causam in illa propositione tunc propositio esset falsa. Secunda regula ẽ omnis propositio reduplicatiua in qua reduplicatio negatur exponenda est per vnam copulatiuam habentem quatuor partes in quarũ prima negetur predicatum principale de subiecto. in secunda affirmatur reduplicatum de subiecto. in tertia negetur vniuersaliter predicatum de reduplicato. et quarta est vna causalis vel conditionalis in cuius antecedente affirmatur reduplicatum de aliquo transcendente. z in consequente negatur predicatum principale de relatiuo illius transcendentis. vt ista nullus homo inquantum rationalis est risibilis sic exponitur. nullus homo est risibilis. omnis homo est rationalis. nullum rationale est risibile. z quia aliquid ẽ rationale illud non est risibile. vel si aliquid est rationale illud non est risibile. Ex quo patet q̃ illa est falsa qz eius exponentes sunt false.

Sciendum est tertio q̃

sicut propositio reduplicatiua affirmatiua habz exponi per quatuor propositiones affirmatiuas et negatiua in qua ponitur negatio per quatuor propositiones negatiuas. ita propositiones reduplicatiue eis contradictorie exponuntur disiunctiue per quatuor propositiones de partibus contradicentibus propositionibus exponentibꝰ affirmatiuam vel negatiuam. sic enim ista non omnis homo est animal inquantum sensitiuus. que contradicit isti affirmatiue omnis homo est animal inquantuz sensitiuus exponitur. omnis homo est animal vel non omne sensitiuum ẽ animal. vel homo non est sensitiuus. vel quia aliquid non est sensitiuum illud non est animal. Et similiter diceretur de contradictoria reduplica-

tiue in qua negatio ponitur post dictionez reduplicatiuam vt posset faciliter per exempla videri

Sed contra predicta arguitur Primo sic. nulla propositio est reduplicatiua ergo hic male diffinitur. antecedens patet quia reduplicatio semper reduplicat subiectum ⁊ sic deberet dici de reduplicato extremo ⁊ nūq̄ reduplicatiua propositio. Secundo arguitur sic. in ista propositione cognosco sortem inquantum homo ponitur dictio reduplicatiua. et tamen nō est propositio reduplicatiua ergo male dicitur q̄ propositio reduplicatiua est illa in qua ponitur dictio reduplicatiua. Tertio arguitur sic. hec est reduplicatiua homo est animal inquantuz homo. ⁊ tamen homo supra quē cadit reduplicatio non est causa inherentie predicati. quia homo nō est causa animalis sed magis econtra. ergo reduplicatiua non dicit causaz inherentie. Quarto arguitur sic. dicendo sortes scribit inquantuz potest. ibi hec dictio reduplicatiua inquantum potest esse non causa inherentie predicati ad subiectuz. ergo male hic dicitur q̄ reduplicatio denotat causam inherentie predicati ad subiectum.

Ad rationes. Ad primā dicitur q̄ licz omnis reduplicatio reduplicet subiectuz ꝓpter qd̄ videtur q̄ ꝓpositio illa sit reduplicato subiecto. nihilominus tamen talis reduplicatio fertur supra predicatū in ordine ad subiectum: ideo tota propositio dicitur reduplicatiua. Ad secundam dicitur q̄ ly inquantum non tenetur reduplicatiue sed magis specificatiue ⁊ sensus est cognosco sortem inquantum homo id est ea ratione qua est homo. Ad tertiam dicitur q̄ illud supra quod cadit reduplicatio non dicitur esse causa predicati. sed dicitur q̄ est causa inherentie predicati cuz subiecto. modo licet homo non sit causa animalis quantum ad esse: est tamen causa inherentie animalis ad ipsum quantum ad modum. Ad quartam dicitur q̄ ibi inquantum non est dictio reduplicatiua. sed est aduerbium quantitatis vt dictuz est.

Sequitur de incipit et desinit. Pro quoruz expositione notandum ē q̄ rerum quedam sunt quarum totum esse in instanti ⁊ simul acquiritur. vt homo vel binarius siue sit mediante aliqua mutatione successiua precedente vt in productione naturali sine nulla mutatione precedente vt in creatione angeli. Alia vero sūt quarum esse acquiritur successiue et pars post partem. vt sunt res nature permanentis vt album ⁊ nigrum quaruz denominatio dependet a dominio supra contrarium. sicut album nigrum ⁊ calidum. ⁊ etiaz res nature successiue vt motus ⁊ tempus. et similiter aliquarum rerum quarum esse deperditur totum simul ⁊ in instanti. aliquaz autem quarum esse deperditur successiue. Et ꝑm has dictōnes ponuntur quatuor regule.

Prima est q̄ propositiones ō incipit rerum quarum esse totū simul acquiritur exponuntur ꝑ vnam copulatiuam cuius prima pars est affirmatiua de presenti. secunda negatiua de preterito vt hic. homo incipit esse id est homo nunc est ⁊ immediate ante non fuit. Secunda regula est q̄ propositiones de incipit rerum quarum esse acquiritur successiue exponuntur per vnam copulatiuam cuiꝰ prima pars est negatiua ō presenti. ⁊ secunda affirmatiua de futuro vt hic sortes incipit esse

albus id est sortes nunc non ē alb9 ⁊ immediate post hoc erit albus. vel sic motus incipit esse id est motus non est ⁊ immediate post hoc erit. Tertia regula est q̄ propositiones de desinit rerum quarum esse acquiritur totuz simul exponuntur per vnam copulatiuam cuius prima pars est affirmatiua de presenti. ⁊ secunda negatiua de futuro. vt sortes dsinit esse homo id est sortes est homo et immediate post hoc non erit homo.

Quarta regula est q̄ propositiones de desinit rerum quaruz esse deperditur successiue exponuntur copulatiue per vnaz negatiuam de presenti ⁊ aliam affirmatiuam de preterito vt hic sortes desinit esse albus id est sortes nunc non est albus ⁊ immediate ante hoc fuit albus.

Ex predictis patet qualiter contradictorie istarum sunt exponende ⁊ qualiter valeat consequentia in ipsis.

Circa hunc textum notandum est primo q̄ cōsequenter autor determinat in textu de expositione propositionum in quib9 ponitur incipit aut desinit. Ratione cuius ponitur quedam distinctio que talis est. duplices sunt res. quia quedaz sunt quarum esse acquiritur totum simul et iste sunt permanentes. alie sunt quarum esse acquiritur successiue ⁊ pars post partē vt mot9 ⁊ tēp9. Et sic res pmanētes sunt ille quib9 nō repugnat habere omnes partes simul. Sed res dicunt successiue quoad fieri que fiunt successiue sic q̄ repugnat eis habere omnes suas partes vel oēs partes suas simul fieri. sicut sunt suscipiētes magis ⁊ min9 ⁊ multa alia. Ille aūt dicūtur res simpliciter successiue que sunt successiue quoad esse ⁊ fieri sicut temp9 ⁊ motus. Unde res permanētes ⁊ successiue differunt adminicez quatuor modis. Primo q̄ esse rerū permanentium est totuz simul. ⁊ esse reruz successiuarum non est totuz simul sed in quadaz successione. Secūdo differūt q̄ partes rez permanentium sunt simul. partes vero reruz successiuaruz non sunt simul sed vna post aliaz. Tertio differunt sicut causa ⁊ effect9. permanentia enim sunt causa successiuarū ⁊ prior sz9 naturaz. successiua vero posteriora. Quarto differunt q̄ res permanentes sunt de se determinate. sed res successiue nō habent in se terminos suos aut motus sz9 propriuz esse successiuū sed terminatur ad res permanentes vt alteratio ad qualitatez augmentatio ad quantitatem. Et licet sint multe alie distinctiones earum reruz tamen iste ad presens sufficiunt. Unde res nature permanentis est illa que in fieri aut conseruari non dependet a re successiua ⁊ in tali re dabile est primum instans sui esse quoad inceptionem. sicut verum est dicere ista res est ⁊ immediate ante hoc nō fuit. Rei vero nature successiue datur vltimuz instans sui non esse quoad inceptionez. vnde vltimuz instans sui non esse est illud in q̄ verum est dicere hec res nunc nō est ⁊ immediate post hoc erit. Pro quo est aduertendum q̄ illa duo verba incipit ⁊ desinit dicunt inceptionem ⁊ desitionem. sed desitio et inceptio nō sunt nisi in terminis inicialibus ⁊ finalibus rerum. et q̄ post terminuz finalem nihil est de re nec ante terminū inicialem aliquid est in re eo q̄ res tota infra suos terminos clauditur ideo hoc verbuz desinit quod dicit terminationem finalem prius dat intelligere presens et consequenter priuationem futuri. et hoc intelligenduz est in rebus permanentibus. sed in successiuis dicit priuationez presentis ⁊ preteritum terminatum ad presens. Sed incipit dicit inicialem terminum rei et dat intelligere presens et priuationem preteriti ⁊ hoc in rebus permanentibus. sed in successiuis p9 ponit futurum terminatum ad presens et posterius priuationem presentis. ex quo patet q̄ illa verba quando adiunguntur rebus permanentibus ⁊ successiuis que specie differunt habent rationes specie differentes eo q̄ dicunt motuz qui capit speciem a suis terminis et potissime a termino ad quem. et quia est alia et alia ratio ipsorum cum permanentibus et successiuis ideo diuerse ponuntur regule de expositione propositionum in quibus ponuntur.

De expositione.

Sciendum est secundo q̄ pro expositiõe propositionum de incipit et desinit ponuntur alique regule. Quarum prima est. Omnis propositio affirmatiua de incipit in rebus permanentibus exponitur per vnam copulatiuam cuius prima pars est affirmatiua de presenti. secunda vo negatiua de preterito. Et ratio regule est q̄ tales res permanẽtes habent primum instans sui esse. vt patet in ista sortes incipit esse que sic exponitur. sortes nunc est et immediate ante hoc non fuit. Secunda regula est. Omnis propositio affirmatiua de incipit in rebus successiuis exponitur per vnam copulatiuam cuius prima pars est negatiua de presenti secunda vero affirmatiua de futuro eo q̄ tales res non habent primum instans sui esse. vt hic. motus incipit esse sic exponitur. motus nunc nõ est et immediate post hoc erit. Exemplum textus vt homo incipit eẽ albus sic exponitur. homo nũc non est albus et immediate post hoc erit albus. Quãuis aliter dicatur in sincathegoreumaticis sic enī illa ibi exponitur. sortes nũc est albꝰ et immediate ante hoc non fuit albus. Et ratio huiꝰ assignatur quia in multis talibus rebꝰ quarum esse successiue acquiritur reperitur intensio et remissio quia ille sunt intensibiles et remissibiles. tamen in illis dabile est primus instans sui eẽ eo q̄ sunt res vere permanentes. et sic debent exponi per vnam affirmatiuã de presenti et vnam negatiuam de preterito. Sed forte sumitur illud exemplum pro rebus pure successiuis. z sic haberet veritatem. Tercia regula est. Omnis propositio affirmatiua de desinit in rebus permanentibus siue successiuis debet exponi per negatiuam de presenti et affirmatiuam de preterito. eo q̄ nullius rei dabile est vltimum instans sui esse vt patet hic. sortes desinit esse exponitur sic. sortes nunc non est et immediate ante hoc fuit.

Sed pro quarta regula supponitur q̄ duplices sunt propositiones negatiue de incipit et desinit quedam sunt in quibus ponitur negatio post verbũ. vt ista sortes desinit nõ esse z in talibus semper negatiua de desinit equiualet vni affirmatiue de incipit. Et similiter negatiua de incipit equiualet vni affirmatiue de desinit. vt hec. sortes desinit non esse equiualet huic sortes incipit esse. et hec sortes incipit nõ esse equiualet huic sortes desinit esse. Alie sunt negatie in quibus negatio ponitur ante verbum incipit et desinit. vt iste sortes non incipit esse. sortes non desinit esse. Qua diuisione posita ponitur talis regula. Omnis propositio de incipit aut desinit in qua negatio postponitur debet eodem modo exponi sicut propositio cui equiualet. sed omnis propositiõ in qua ponitur negatio ante verbum principale debet exponi per vnam disiunctiuam compositam ex partibus contradicentibus partibꝰ copulatiue per quam exponitur sua contradictoria.

Sciendum est tercio q̄ pro declaratione predictarum regularum ponũtur tres regule. Quaꝝ prima ẽ. Si propositio sit de incipit aut desinit et sit de subiecto singulari aut de subiecto communi distributo non requiritur q̄ fiat aliqua additio ad subiectũ in alqua exponente. Sed si sit de subiecto communi non distributo requiritur q̄ in illa exponente addatur relatiuus idemptitatis. quia nisi sic hec esset concedenda. aliquid incipit esse deus. eo q̄ ambe exponentes eius essent vere.

Secunda regula est q̄ ambe propositiões exponentes debent esse eiusdem quantitatis cuz his propositionibus que exponuntur per duas vniuersales et singulares per particulares z sic de alijs. Tercia regula est si hoc verbum incipit et desinit ponatur cum verbo infinitiuo presentis temporis tunc propositio est exponenda secundum regulas prius datas de modo exponendi propositiones de incipit et desinit. Si vero fuerit preteriti temporis tũc vbi ponitur nũc in illa de presenti oportebit ponere in aliquo instanti de preterito. et si in futuro oportebit ponere in aliquo instanti de futuro. Si etiam verbus infinitiui modi non sit presentis temporis oportebit illud mutare in aliquod equiualens participio eiusdem temporis. vt in istis sortes incipit esse. sic exponitur sortes in aliquo instanti futuro erit. et immediate ante illud instans non erit. et hec sortes incipit fuisse sic exponitur sortes in aliquo instanti preterito fuit et immediate ante illud instans nõ fuit. et eodem modo dicendum est de alijs.

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. Primus motus celi est cã istoruz inferioꝝ que in pluribus sunt permanentia ergo permanentia non sunt causa successiuoruz sed econtra. quia idem nõ ẽ causa et effectus respectu eiusdẽ Secundo arguitur sic. Cuiuslibet rei est terminus extrinsecus. ergo male dicitur q̄ res successiue non habent in se terminos ad quos terminantur. Tercio arguitur sic Incipit et desinit sunt eiusdem rationis in permanentibus et successiuis. ergo eodez modo debent exponi propositiones de incipit et desinit.

Quarto arguitur sic. Permanentia nõ differunt a successiuis. ergo eodez modo debent exponi propositiones de incipit et desinit in ipsis Antecedens patet quia album et nigruz sunt en

tia permanentia eo q̃ postq̃ facta sunt remanẽt in esse et tamen sunt successiua quia esse eorum acquiritur successiue.

Ad rationes.

Ad primã dicit q̃ licet aliqua successiua sint causa permanentium sicut arguitur de motu celi qui est causa permanentium hic inferius existentium. tamẽ simpliciter loquendo et a toto genere permanentia sunt causa successiuorum. Ad secundã dicitur q̃ licet cuilibet rei sit terminus intrinsecus secundum essentiam. tamen vt in pluribus non est terminus intrinsecus secundum esse sicut motus secundum suum esse successiuum non videtur habere terminum qui habeat esse successiuum. sed tamen habet terminum qui habz esse permanens. sicut patet de motu qui est alteratõ et terminatur ad qualitatem. Et capitur hic successiuum prout distinguitur contra quodcunq; permanens specialiter captum. Ad terciã dicitur q̃ licet incipit et desinit sint eiusdem rationis generalis in permanentibus z successiuis quia semper desitionem aut inceptionem significant non tamen sunt eiusdem rationis specialis sicut tactum est in principio. quare exponuntur aliter propositiones de incipit et desinit in permanentibus et successiuis. Ad quartam dicitur q̃ successiuum est quod quando est est. et dum factum est non est. et nihil idem est successiuum et permanens. sed si capiatur successiuum pro illo cui9 esse successiue acquiritur sic aliquid posset esse successiuum et permanens sicut dictũ est prius.

Sequitur de nomine infinito. cuius solent assignari quedam distinctiones. Prima est q̃ infinitum quandoq; tenetur negatiue. et est illud q̃ non est finitum neq; aptum natum est finitari. vt deus. Alio modo potest priuatiue capi et est illud quod non ẽ finitum. tamen est aptum natũ finitari. vt motus nondum perfectus est infinitus. et illud est triplex. scilicet infinituz per appositionem vt in numeris. Aliud per dictionem tantum. vt in ẽtinuis. Aliud per vtrunq;. vt tempus. Secunda distinctio est de infinito qua potest distingui quilibet modorum precedentiuz quia aliud dicitur infinitum in actu quod est quantum non terminatuz. Aliud est infinitum in potẽtia. vt sunt cõtinua. Aliud est infinitum quoad nos et non secundum rem.

Tercia distinctio est q̃ infinituz vno modo capitur cathegoreumatice prout est quãtitas rei subiecte vl predicate. vt cũ dicitur mundus est infinitus. Alio modo sincathegoreumatice non prout dicit qualitatez rei sed qualiter se habet subiectum in ordine ad predicatuz et sic est distributio subiecti et signum distributiuum. Et de his dantur quedam regule.

Prima est q̃ infinitum sincathegoreumatice captum positum in subiecto facit terminũ communez sequentem stare cõfuse tantum. vt hic. Infiniti homines currunt. ibi hoies supponit confuse non tamen mobiliter.

Secunda regula est q̃ pro-

positio de infinito sincathegoreumatice capto expõitur per vnam copulatiuam cuius prima pars affirmat predicatum de subiecto sumpto sub aliqua quantitate continua vel discreta. ⁊ scõa negat predicatũ inesse tali subiecto secundum debitam quantitatem vt ista infiniti homines currunt que sic exponitur aliqui homines currũt ⁊ non tot quin plures duobus vel tribus. vel sic. homines aliqui currunt et non quilibet plures. Tercia regula est q̃ propositio de infinito capto cathegoreumatice exponitur per vnam copulatiuaz cuius prima pars affirmat quantitatem de subiecto. et secunda negat terminũ illius quantitatis. vt hic linea est infinta. id est linea est quanta et non habet terminuz sue quantitatis. et hoc si infinitum sit in predicato sed sicut in subiecto prima affirmat predicatum de subiecto quantum. ⁊ secunda negat terminuz illius quãtitatis. vt hic. aliquod corpus infinitum est album id est aliquod corpus quantum ẽ albũ. et idem corpus non habz terminum sue quantitatis. Et nota q̃ oportet negare terminum illius quantitatis secundum quem dicitur infinituz ita q̃ si sit infinituz in actu negandus est terminus illius quantitatis. et si sit in potentia ita q̃ sit infinitum secundum quantitatem potentialem et non secũdum actualem negandus ẽ terminus quantitatis potẽtialis et non quantitatis actualis sive sit infinitum secundum appositionem vel dictionem.

Circa hunc textum notandum est primo q̃ postq̃ autor determinauit de incipit et desinit consequẽter determinat in hac parte de hoc nomine infinitum. Et ratio ordinis potest assignari. quia desinit ostendit positiue finem rei eo q̃ significat desitionez eius. Infinitum vero priuatiue finem rei ostendit quia significat carentiaz finis sicut patet per expositionem nominis. Dicitur enim infinitum ab in quod est non et finitum quasi non finitũ id est sine fine. Et q̃ habitus precedit priuationem ideo patet ordo. Sed quia infinitum significat negationem ideo cõmuniter ponuntur plures distinctiones. quia vt habetur tercio phisicorum et reductiue in fine tractatus precedentis infinitum dicitur quinq̃ modis. Uno modo negatiue scilicet quod aptũ natum non est transiri vel finiri et hoc mõ vox dicitur inuisibilis. Alio modo sumitur priuatiue pro eo quod non est finitum tamen aptuz natuz est finiri. Et illud est triplex scilicet per appositionem vt numerus. per diuisionem vt continuum. per vtrũq̃ vt tempus. et de his acceptionibus et de alijs dictum est sufficienter in fine tractatus precedentis.

Sciendum est secundo q̃ autor in textu reducit illos quinq̃ modos ad duos. Et primus est q̃ infinituz vno modo sumitur negatiue et est illud quod nec est finitum nec aptum natum esse finiri vt est punctus. Alio modo sumitur priuatiue et est illud quod nec est finitũ ⁊ tñ aptuz natuz est finiri vt motus nondũ perfectus. Et illud subdiuiditur in tria membra vt prius dictum est. Similiter aliquid dicitur infinitum in actu quod scilicet non est actu terminatuz vt magnitudo carens termino dicit

infinita in actu. Aliud est infinitum in potentia vt continuum et numerus. Aliud est infinitum quo ad nos. vt profunditas maris que licet de se sit pertransibilis tamen propter impedimentum est nobis impertransibilis.

Sed de infinito vt hic est ad propositum dicitur ꝙ potest sumi duobus modis. Uno modo categoreumatice id est significative. et ideꝫ est ꝙ res infinita siue res sine fine aut sine termino et hoc modo significat quantitatem rei subiecte aut predicate. Alio modo sumitur sincategoreumatice et tunc significat dispositioneꝫ subiecti ad predicatuꝫ. nec ẽ terminꝰ communis significans rem subicibilem aut predicabilem ymo est signum distributiuum includens in se terminum sue distributionis. Et quia possunt propositiones de infinito variari penes affirmationẽ et negatione. ideo de expositione talium propositionum diuerse ponuntur regule.

Sciendum est tercio ꝙ

propositiones affirmatiue de infinito sincategoreumatice sumpto exponuntur per vnam copulatiuam cuius prima pars affirmat predicatũ de subiecto sumpto sub aliqua quantitate continua vel discreta. secunda vero negat predicatũ ineſſe tali subiecto secundum determinataꝫ quãtitatem. vt in ista infiniti homines currunt. exponitur sic. aliquot homines currunt et non tot quin plures. Et eodeꝫ modo diceretur de propositione negatiua in qua tamen infinitum nõ negatur. puta ista infiniti homines nõ currunt. sic exponitur. aliquot homines non currunt ⁊ non tot quin plures. Idem etiam diceretur de propositionibus de preterito et futuro variando tempus. vt ista infiniti homines fuerunt. sic exponitur aliquot homines sunt vel fuerunt et nõ sunt vel fuerunt tot quin plures. Secunda regula est ꝙ propositiones de infinito cathegoreumatice sumpto exponuntur per vnam copulatiuam cuius prima pars affirmat quantitateꝫ de subiecto. secunda vero negat terminum sue quãtitatis. vt hec. linea est infinita sic exponitur: linea est tanta et non habet terminum sue quantitatis. Et hoc intelligendum est si infinitum ponatur a parte predicati. Sed si sit in subiecto exponitur sic per vnam copulatiuam cuius prima pars affirmat predicatum de subiecto quanto. et secunda negat terminuꝫ illius quantitatis: vt hec infinitum corpus est album sic exponitur. ꝙ tum corpus est album et illud nõ habꝫ terminũ sue quantitatis. et sic oportet negare terminum illius quantitatis ita ꝙ si sit infinitũ in actu terminus actualis quantitatis est negandus. Et si sit infinitũ in potẽtia negãdus ẽ terminꝰ ꝙtitatis potentialis. Ex quo patet ꝙ siue capiatur cathegoreumatice siue sincathegoreumatice infinituꝫ tamen reddit propositionem exponibilem.

Et si quis arguat infinituꝫ cathegoreumatice sumptuꝫ non est sincathegoreuma. ergo nõ reddit propositionem exponibilem vt patet per diffinitionem propositionis exponibilis. Ad hoc respondetur ꝙ licet infinituꝫ cathegoreumatice sumptum non sit sincathegoreuma tamen semp includit sincathegoreuma eo ꝙ semper includit negationem ratione cuius facit propositionem obscuram que propter sensum obscurum per alias propositiones est declaranda. Patet insup qualiter propositiones contradictorie de infinito sunt exponende per ea que supra dicta sunt. debẽt em̃ semp sic exponi per vnã disiunctiuam cõpositaꝫ ex partibus contradicentibus illis ꝓpositionibus exponẽtibus suas ꝓtradictorias.

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. Omne habens positõeꝫ in cõtinuo est finitum. sed punctus est habens positionẽ in continuo. ergo punctꝰ ẽ finitus. et sic male dicitur ꝙ est aliquod ifinituꝫ actu sicut pũctꝰ

Secundo arguitur sic. propositio exponibilis est apprehensibilis ab intellectu exponẽte. sed propositio de infinito non est apprehensibilis ab intellectu quia intellectus aboret infinitum. ergo propositio de infinito non exponitur

Tercio arguitur sic. Ista est de infinito ꝙtitas est infinita et tamen non est exponibilis. ergo non omnis propositio de infinito est exponibilis. antecedens patet quia infinituꝫ est passio quantitatis modo posito subiecto ponitur eius passio seu proprietas eo ꝙ insequitur ipsum conuertibiliter. ergo posita quantitate ponitur infinitum quod ẽ eꝰ passio. Quarto arguitur sic. Omnis terminus priuatiuus debet exponi per aptitudinẽ illius cuius priuatõꝫ importat sꝫ infinitũ nõ sic exponit. go ñ sufficiẽter exponit

Ad rationes. Ad primã

dicitur ꝙ omne habens positioneꝫ in continuo tanꝯ pars quantitatiua est finitum actu et infinitum in potentia. quia illud est continuum. sed non oportet de illo quod habet positionem in continuo tanꝯ principium cuiusmodi est punctus. Ad secundã dicitur ꝙ licet natura et intellectus aboreant infinitum actu. non tamẽ infinitum in potentia. et licet infinitum actu nõ possit apprehendi ab intellectu tanꝯ ens positiuum apprehenditur tamen positiue tanꝯ per apprehensioneꝫ finiti et hoc sufficit ad hoc ꝙ intellectus exponat propositionem de infinito ab eo cognito. Ad terciam dicitur ꝙ licꝫ posito subiecto ponatur eius passio tamen subiectum non dat intelligere suam passionem cuꝫ sit prius ea. et prius non dat intelligere suum posterius quare illa propositio dicitur de infinito

Ad quartaz dicitur q̄ hic non accipitur infinitum prout importat priuationem. sed vt est signum distributiuum quantitatis.

Equitur de comparatiuis et superlatis de quibus dantur tales regule. Prima est q̄ propositio habens comparatiuū proprie captum et non abusiue exponitur copulatiue per tres exponentes quarum prima affirmat positiuum de re excedente Secunda affirmat eundem de re excessa. Et tercia affirmat excessum de re excedente respectu rei excesse. vt hic. sortes est albior asino. exponitur sic sortes est albus asinus est albus ⁊ sortes est magis albus q̄ asinus. Vel negando equalitatem forme inesse excesso respectu excedentis. vt hic sortes est albus asinus est albus sed asinus non ē eq̄ alb⁹ sicut sortes. Secūda regula est q̄ superlatiu⁹ distribuit terminum communem sequentem qui signat rez excessiuam. vt leo est fortissimus animalium ibi animaliuz distribuitur. Tercia regula est q̄ superlatiuus proprie tentus vult genitiuum significantem rez excessam cum re rei excedenti. patet quia hec ē improprīa locutio leo est fortissimus linciz. q̄ linx de leone omnino non verificatur. Quarta regula est q̄ propositio de superlatiuo proprie capto exponitur copulatiue per tres exponentes quaruz prima affirmat positiuuz de re excedente. et secunda affirmat eundem de re excessa. et tercia negat vniuersaliter excessuz de re excessa per respectum ad rez excedentem. vt hic. rosa est pulcherrimus flos florum. id est rosa est pulcra. et omnis flos est pulcher. et nullus flos est pulcrior rosa. Si vero superlatiuus teneatur affirmatiue tercia exponens debet esse affirmatiua affirmans excessum de re excedente per respectum ad rem excessam acceptum vniuersaliter vt dicēdo rosa est pulcrior omni floze. Et omnes propositiones de maximo et minimo ⁊ sic de alijs superlatiuis his duobus modis possunt exponi. dūmodo ponatur genitiuus importans rem excessam et si non ponitur ille genitiuus debet omitti secunda exponens. vt hic sortes est fortissimus. id est sortes est fortis. et nullus est fortior ipso. Et contrarie istarum debēt exponi per disiunctiuas de partibus contradicentibus

Circa hunc textum notandum est primo q̄ cōsequenter autor determinat de comparatiuis et superlatiuis. Unde comparatiuus et superlatiuus possunt teneri dupliciter. Uno modo proprie. Alio modo abusiue. Proprie. s. qñ illud qđ cōparat̄ z illud cui ꝓparatur participāt proprietatem aliquā in qua comparantur. vt plato ē fortior homine. vel plato est fortissimus hominum ibi plato et homo participant in fortitudine. Alio modo abusiue siue improprie tenētur quādo illđ qđ cōparatur non participat cū illo cui comparatur secundum aliquam proprietatez secundum quam fit comparatio. Et hoc fit tripliciter. primo modo quando ponitur comparatiuus loco positiui vt dicendo iste est senior. non addendo illud respectu cuius est senior. tantum valet sicut senex. et sic non facit propositionem exponibilem. Uel quando ponitur illud cui cōparatur cum forma importante excessuz sine eo cui comparatur. vt dicēdo nicholaus est sanctissimus. Secundo modo quādo ponitur illud cui comparatur et non participat formam comparationis vt dicendo deus est melior dyabolo ibi melior tenetur abusiue. Tercio modo quando comparatiuus et superlatiuus includunt cum hoc aduerbio magis vel minus positiuz oppositum suo proprio positiuo. vt dicendo furtum est melius homicidio et fornicatio est melior ad ulterio. sensus enim est furtum est minus maluz q̄ homicidium et fornicatio ē minus mala q̄ ad ulterium Pro quo est aduertenduz q̄ in excessu comparationis importate per comparatiuum et superlatiuum quatuor requiruntur. Primum est excedens siue illud quod comparatur. Secundum est excessum siue illud cui comparatur. Terciū est illud in quo ꝓparatur siue illđ ī quo fit comparatio. Quartum est excessus siue illud in quo excedens siue id qđ cōparatur excedit excessum siue illud cui comparatur. Uerbi gratia sortes est fortissimus hominum. sortes ē excedens siue illud quod comparatur. et ly hominum est excessum siue id cui comparatur sortes. et iste superlatiuus fortissimus est illud in quo fit comparatio. et dicit excessum fortitudis. quia sortes habet fortitudinem in excessu respectu aliorum hominum.

Scienduz est secundo q̄

propositio de comparatiuo proprie dicto z non abusiuo exponitur proprie et copulatiue p tres exponētes. et hoc intelligendo de comparatiuo proprie dicto et non abusiuo. Quaruz prima affirmat positiuuz de excedente. secunda affirmat eundem positiuum de re excessa. Et tercia affirmat excessum id est formam secundum quaz fit comparatio cum excessu. vt sortes est albior asino sic exponitur. sortes est albus. asinus est albus. et sortes est magis albus q̄ asinus. Et hoc intelligendo si ille comparatiuus albior teneat̄ affirmatiue. quia si teneretur negatiue deberet sic exponi negando quantitatez in excessu respectu excedentis vt dicendo sic. sortes est alb⁹ asinus est alb⁹. ſz asinus non ē ita albus sicut sortes. Et sic pñt exponi propositōes de cōparatis affirmatiuis sumptis sic gñaliter. vt dicēdo sortes ē albior platōe. i. sortes ē magis alb⁹ q̄ plato z sic de similib⁹. Est tñ aduertendū q̄ semp in expositōe terminus nō distribuit⁹ in exposita nō distribuat̄ in exponētibus. Uñ est aduertendu q̄ termin⁹ significās rē excessaz sequēs suplatiuū supponit distributiue si tñ sit distribuibilis. vt dicēdo sortes ē fortissimus aialiuz. ly aialium ibi distribuit̄ vt videbitur in exponētibus. Habent enim superlatiui et comparatiui grad⁹ virtutē distribuendi terminū sequentē se. Et ad hoc cognoscendū ponūtur due regule. Pria est terminus cōis sequēs terminū cōparatiui gradus si sit ablatiui casus et regat̄ ab huiusmodi ꝓparatiuo nec impediat̄ p illud sincathegoreuma implicite vel explicite positū supponit cōfuse et distributiue. Et notanter dz sequens q̄ si p̄cederet nō acciperz suā suppositōez a ꝓparatio Dicit̄ etiaz ablatiui casus q̄ si poneret̄ termin⁹ alterius casus nō distribueret̄ ab illo cōparatiuo. vt p̄z hic sortes ē fortior hō platōe. ibi hō nō distribuit̄. Dicit̄ etiaz si nō impediatur q̄ si supadderetur aliqđ sincathegoreuma distributiuū tūc nō distribueretur. ppter duo distributiua sincathegoreumata cadentia super ipsum. Ideo cū dz sortes ē fortior oī hoīe. ibi hoīe non distribuitur. ſz supponit determinate. et sensus ē. sortes ē aliquo hoīe fortior. et ista sortes ē fortior hoīe equiualet huic sortes ē omni hoīe fortior. Secunda regula talis ē q̄ genitiu⁹ singularis si sit terminus cōis sequens terminū superlatiui gradus rect⁹ ab eo dū nō impediat̄ supponit ꝓfuse z distributiue. Et hec regula eodē mō exponitur sicut precedens. Ex quo sequitur q̄ termini comparatiui z superlatiui gradus distribuūt terminū sequentē se ab eis rectum. Omis enuz isti termini eodez mō supponunt sicut in alijs ꝓpositōibus. Est etiā aduertenduz q̄ ꝓpositiones de huiusmōi dictōib⁹ eodem mō ꝓuertūtur sicut alie. hec em̄ sortes ē fortior oi aiali cōuertitur sic qđ ē fortius omni aiali ē sortes. et hec leo ē fortissim⁹ aialiuz. g⁹ fortissim⁹ aialium est leo.

Sciendum est tertio q̄

propositiones de suplatiuo ī proprie sumpto sic debent exponi. verbi gratia vt dicendo hō ē sanctissimus. i. valde sanctus. Et de huiusmōi expositōe nō ponuntur alique regule q̄ non requirūtur plures exponētes. Si vo sumatur superlatiuus proprie hoc ē duplicitur. vel sumiter cū ge

nitiuo ab eo recto vt dicēdo sortes ē fortissimus hoim vel sine genitiuo vt dicendo sortes est fortissimus. Si vo sumatur cū genitiuo põt exponi dupl'r. s. affirmatiue et negatiue. Pro cui⁹ expositione ponitur hec regula. Ois propositõ de superlatiuo ppie capto exponitur copulatiue per tres exponentes. Quaꝝ prima affirmat positiuuꝫ de re excedente. scõa affirmat eundē de re excessa. ⁊ tercia negat vlr excessuꝫ de re excessa per respectum ad rez excedentē ⁊ hoc si exponat negatiue vt hic rosa est pulcherrimus florꝫ. sic exponitur rosa ē pulcra et ois flos est pulcher ⁊ null⁹ flos est pulcrior rosa. Et õr ille superlatiuus tenen negatiue nõ qr supra ipsum feratur negatio vt dicendo non est pulcherrimus. ſz ex eo q excessus seu forma ꝓpatõis de re excessa negatur respectu rei excedentis. Et scõm hanc expositionez negatiuaꝫ solet dici q decē sunt gña generalissima vt. s. generalissimuꝫ exponit q est gñale ⁊ q non est eo generalius. Si aũt superlatiuus exponat affirmatiue debet exponi per tres exponentes. Quaꝝ prima affirmat posituũ de re excedente. Scõa affirmat eundē de re excessa. Et tercia affirmat excessuꝫ de re excedente per respectũ ad rem excessam vsiter captã. vt illa propositio rosa est pulcherrimus florꝫ sic exponitur affirmatiue rosa est pulcra et ois flos ē pulcher ⁊ rosa est oĩ flore pulcrior. vel rosa est ita pulcra sicut alius flos. Est tĩ aduertendũ q si genitiu⁹ sequatur superlatiuum cum signo vniuersali tunc in tercia exponente si sit affirmatiua debet etiã ablatiuus cum signo sequi comparatiuum et secũda exponẽs debet esse particularis affirmatiua Si vero exponatur negatiue tũc tercia exponẽs debet esse particularis negatiua. vt hec rosa est pulcherrimus omnium florꝫ. si est affirmatiua sic exponitur. rosa est pulcra aliquis flos ē pulcher. et rosa ē pulcrior omni alio flore. Si autez genitiuus precedat tunc debet fieri tercia exponens secundum exigentiã illius termini. Quãdo etiam ponitur genitiuus post superlatiuum tũc nominatiuus illius genitiui debet affirmari de subiecto vt ad hoc q hec sit vꝝ rosa est pulcherrimus florꝫ requiritur q rosa sit flos. ⁊ ideo hec non est vera leo est fortissimus lincum. Si vero superlatiuus ponatur sine genitiuo tunc exponendo debet obmitti secunda exponens vt ista sortes est fortissimus sic exponitur. sortes ē fortis et nullus est ita fortis sicut sortes. Et contra dictone propositionum tam de comparatiuo q superlatiuo debent exponi per disiunctiuas de partibus contradicentibus sicut dictum est de affirmatiuis.

Sed contra predicta arguitur.

Primo sic. Comparatiuus et superlatiu⁹ sunt dictiones cathegoreumatice, ergo non reddunt propositionem exponibilẽ. tenet consequẽtia per diffinitionem propositionis exponibilis.

Secundo arguitur sic. Jsta est de comparatiuo. fornicatio est melior adulterio. ⁊ tamen nõ exponitur copulatiue per tres exponentes quia exponentes essent false et tamen exposita eẽt vera. ergo contra secundam regulam de comparatiuo positam. Tercio arguitur sic. Jn ista propositõne sortes est fortior q homo ibi homo distribuitur eo q illa equiualet huic sortes ē fortior hoĩe et tamen ibi hõ non est ablatiui casus ergo comparatiuus non solum distribuit ablatiuum ab eo rectum. Quarto arguitur sic. Jsta est de superlatiuo leo est fortissimus lincum et tamen non exponitur secundum predictaꝫ regulam. ergo ipsa non est bene posita.

Ad rationes. Ad primã

dicitur q licet comparatiuus et superlatiu⁹ sint termini significatiui equiualent tamen sincathegoreumatibus ratione alicuius proprietatis in ipsis incluse. Ad secundam dicitur q ille comparatiuus non tenetur proprie sed abusiue de cuius expositione dictũ est supius. Ad terciam dicitur q homo ibi distribuitur sed hoc nõ est de virtute comparatiui sed virtute huius sincathegoreumatis q. distributio enim comparatiui nunq cadit nisi supra terminum ablatiui casus. et si poneretur ibi homo sine additione huius sincathegoreumatis q nõ distribueretur vt patet dicendo sortes est fortior homo. Ad quartam dicitur q ista est de superlatiuo abusiue capto de quo hic non intenditur. quia abusiue propositiones non conceduntur a grammatico nec a logico. Vel dicitur sicut dictum est in vltimo notabili q ad propositionem de superlatiuo requiritur q nominatiu⁹ illius genitiui possit affirmari de subiecto principali.

Equitur de differt aliud ab de quibus dantur tales regule.

Prima est q differt aliud ab et diuersum conuenit tantum entibus. Nam vt dicit quarto methaphisice nec non ens enti nec ens non enti. est idem vel diuersum. Secũda regula est q ablatiuus rectus ab istis dictionibus mediãte a vel ab distribuitur sicut di

stribuibilis nisi habeat aliud impedimentum. Tercia regula est q̃ propositio de differt affirmatiua exponitur per tres exponentes affirmatiuas. in quarum prima affirmatur hoc verbum est de eo quod differt. In secunda affirmatur idez de eodem a quo differt. Tercia negat vnum illorum de alio. vt homo differt ab asino. id ē homo est et asinus est. z homo non est asinus. Quarta regula est q̃ propositio negatiua de differt debet exponi per vnam disiunctiuaz de partibus contradicentibus. vt sortes non differt ab asino. id est sortes non est vel asinus non est. vl̃ sortes est asinus. Et valent consequētie in istis sicut in precedentib⁹ tibus.

Equitur de hoc signo totus. Pro quo sciendum est q̃ hoc sincathegoruma tot⁹ potest capi cõmuniter pro omni illo quod habet partes vnde componitur. Alio modo capitur magis proprie pro omni illo quod ex omnibus suis partibus est perfectum sicut dom⁹ dicitur tota quãdo est cõpleta Et his duobus modis totus tenetur significatiue. Tercio modo capitur sincathegoreumatice prout includit signum distributiuum. vt hic totus sortes est albus. et sic non dicit quale sit subiectum sed qualiter se habz ad predicatum. Et hoc modo reddit propositionem exponibilez. De quo dantur due regule. Prima est q̃ totus distribuit terminum cui adiungitur pro qualibet parte integrali eius. vt totus sortes ē albus. id est quelibet pars sortis est alba. Secunda regula est q̃ propositio affirmatiua de toto exponitur per vnam cathegoricam transumendo ly tot⁹ in hoc qõ est scõm quãlibz sui partē. vt totus sortes est minor sortes. id est sortes secundum quamlibet sui partez est minor sortes. Preterea notandũ est q̃ hec signa qualelibet. quãtumlibet. non proprie faciunt propositõnes exponibles. sed faciunt distributionem absolutam secundum modum reliquorum signorum. sicut sunt ista omnis quilibet. sed contrahũt ad determinatum genus predicamentale. vt quãtumlibet distinguit pro quantitate continua. Et etiam valet sicut habēs omnem quantitatem continuam z

qualibet pro omni qualitate. ꝛ valet sicut habens omnes qualitatem. Et sic dicuntur mentaliter complexa. quorum propositiones fiunt per compositionem. Et hec de exponibilibus dicta sufficiant.

Circa hunc textum notandū est primo ꝙ cō sequēter autor in hac parte determinat de istis dictionibus differt aliud et diuersum et similiter de hoc signo totus. Sed qr propositionū quedā sunt affirmatiue et quedā sunt negatiue. quedā de presenti quedam de preterito et quedā de futuro. Et similiter ablatiuus rectus ab istis dictionibus mediāte a vel ab aliqñ est terminus singularis ꝛ aliqñ terminus cōis sumptus sine signo vniuersali. ideo tales propositiones sunt aliqñ vles aliquando particulares aliqñ indefinite et singulares. Et de expositione taliū propositionū diuerse regule ponuntur. Anteq̄ tñ ponantur est aduertendum ꝙ ad propositōes de differt siue sint affirmatie siue negatiue siue vles siue particulares tria requirūtur. ſ. illud qō differt et illud a quo differt et verbum denotans differentiam inter illa. vt ista hō differt ab asino hō est illud qō differt. asinus est illud a quo differt. et hoc verbum differt denotat differentiā inter illa. Et pro expositione illarū propositōnum ponitur primo talis regula. Omnis propositio affirmatiua de differt aut alia simili dictione si sit de presenti exponitur copulatiue p tres cathegoricas. Quarum prima affirmat hoc verbum est secundum adiacens de eo quod differt. et secūda affirmat idem de eo a quo differt. et tercia ē negatiua in qua negatur id a quo differt de eo quod differt. vt sunt iste sortes differt ab homine. sic exponit sortes est. et homo est. ꝛ sortes non est homo. Ex quo patet ꝙ propositio est falsa cuius altera exponentium est falsa. nec tamen est vera sortes differt ab homine licz ista sit bene vera sortes differt ab oñi homine quia sue exponentes sunt vere. sic enim exponitur. sortes est et omnis homo est et sortes nō est omnis homo. Ex quo sequitur ꝙ hec est falsa sortes albus differt a sorte nigro. supposito ꝙ sortes capiat vniuoce eo ꝙ due prime exponentes nō possunt simul esse vere. Circa hoc tamen obseruandum est ꝙ ablatiuus rectus ab illis dictōnibus habeat eandem suppōnem et in exponente et in exposita. ideo hec sortes ab homine differt non exponitur per istas sortes nō est homo. quia ibi distribueretur homo qui non distribuebatur in exposita. ideo et hec debet sic exponi sortes homo non est vel sortes aliquis homo non est vt nunc primus expositum est. Et similiter hec sortes ab omni homine differt non exponitur per istas sortes non est omnis homo. sed per istam sortes omnis homo non est. sortes nullꝰ homo est. aut per istā sortes non est homo. quia iste tres cōuertibiliter equiualent.

Sciendus est secundo ꝙ propositiōes affirmatiue de futuro de predictis dictionibus exponuntur copulatiue per tres exponentes. In quarum prima affirmatur hoc verbum erit de eo quod differt. in secunda affirmat idem verbum mediante hoc aduerbio tunc aut aliquo sibi equiualente de eo a quo differt. et in tercia negatur id a quo differt ō eo quod differt mediante copula de futuro. et de eodem aduerbio. Est tamen aduertendum ꝙ si subiectus sit terminus communis non distributus tūc in tercia exponente debet addi subiecto relatiuum idēptitatis substantie. vt hic homo differt a platone sic exponitur homo erit. et plato tunc erit. et idem homo tunc non erit plato. Et posset poni similiter talis regula de alijs propositionibus de preterito. Sed de propositionibus negatiuis de predictis dictionibus ponit talis regula. Propositiones negatiue de differt vel de similibꝰ sunt exponende per propositiōes disiunctiuam compositam ex partibus contradicentibus partibus copulatiue exponentibꝰ sibi contradictorias. vt hec sortes non differt ab homine. exponitur sic sortes non est. vel homo non est. vel sortes est homo. Ex quo patet ꝙ ista copulatiua est vera. tu differs ab omni homine et tamen tu non differs ab homine. Et licz multe alie regule possint poni ille tamen pro presenti sufficiunt.

Sciendum est tercio ꝙ consequenter autor determinat de hoc signo totus. Unde totus potest capi dupliciter. vno modo generaliter vt idem est ꝙ compositum ex partibus siue habens partes. et sic omne habens p̄tes est totus. Alio modo sumitur proprie vt idē est qō ꝓpletum et perfectū ex oīibus suis partibus et sic domus dicitur totum quando habet totas suas partes. et his duobus modis totus non facit propositionem exponibilem eo ꝙ non est sincathegoreuma nec reddit sensum propositionis obscurum. Alio modo sumitur totus sincathegoreumatice et sic est signum distributiuū partium integralium includens in se signus vniuersale cum hoc termino pars que est terminus siue distributionis et secundum hanc acceptionē facit propositionem exponibilem. Preter tñ istos duos modos addunt aliqui tercium videlicet ꝙ

totus aliquando sumitur partiz sincathegoreumatice et partim cathegoreumatice.z hoc cõtingit quando alicui non habenti partes attribuit vt cum dicit philosophus totus punctus tãgit totum punctum.et tota anima intellectiua est in toto et tota in qualibet parte. Et secunduz predictam distinctionem distinguende sunt iste propositiões totus sortes est minor sorte.totus sortes est pars sortis.totum quod est in mundo est in oculo sortis.Nam sicut dictũ est in tractatu de distributõibus si totũ accipiatur sincathegoreumatice due prime sunt vere et tercia falsa Si vero cathegoreumatice econtra.Si ergo accipiatur totum cathegoreumatice tunc propositõnes in quibus ponuntur non indigent expositõne.sed demonstrando sensuz eaz loco huius dictionis totus licet accipiens habens partes z ens cõplexum z perfectuz.vt patet in istis totus sortes est homo.sensus enim est. sortes habens partes est homo. vt sortes perfectus ex omnib⁹ suis partibus est homo. Propositio vero de toto accepto partim cathegoreumatice et partim sincathegoreumatice exponitur per hunc terminum pars.sed affirmatiua scitiz per vnaz copulatiuam cuius prima pars affirmat predicatum inesse subiecto.secda vo negat aliquid esse illius subiecti de quo non affirmetur predicatũ.vt hec tota anima intellectiua est in qualibet parte corporis.id est anima intellectiua est in qualibz parte corporis et nihil est eius quin illud sit in qualibet parte corporis.Sed hoc signum tot⁹ sincathegoreumatice sumptum distribuit terminum cui adiungitur pro partibus subiectiuis. ideo quelz ppõ in qua ponit est vniuersalis vt patet in ista totus sortes est albus que equiualet illi. sortes secundum quãlibet sui partem est albus vel secundum alios equiualet huic. quelibet pars sortis est alba. Et pro expositione haruz ppositionũ ponitur talis regula.q ppositiones de toto sincathegoreumatice sumpto exponunt per vnaz copulatiuaz in qua mutatur hoc signũ totus in hoc qõ est sz⁹ quãlibet sui partez. vel in hoc qõ est quelibet pars.vt si dicatur totus sortes est albus sic exponitur sortes sz⁹ quãlibz sui partem est albus. Alij vero exponũt per vnam copulatiuaz mutãdo hoc signum tot⁹ in hoc qõ est quelibet pars vt hec totus sortes est alb⁹ sic exponitur.quelibet pars sortis est alba et nulla est pars sortis que non sit alba.Ex quo patet satis qualiter debent exponi propositiones negatiue in quibus totus non negatur vt hic tot⁹ sortes non est albus.z etiam in quibus negatur vt non totus sortes est albus.

Sed contra predicta arguitur

Primo sic.differt aliud ab z diuersum cõueniunt nõ entibus.ergo male dr q tales ppositiones debent exponi per cathegoricas in quib⁹ predicatuz est secũduz adiacens.antecedens patet naz chimera est aliud a monte aureo cum chimera habeat aliud esse in ymaginatõne q mons aureus.z chimera z mons aureus sunt nõ entia de quibus non potest predicari hoc verbum est

Secũdo arguitur sic. frustra fit per plura qõ potest fieri per paciora.sed ppões de differt affirmatiue sufficienter possunt exponi per cathegoricam negatiuã vt ista hõ differt ab asino sufficienter exponitur per istaz homo non est asin⁹ ergo zc. Tertio arguitur sic.nulle sunt negatiue,ppões de differt qz maxime essent iste homo non differt a rationali.sed hoc nõ qz bene sequeretur per locum ab equiualenti. ergo hõ non est idem cum rationali, Quarto arguitur sic.materia sortis non est minor sorte.ergo illa tot⁹ sortes est minor sorte male exponitur per istam quelibet pars sortis est minor sorte.

Ad rationes. Ad primã

dicitur q licet in non entibus ad se inuicem comparatis reperiatur idem vel diuersum sz⁹ ymaginationez eo q nonencia ymaginantur.tamen in non entibus non reperiuntur idem vel diuersuz proprie nec inter se nec in comparatiõe ad encia quia non ens non dicitur idem vel diuersuz enti nec econtra. Ad secundam dicitur q non omnes negatiue de tertio adiacente inferunt formaliter affirmatiuaz de differt licet materialiter inferre possint vt patet in presenti argumẽto.nõ enim sequitur sortes non est chimera ergo sortes differt a chimera. Ad tertiam dicitur q licet omnes negatiue de differt virtualiter sint affirmatiue de eodem; sunt tamen formaliter de differt negatiue. Ad quartam dicitur q totus distribuit pro partibus integralbus et non pro partibus essentialibus cuismodi est materia respectu sortis. Et hec de exponibilibus.et per consequens de toto tractatu summularum.

Famosissimi bonaruz artiũ ac philosophie monarche Parisiensis magistri Johãnis de magistris summulaz Petri hyspãi glosule exactissime ad mẽtez doctoris subtilis felici syde re finiũt Opera z impensa magistri Henrici mayer almani. Anno salutis nostre. Mͦ. cccͦ lxxxviijͦ. Die. xxij. mẽsis aprilis

Tabula foliorum.

a
Primum vacat.
Famosissimi bonarum artium
cuiusmodi est subiectum.
dum dicitur ad dubium
b
Uno modo fundamentaliter
nate et sic est indicatiua.
Tunc his suppositis
libus sint cathegoricevel ypo
c
Et q negatio non caderet
sicut in alia. Tercio arguitur
tionem. vt homo est albus
potest conuenire subiecto
d
Ideo hoc modo diceretur q
ne consequente. vt si homo est
necessitatem copulatiue requi
dicitur q illa est equiualenter
e
modum. Omne necessariat
beri per hanc regulam
tem currere non est impossibi
impossibili. Et si queratur
f
vel est illa sub qua non est
gularium. sed bene addit enti
Differentia dicitur tripliciter
nitur. Et Quis aliquando
g
Et dicuntur relatia apparētie
actu. et ideo non faciunt
abstractum significat formaz
in predicamento sed homo est
h
vna affirmatiua que est
falsi. et oratio est susceptibilis
vnaqueqz separata est ab alia
significetur. sed hoc modo no
minat de loco ponendo q sit
i
dicitur q triangulus et
guitur, primo sic: a virtute
multitudine accidentali que
ta et non de passione
non moueretur in tempore.
A
Propositio est oratio affirma
est quando nihil est sumere
duarum propositionum in
nulla petra est homo. ergo.
B
Lesare. Primus modus cōstat
et vniuersali affirmatia minore
et tamen arguitur in disamis
Et nota q inuenire terminos
L
maior extremitas et minor:
tiuus vel entimema probatim
species ō illo predicatur gen⁹
dialeticus principal⁹ denota
D
per locum a parte subiectiua
Totum potestatiuum est qō
tis in ante et efficientis.
ferrum est. ergo cultellus est
E
ipso termiorum alia est in ipso
Destructiue sic. sicut risibile
tium eadem habitudo
propositio rethorica est affecu
f
vnum correlariū q fallacia est
prius est dicendum de equino
Quarto arguitur sic. omne
teneri materialiter vel conser
G
gis apta nata determinare
et est sensus q duo sunt.
sed quadraginta virorum
ergo vsararius hz dilectionez
D
consequentie ostendendo cām
Sciendū est scdo q hui⁹ falle
Causa apparentie huius falle
Ad terciam dicitur q in omni
I
Oportet autem hoc scilicet.
Ad scdam dicitur q duplex
non enim accipiuntur
relatione aliquid supponitur
K
plicem nec secundum q habet
illa vero ex parte predicati
to quot sunt homines
si dicatur homo est vox.
L
Iste est secundus tractatus
patet quia nullum tale
Et ideo sicut patet
Sed contra predicta arguitur
M
Appellatio est acceptio termi
veniente habeat noticiam
guitur primo sic. dicendo
stringentis vt si dicatur
N
Distributio est multiplicatio
dicitur q signum vniuersale
in plurali numero aliquando
singularem. ergo omnis non
O
Sequitur de hoc signo nihil
do eo q arguitur a pluribus
probatur sophisma a sorte
Circa hunc textum notandum
P
ciperes viuere et postea.
tibus semper est
propositionis et tantum
rentiam siue distinctionem
Q
Sciendum est secundo q
positio de infinito sincathego
Ad quartam dicitur q hic

Biblioteka Jagiellońska